Decimo nota ex tex. quod requisitio seu denunciatio que est necessaria in hoc iure congrui secundum tenorem huius constitutionis d3 fieri solẽniter, q: tex. iste dicit solenniter requisiti, & sic non sufficit sola scientia, quia ibi in denuntiando requiritur certa forma, tunc semper denunciatio est de substantia nec sufficit sola scientia, vt in. l. denuntiasse. ff. de

17 adul. † Ista sunt verba Bald. in materia denunciationis in. l. post perfectam. C. de peri. & commo. rei ven. & hoc fuit late dictum in. §. ij. s. eo. in. j. no. & ista solẽnitas consistit in hoc, q: debet volens vendere requirere vicinum ante venditionem si ipse vult soluere iustũ pretium illius rei vendende, vel quantum ab alio inueniet, alias vicino non currit tempus ad petendum ius cõgrui nisi a die denunciationis si denunciatio fuit facta post venditionem ad effectum inducẽdi prescriptionem, & tunc debet dicere ipse emptor vel venditor vicino qualiter factus fuit contractus venditionis talis fundi p tanto pretio & a die predicte denunciationis currunt illi. xxx. dies s̃m legem Federi. vel s̃m consuetudinem Grecorum currũt illi. iiij. menses vel annos, prout dictum est in. §. ij. in. x. not. & que ibi dixi hic repetenda non sunt.

18 Undecimo nota †ex text. in finalibus verbis q̃d dupliciter vicinus potest renuntiare iure congrui, scilicet tacite & expresse. Tacite cum permisit labi tempus in quo potuit agere iure congrui. Expresse quando renuntiat per pactum, puta q: promisit vicinus emptori non vti iure congrui contra eum. Sed quid si vicinus promisit venditori q̃d ipse non aget iure congrui contra emptorem futurum, an emptor possit postea se iuuare de isto pacto, videtur quod sic, q: fit accessus de venditore ad emptore3, vt in. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. prescri. & est bonus tex. in. d. l. dolia. §. j. ff. de contrahen. emp. & . ff. de pac. l. si tibi. §. pactum. Sed in contrarium facit. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. obli. vbi alteri stipulari nemo potest. Solu. pactum de iure congrui non vtendo est reale, & ideo transit cum ipsa re, non obstante quod factum sit cum venditore, q: res trãsit cum sua causa, vt. ff. de pig. l. pignoris, & . ff. de pig. act. l. si conuenerit. §. si fundus, & . C. de distrac. pig. l. si debitor. cum simili. Vide ad hoc etiam que dixi. s. in. §. j. in. x. nota. Sunt tamen multi casus vbi valet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per Barto. in. d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. de verbo. obli. Sed quero quid si promisit non mouere questionem super tali domo an poterit postea agere iure congrui contra emptorem eiusdem domus. dic q: non, arg. d. l. stipulatio ista. §. si quis forte. vbi dicit Ang. quod ille qui promisit non mouere controuersiam super domo non poterit mouere super vsufructu vel alio iure. & sic pondera istud verbũ vel alio iure, q: per q̃s videtur comprehendere ius congrui.

Ultimo quero quidam volens

19 vendere† quandam domum requisiuit vicinum si vellet emere, q: reperit emptore3 si ipse vicinus non vult emere. Respondit vicin9 q: placet quod denuntiasti, ille qui fecit denunciationem non expectans. xxx. dibus vẽdidit alteri & ille vicinus porro intra. xxx. dies vendidit domum suam alteri. nunc intra tempus est nouus emptor qui emit ab isto vicino competebat ius congrui vult petere domum iure congrui dicens q: facta fuit accessio iuris congrui de venditore ad emptorem. ille extraneus emptor dicit q: non tenetur ad tradendum iure congrui, q: eoipso q: vicinus vendidit rem videtur renuntiasse tacite iure congrui, q: nõ habebat intentionem habẽdi bona stabilia in illo loco ex quo sua vendidit in illo loco cum nemo p̃sumatur incontinenti contraria agere, arg. l. na3 ad ea. cum simi. ff. de condi. & demon. & sic ista renunciatio fuit realis, & consequenter

20 transit in ipsum emptore3. Queritur quid iuris sit. † breuiter respõdetur q: per venditionẽ non videtur quis renuntiare iuri suo Protomiseos q: tam competat, q: illud ius congrui videtur tacite vendidisse vna cum ipsa re per. d. l. dolia cum simili. s. alleg. ergo poterit agere iure congrui cõtra illu3 qui emit intra terminũ. xxx. dierum secus si post terminum emisset. Nam tunc prescriptionem vẽditor & emptor rei vnite essent exclusi a iure congrui, & hoc etiam videtur esse de mente Bald. in. c. j. ij. col. & do. Sebast. in prima cõsuetudine ciuitatis Neap. de iure congrui in ver. emit. & hec omnia. d. in presenti cõstitu. Greca veniũt p modũ additionis ad tex. presentis legis domini Fede. imperatoris.

SVMMARIVM

1 Vicini qui sint in iure congrui potiores.
2 Priuilegium societatis maius est vicinitate in petendo rem iure congrui.
3 Ius congrui Neapoli quibus competat.
4 Vicinitatis maior numerus excludit minorẽ numerum coniunctorum in iure congrui. 5.
6 Numerus impar prefertur pari.
7 Sanguine propior est in iure potior.

§. Septimus.

§. In alio quoq3. Hec septima pars pricipalis vbi recitat quedã alia constitutio grecorum que similiter loquitur de iure Protomiseos in qua quidem Greca cõstitutione cauetur q: si rei vendite vicinus est propinqu9 a tribus partibus prefertur alteri vicino qui est coniunctus ab vna parte vel ex duabus partibus, intantum quod ille qui est coniunctus ex tribus lateribus habebit totam rem iure congrui totaliter excluso vicino qui est coniunctus ex vno latere vel duobus lateribus. Sed si domus vicino est cõiuncta ex duobus lateribus & ali9 vicinus ex alijs duobus lateribus vel ex vno latere tantum est cõiunctus, & tunc res vendita ꝓportionabiliter diuidetur inter ipsos q̃bus cõpetit ius cõgrui s̃m portionẽ propinquitatis quã habent in illa re vendita. hoc dicit vsq3 ad. §. si autem.

1 Nota primo ex tex. † q: l3 pluribus cõpetat ius congrui si plures sint vicini coniuncti, vt dicit tex. huius. l. in prin. ibi dum dicit. si autem. x. plures ve sint &c. tamen non omnibus vicinis competit, vbi est vicinus qui habet propinquitatem a tribus lateribus rei empte. Nã iste solus a iure congrui excludit omnes alios vicinos. Sed iuxta hoc quero quidam habebat domum pro communi & indiuiso cum

Titio, vult vendere partem suã an vicinus qui habet ius congrui a tribus lateribus preferatur Titio consorti. certe non, quia primo cõpetit ius congrui consorti, vt dicit ista lex in principio, & postea deficiente consorte competit vicino, & inter vicinos prefertur ille qui est coniunctus a tribus lateribus alter coniunctus exclusus. & hoc tenet do. Sebast. in vltima consue. de iure cõgrui. pro hoc facit, quia socius ratione societatis succedit imperiali largitati ipsi socio, excluso fisco, vt in. l. j. C. si soc. imper. largi. lib. x. patet ergo † quod maius est priuilegium societatis quam vicinitatis in petendo rem iure cõ-
2 grui. & est sciendum quod in ciuitate Neapolis ius congrui primo cõpetit soli consorti eiusdem domus. Secundo competit illi qui ex parte inferiori habet domum puta erat domus que habebat tria solaria. & erat diuersorum dominorum si venditur medium solare, ille qui habet solare inferius excludit illum qui habet solare superius, & etiã excludit collaterales vicinos. & eadem ratione si vẽditur solare habens solare medium prefertur habenti solare inferius & etiam collateralibus. Si venditur solare inferius ille qui habet solare super ipsum immediatum potest illud petere iure congrui exclusis alijs omnibus secundum consuetudinem Neapolitanam Tertio competit ius congrui illi qui habet domum superiorẽ. Quarto his deficientibus cõpetit collateralibus. Quinto cõpetit illis qui sunt propinqui per capita. collaterales vero non habent ius congrui, vt dicit do. Sebast. in prealleg. consue. de iure congrui. Sed de hoc non fit mentio in ista lege. ideo ommitto examinare quod ibi tangit do. Sebast. quomodo sciemus quod vna domus habens plura solaria dicatur vna domus vel plures domus. Itẽ quare ius cõgrui cõpetit inferiori mẽbro potius quã superiori de quibus per eum.

3 **Sed intro materiam nostram,** quando † vẽditur domus que est mihi coniuncta in tribus partibus. Sempronio vero est coniuncta ex vna parte, sed est consanguineus venditoris quis prefertur. Respondeo quod prefertur coniunctus ex tribus lateribus seu partibus qui habet iura duplicata & ille non habet nisi duo iura, & tria iura vincunt duo, vt in auc. itaque. C. cõmu. de succes. & no. gl. in ver. meliores. in auctẽ. vt cle. apud prop. epis. Facit pro hoc illud quod dicitur quod probatio semiplena non derogat plene probationi secundum Andr. de iser. c. j. §. inter pares. de leg. corra. & Bal. in. c. j. §. sacramentum. de consue. rec. feu. & Bar. in. l. j. ff. de ven. inspi. & Bal. in. l. bone fidei. C. de iureiu. alias de iure immu. Sed quid si est Sempronius coniunctus ex duabus partibus, & ẽ consanguineus quis preferatur. Respondeo quod quilibet pro medietate & pro equali portione venit ad ius congrui, equiparant enim tertiam vicinitatem cõiunctiõi sanguinis. & ideo cum in equali vicinitate sunt ambo veniunt ad ius congrui quilibet pro medietate, & hoc est equum licet ex mente litere appareat contrarium dum dicit generaliter quod habens tres vicinitates excludit omnes. Multofortius si habet quatuor, vt in auc. multomagis. C. de sac. sanc. eccle. & ideo si Sempronius esset cõsanguineus & haberet tres vicinitates. Certe ille prefertur alteri qui habet tantum tres propinquitates, quia habet iura quadruplata, arg. d. auc. itaque. cum si. s. alleg.

4 **Secundo nota** ex tex. quod † maior numerus vicinitatis excludit minorẽ numerũ cõiunctionum. facit. l. si debitori. ff. de fideius. ibi quia maior tollit minorem. Nam & maiori parti standum est, vt extra de renun. c. cum in certum cum concor. & in. l. nulli. ff. quod quisque vni. no. & ff. ad muni. l. quod maiori. cum si. Itẽ si sunt tres iudices delegati statur sententie maioris partis, vt. ff. de re iudic. l. duo ex tribus. Item in iudicibus ordinarijs, vt. ff. eo. ti. l. pomponius. & ibi gl. & C. quando prouo. nõ est neces. l. magistratus. Itẽ si in arbitris, vt. ff. de arb. l. item si vnus. §. fi. Sic etiam stare maiori parti creditorum vbi tractatur de parte debite remittenda, vt. ff. de pac. iurisgentium. §. horum. & l. maiorem, & l. rescriptum. in prin. Facit. l. fi. C. qui bo. ced. pos. vbi dicitur quod si debitori petenti inducias ad soluendum maior pars creditorum inducias tribuit stare minori parte creditorum. fa. d. l. maiorem. ff. de pac. & de sepul. c. fi. & de hoc cõsuluit do. Lud. in cõsil. incip. debito vnius. quod cõsiliũ positũ est inter consi. Bald.

5 **Tertio nota** ex tex. ibi vna pars † quod iste tex. põt habere duplicem intellectum, scilicet quod aliter vicinus qui habet vicinitatem vnam vel duas, & ita posui in summario. secundus intellectus est quod habens ius congrui a tribus partibus. vna pars & ille qui vicinitatem ex vna parte non habet ius cõgrui. Sed si a duabus partibus habet admittitur ad ius congrui pro tribus partibus proportionaliter, id est ille qui tres confitens habebit tres partes qui vero duos confitens duas partes habebit. & iste intellectus est magis equus.

¶ Quarto nota quod vicinus habet ius congrui pro ea parte pro qua est coniunctus secundum portionem coniunctionis vt expresse probat iste tex.

6 **Quinto nota** ex tex. de trino numero. † & sic de numero impari. Felicius enim agitur aliquid in numero impari alias dispari quam in numero pari, vt. ff. de arbi. l. item si vnus. & de offi. deleg. c. prudentiam. in fi. de numero perfecto no. Io. an. in fi. proemij lib. vi. in versi. profectus. & de septẽnario & quaternario numero, vide extra de consang. & affi. c. non debet. & de celeb. mis. c. j. & xv. dis. c. j. Itẽ de plurali numero & singulari in. c. j. de reg. iur. lib. vj. alias de reuindi.

¶ Sexto nota ex tex. ibi potior. quod potior in sanguine potior in iure, vt in toto tit. ff. & C. qui pot. in pig. hab. Facit ad hoc etiam regula. C. de potio. ad mune. nomi.

7 **Septimo, & vltimo nota** ex tex. † quod paria sunt vicinum habere vnam coniuntionem si vicinus alter habet alterã coniunctionẽ & habere duas coniunctiones si alter vicinus duas alias habeat cõiunctiones & consequenter veniũt ambo pro equali portione ad ius protomiseos vt equalitas inter ipsos seruetur, vt in. l. fi. C. de sump. & lit. expẽ. cum concor. & in auc. qui. mod. na. effi. sui. §. filius. & de equalitate seruanda multa dixi in. c. j. Imperator lotharius, in illa questione magna an patruus succedat nepoti. Alia no. hic non sunt propter breuitatem tex. ¶ Ideo venio ad. §. sequẽtem qui incipit. Si autem concurrat.

¶ Hunc §. nõ habebat exemplar vnicũ, quod tunc habebamus, cum hec preli festinatione e manibus eriperentur. Sed nec etiã Constitutionũ Neapolitanarum codex ille maximo apparatu cartarũque atque caracterum magnificentia Venetijs impressus, sed deprauatissime si quis alius vnquam. Porro sufficere nobis abũde puto si gl. ipsam habuerimus, donec integer cõstitutionũ liber exeat. Liquet namque cõstitutionis tex. in frontispicio positũ a sexta quidẽ particula ad finẽ vsque penitus inuersum. Fragrier.

SVMMARIVM

1 Vicinitatis ius in iure cõgrui potius est sanguinis.
2 Priuilegium accidentale potentius est naturali.
3 Coniunctionis diuersitas effectũ producit diuersum.
4 Dictio prope idem operatur quod dictio iuxta.
5 Verbum habere quid importet.

§. Octauus.

§. Si autem concurrat. Hec est. viij. pars in qua narratur quedam alia cõstitutio Grecorum que vult quod si ad ius congrui concurrant parentes iure sanguinis & vicinus iure vicinitatis quod preferatur vicinus qui prope est in iure congrui. h. d. vsque ad. §. est autẽ. ¶ Nota
1 primo ex tex. † quod si plures parentes. i. pater & mater & auus cõcurrant simul ad ius congrui, & nullam coniunctionem habent respectu rei vendi. Vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit quia ius vicinitatis in iure congrui potius est iure sanguinis per istũ tex. Sed per statuta ciuitatũ in aliquibus terris aliud est statutum & tunc in illa terra stabimus eius statuto, vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Nam ex diuersitate locorum diuersa iura statuuntur, vt in proemio. ff. §. illud satis. Vnus ergo vicinus excludit multos parẽtes sicut alias dicitur quod vna ratio efficax vincit duas persuasiuas secundum Bal. in. l. pater filium. in. j. col. ff. de inof. test. facit quod no. Iac. but. in. l. dominus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit quod vna ratio in specie vincit duas in genere.

2 **Secundo nota** ex tex. † quod maius est priuilegium quod quis habet iure vicinitatis, & sic rei quam priuilegium ratione persone, quia ratione rei coniuncte prefertur vicinus parentibus, & sic potentius est priuilegium accidentale quam naturale, quod est contra. l. si apud. ff. de mino. vbi potẽtius est priuilegium etatis quod est naturale quam priuilegium velleiani vel macedoniani quod est accidentale. Potest dici quod ideo vicinus prefertur consanguineo ratione subiecti quod est reale. i. ratione rei que venditur in qua habet vicinitatem. ideo prefertur consanguineo qui nullum ius habet in illa re que venditur. & per hoc facit quod consanguineus pro consanguineo non sit idoneus testis vt in. l. iij. §. lege iulia. ff. de testib. tamen ratione subiecti potest esse testis ad probandum ipsam consanguinitatem, vt. xxxv. quest. vj. per totum. & ideo si vicinus esset consanguineus admitteretur ad ius congrui non ex persona sua, sed ex persona alterius, vt ita dicã scilicet rõne vicinitatis, arg. ff. de libe. & posthu. l. fi. & ff. de contratab. l. filium.

ilium. ꝛ sic priuilegium ciuile iunctum cum aliquo naturali prefer tur naturali solum, quia ciuilia naturali iuncta potiora sunt. C. de adop. l. cum in adoptiuis, ſm Ang. in consi. suo inci. illustrissima do. Regina nu. cx.

3 **Tertio nota** ex tex. † ꝙ diuersitas coniunctionis di uersum producit effectum. Nam diuer sa est coniunctio sanguinis a coniunctione vicinitatis, ꝛ sic diuersū producit effectum, qꝛ prima coniunctio non habet ius congrui. se cunda vero sic. sic etiam dicit ꝙ beneficium ecclesiasticum nō dat̄ pp coniunctionē sanguinis, vt in. c. j. de feu. alias ð preben. per h facit tex. l. dist. c. constituerunt. vbi quod dicitur ꝙ varia experimē ta morborum nos cogunt ad diuersa remedia, ꝛ sic diuersitas cor poris diuersitas animoꝝ sepe inducit, ita diuersitas coniunctionis diuersitatem sententie inducit lꝫ alibi dicat text. ꝙ diuersitas offi cioꝝ venustā reddit ecclesiā, vt. lxxxix. di. c. ad hoc.

4 **Quarto nota** ibi prope † ꝙ tantum hꝫ operare di ctio prope, sicut dictio iuxta. de qua dictione habes per Bar. in. l. si statuta. ff. de iniur. ꝛ in. l. gallus. §. ille casus. ff. de lib. ꝛ posth. ꝛ in. l. fistulam. ff. de ser. vrb. pred. ꝛ no. in. c. absente. de ver. sig. ꝛ no. Bar. in. l. decernimus. C. de aqued. lib. xj. vbi dicit ꝙ si res distat ab alia per. x. pedes non dicitur in xta eam. facit. l. omnes. eo. ti. ꝛ. l. quidam Hyberus. ff. de ser. vrb. pred. vide tex. in. l. fi. ff. fi. regun. sic ēt dictio ad ponit̄ pro iuxta vt dicit Bar. in. l. itē labeo. §. quicium. ff. de iniur.

5 **Quinto nota** ex tex. ibi habebat † ꝙ vicinus dꝫ ha bere rem emptam per extraneum iure congrui cuꝫ effectu. Unde non liberatur ille extraneus emptor dā do interesse, qꝛ verbum habere significat habere cum effectu, vt. ff. de verb. sig. l. notam §. fi. ꝛ istud verbū habere, sumitur duob. mo dis. primo iure dominij. Nam illud quod est nostrum habere dici mur ēt si illud possideat alius, vt. ff. de ver. sig. l. apud se. ꝛ. l. habe re, ꝛ ideo datur rei vendicatio, vt in. l. officium. ꝛ in. l. rem. ff. de rei ven. secundo ratione possessionis, vt in. l. qui nauem. ꝛ ibi Luc. de penna. C. de nat. lib. lib. xj. ꝛ qui hꝫ ciuilem possessionem dicitur ꝑ prie rem habere, lꝫ alius habeat naturalem, vt no. ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. omniū. Quis autem dicatur quasi habere vide ꝙ no. in. l. j. in fi. ff. commu. pred. ꝛ scias ꝙ hoc verbum habe re importat fideicommissum, vt pꝫ in. l. fideicommissa. ꝛ in. l. q con cubinam. §. j. ff. de leg. iij. ꝛ. ff. de leg. ij. l. lucius. ꝛ per ista sit finis in isto breui. §. quem si coniungis cum. §. preceden. ꝛ seq. habebis vn decim notabilia ex istis tribus. §. ꝛ sic ex tota ista lege. lxvj. di. no tabilia habebis. Sequitur. §. est autem.

SVMMARIVM

1 Uia publica nō potest petere ius congrui. ꝛ quid sit quo ad nomē ꝛ materiā, ꝛ cuius latitudinis esse debeat. 2.
3 Uiam publicam facere qui possit.
4 Uiaꝝ forma est duplex. ꝛ quis sit eaꝝ vsus.
Imperator dicit̄ ſp Augustus aptitudine non actu.
5 Possessio momentanea que dicatur.
6 Uiam publicam ante domum suam quilibet dꝫ reficere. ꝛ que via eligenda.
7 Uia publica an possit ꝑ populum ciuitatis vendi.
Et an possit prescribi. 8. 9.
9 Uiam publicā ꝛ vrbis fossas occupātes qua pena puniantur.
10 Peculatus crimen quid sit.
11 Uniuersitas an possit seruitutē imponere in via publica.
12 Uia priuata quid sit, ꝛ quid vicinalis.
13 Jus congrui nunqd habeat locū in porticu.
14 Ecclesia nō ꝯuenit iure ꝯgrui. ꝛ quid sit ecclesia.
Ecclesia triūphās, militans, defendēs, ꝛ ꝑsonalis que sit.
15 Clericus iure ꝯgrui ꝯueniri an possit si nomine ꝓprio emat. 16.
16 Sanctio canonica violata libertatem ecclesie ledit.
17 Clerici statutis laicorum an ꝛ qualiter vti possint.
Ecclesie res in quatuor partes diuise.
18 Ecclesia non ꝯsecrata an gaudeat priuilegio consecrate.
Statutum laicoꝝ an comprehendat clericos.
19 Emptor domus pro edificanda ecclesia an possit iure congrui cō ueniri.
20 Consuetudo in feudis inspicitur vbi sita est res feudalis.
21 Ecclesia triumphans significatur per corpus Christi quod in mis sa leuatur.
Ecclesia sine tꝑalibus in nullo proficit.
Fiscalia bona differunt a patrimonialibus principis.
22 Fiscum quis habere dicatur. ꝛ an ecclesia fiscum habeat. ꝛ quid di catur fiscus.
Respublica ꝛ fiscus an sint idem.
23 Fiscus quot habeat priuilegia.

§. Nonus.

§. **Est autem.** Hic est nonus ꝛ vltimus. §. in ordine. vbi dicitur quod de generali cōsuetudine via publica, ecclesia, ꝛ fiscus seu curia Federici non habet ius congrui h. d. vsqꝫ ad finem totius constitutionis.

1 **Nota primo** ex tex. ibi via publica † ꝙ quando ven dit̄ res que est iuxta viam publicaꝫ nō potest petere via publica illam rem iure congrui, ꝛ consequenter si est via publica in medio non hꝫ ius congrui in illam rem venditā. Sed quero quid si venditur a rege vel ciuitate via publica an vici nus habet ius congrui. dic ꝙ non, qꝛ iste tex. habet locum ꝛ loquit̄ generaliter ꝙ via publica non habet ius congrui siue vendatur ip sa via publica siue vendatur ipsa res iuxta viam publicam, ꝛ sic ge neraliter intelligenda est. l. j. §. generaliter. ff. de leg. prestan. cum si. Item quero quot sint species viarum. dic secundum do. Seba. in consuetudine de iure congrui quod tres sunt species, videlicet pu blica priuata ꝛ vicinalis, vt. ff. ne quid in loco pub. l. j. §. viarum. in publica auteꝫ via sunt quatuor attendenda scꝫ nomen, materia ꝛ for ma ꝛ vsus. ¶ Quo ad primum. s. nomen est sciendum quod est tri
2 nominis. Nam dicitur publica, † pretoria ꝛ consularis, vt in. d. §. viaꝝ. versic. publicas vias. ꝛ hec trina nomina sunt sinonima idem significantia sicut ensis mucro ꝛ spata sicut est ius patronatus. quā doqꝫ dicitur aduocatio, quandoqꝫ vice dominatus, quandoqꝫ cu stodia siue guardia, vt no. glo. in. c. qꝛ clerici. de iure pat. ¶ Quo ad secundum. s. ad materiam dic ꝙ materia siue solum vie publi ce est duplex. s. publicum ꝛ priuatum. Publicum quo ad iter adie ctum cuꝫ certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicādi habuit vt publice iretur ꝛ comitatus in. d. §. viarum. Fines autem latitudi nis in porrectum. i. directum sunt octo pedes. In anfractum id est vbi via obliquatur, sexdecim pedes, vt dicit ibi gl. ꝛ tex. in. l. vie la titudo. ff. de ser. rusti. pred. quod intelligit esse verum do. Seba. vbi latitudo non fuit limitata per constituentem, puta qꝛ iussit fieri viaꝫ publicam in tali loco non designata latitudine, alias si designasset la tiorem vel strictiorem, non minus propterea esset via publica. pos set etiam constituens iubere vel facere latitudinem quam vellet ex quo habuit ius publicādi seu faciēdi viā publicā. ꝛ sic tanqꝫ in re sua est moderator ꝛ arbiter. l. in re mandata. C. man.

3 **Sed quis habet hanc potestatē** † publicandi seu faciendi viam publicā. Rñdeo senatus, ciuitas, princeps, vt. §. viam. Sed illud ꝙ dicitur de ciuitate altiorem req̄ rit indaginem. Priuatum aūt solum potest esse via publica, puta si in priuato solo est via publica ꝙ potest esse hoc modo, qꝛ si ab eo tē pore cuius non extat memoria hominum in contrarium publice oi bus transire licuit per agrum priuatum ex vtroqꝫ capite istius vie est locus publicus seu via publica vel loco publico exitus vie simi liter respondeat ad locum publicum vel ad viam publicam, nec re quiritur ꝙ fiat iure seruitutis, qꝛ tunc esset via omnino priuata, vt pꝫ in. d. l. j. §. priuatis vie. Nec est incōueniens ꝙ proprietas soli sit priuatorum, vt. ff. de re. diui. l. riparum. Item fontis vsus est publi cus lꝫ proprietas sit priuata, vt in. l. diligenter. C. de aqueduc. li. xj. ꝛ sic talis via est publica quo ad vsum non quo ad proprietatem. ¶ Quantum vero ad tertiuꝫ. s. de forma vie dic ꝙ forma vie est du
4 plex † . s. voluntaria vt latitudo que fit ad voluntatem constituētis, vt. s. dictuꝫ est. ꝛ necessaria vcꝫ ꝙ quodlibet caput ipsius vie exeat ꝛ correspondeat ad viam vel locum publicum. ꝛ sic qđ ex via vel lo co publico ingrediatur ad eam, ꝛ ad locum publicum exeatur ab ea alias non diceretur via publica, vt. ff. de itine. publi. l. ij. ¶ Quo ad quartum. s. ad vsum dic ꝙ vsus in via publica est attē dendus secundum naturam soli, qꝛ si solum est publicum non requi ritur vsus actu sed actitudine tantum. Hoc st ꝙ fuerit ordinata seu parata ad recipiendum vsum publicum ꝙ ex eo apparet qđ popu lus non vtendo non perdit eam alias multis non liceret ire ad san ctum Jacobum, vt. ff. de iti. pub. l. viam publicam. ꝛ. ff. de vsucap. l. vsucapionem, ꝛ. l. fi. Sic etiaꝫ dicimus ꝙ aqua quotidiana non est que quotidie duci potest, sed ea que quotidie duci possit, vt. ff. ð aq̄ quoti. ꝛ esti. l. j. §. quotidiana. ¶ Et imperator dicitur semp Au gustus actitudine non actu ꝛ no. in rub. ff. ꝛ matrimonium dicitur i diuiduum actitudine non actu, facit. ff. de rei ven. l. venditio quoqꝫ.
5 Sic possessio dicitur momētanea aptitudine † que est apta durare momento, vt. C. si de momen. pos. fue. ap. l. j. facit. ff. de serui. rustic.

predi.l.artisicinus.⁊ dato q̄ via publica esset fracta ⁊ diruta ⁊ plena spinis ⁊ sepis non ,ppterea dicitur minus apta ad vsum publicū cum possit ab vno quoq; de populo refici vel purgari, vt.ff.de via pub.vel itine.priua.l.j. Si vero sit priuatum tunc requiritur vsus publicus in actu a tanto tempore cuius non extat memoria hominum in contrarium.⁊ non in iure seruitutis vt predictum est.per ea que no. in.l.j.§.priuate vie.ff.ne qd in loc.pub.⁊ hec sunt verba do. Seba. in loc. preallega.quantum ad viam publicam.

Sed antequam veniam ad viaz

priuatam ⁊ vicinalem dicam aliquid de materia vie publice vltra
6 eum.⁊ primo est sciendum quod† quilibet debet reficere viam publicam ante domum suam,vt in.l.ad instructionem.C.de sac.sanc. eccle.⁊ in.l.fi.ff.de via pub.vel iti priua.⁊ etiam ecclesia teneť ad hoc,vt dicit Bar.in.d.l.ad instructionem.⁊ etiam est sciendū q̄ Bar.in.l.presidibus.C.de cur.pub.lib.xj.dicit q̄ nullus cū anno na aliam viam tenere debeat nisi per viam publicam,nec debet ire per viam transuersalem adeo q̄ si extra reperitur mala suspitio est contra eum.de quo etiam per Bald.in.l.predijs.§.balneis.de le. iij.⁊ per Bal.in.l.si fugitiui.C.de serui.fugi.⁊ in.l.cum proponas.C.de nauti.feno.⁊ Bar.in.l.qui fiscales.C.de nauic.lib.xj.⁊ per eum in.l.non solum.ff.de excu.tuto. Sed quando sunt due vie apte ad eundum ⁊ vna via est breuior alia quam viam debet quis eligere. Respondeo quod debet eligere illam per quam securius accedítur ⁊ per illam que magis frequentatur secundum Bart.in.l.cōtinuus.§.cum ita.ff.de verbo.obli.⁊.ff.ad.l.fal.l.eos.in fi.⁊ de cur su pu.l.ij. Sed necessarium putaui hoc inferre an populus ciuita-
7 tis possit vendere viam publicam.† videtur quod sic. Nā ista sunt vniuersitatis.vt insti.de rerum diui.§.nullus.cum ibi no. ergo potest illam alienare quemadmodū ⁊ alias res suas,vt.C.de ven.reb. ciui.per totum.facit ad hoc.j.q.j.c.eos qui. Ad idem.l.ij.de diue.predi.vrb.lib.xj.⁊ ibi Luc.de pen.⁊.ff.quod vi aut clam.l.iij.§. plane.ver.hoc ita. Item q̄ quelibet ciuitas habet ius constituēdi viam publicam,vt.ff.ne quid in loco pub.l.ij.§.item viam publicam in gl.que incipit ergo ⁊ ipsum alienandi,vt.ff.de reg.iur.l.iuliam. ⁊.l.seq. Nā eius est destruere cuius est condere,vt.ff.de leg.iij.l.si quis.in prin.⁊.l.fin.C.de legi. Item q̄ ista sunt vniuersitatis.⁊ sic vniuersitas eorum est domina,vt.ff.de relig.l.ij.§.in locum.⁊.d.§. viam publicam.ergo per eam alienari possunt. Nam appellatione vsus rei continetur potestas alienandi dominium,vt in aucté.de mona.§.illud quoq; q̄ rei sue quilibet ē moderator ⁊ arbiter vt vulgata.l.in re mandata. Unde si priuato non interdicitur rerū suarū alienatio,vt.ff.si quis a pare.fue.ma.l.ij.minime vniuersitati i qua sunt ipsi priuati. Facit pro hoc.ff.de leg.ij.l.vel melius.§.si ecōtra quod non possit alienari probatur. Quia regulariter quod prescri
8 bi non potest nec alienari pōt.ff.de ver.sig.l.alienationis.† Sʒ via publica prescribi non potest,vt.ff.de via pub.l.fi.⁊.ff.de vsuca.l.vsucapionem.ergo nec alienari.habet enim ius in his quilibet prohibendi,vt.ff.ne quid in loco pub.l.ij.§.j.immo plus potest vnus homo solus in vniuersitate ad prohibendum quam reliqui ad permittendum,vt.ff.communia predio.l.fi.⁊.ff.commu.diui.l.sabinus cū concor. Unde si quis sub colore quod vult viam publicaʒ reficere vel aptare ipsam viam publicam deteriorem fecerit impune vim a quolibet priuato patietur,vt.ff.de via pub.refi.l.i.§.si quis in speʒ. Nam cum concurrunt inuicem interesse publicum ⁊ priuatum,estimatur priuatum atq; prefertur,vt.ff.de procu.l.licet.⁊.l.non cogendum.§.si quis ita.quinetiam via publica non dicitur per municeps possideri,sed ea omnes promiscue debent vti,vt.ff.de acqui.pos.l. j.§.fi.ff.de contrahen.emp.l.sed ⁊ celsus.in princip. Pro solu.possit dici. Aut via publica de qua agitur est necessaria solum populo distrahendi aut grecis ⁊ alijs.primo casu vēditio valet dummodo fiat cum ea solennitate que traditur in.l.fi.C.de ven.rerum ciui. Secundo casu non valet,⁊ vide ad predicta quod no. Innoc.in.c. cum ex iniuncto.de no.ope.nun. Sed gl.in.l.continuus.§.cum qs ff.de ver.obli. Uidetur indistincte sentire quod non possit nisi prin
9 cipe statuente,sed Bar.ibi tʒ† quod ciuitas que non recognoscit superiorem potest hoc facere dūtamen per statutum faciat viaʒ publicam esse priuatā quod potest per.l.iij.§.plane.ff.quod vi aut clā. ⁊ idem dicit si ciuitas esset subiecta principi. Sʒ hoc est facere fraudem legi.dic tamen vt ibi per eum. Sed bonum est hic videre qua pena puniuntur illi qui occupant vias publicas ⁊ fossata vrbiū cū de iure viam publicam prohibitum est occupari quid etiam coarctari,vt.ff.ne quid in lo.pub.via.nec eam vllo modo deteriorare,vt in ea.l.§.deteriorem.⁊.§.seq.⁊ idem in finibus publicis,vt.ff.de op. pub.l.si legatum.§.fines.⁊.l.si in agris.ff.de ven.re.ad ciui.pertinen.l.imperator.§.ij. Respondeť quod poterit puniri pena sacrilegij quia publica ⁊ sacra equiparantur ⁊ eodem priuilegio gaudent vt.C.de sac.san.eccle.l.fi.ff.de vsuca.l.vsucapionē. Sed qui sacra occupat sacrilegium committit vt patet.xvj.q.iiij.c.quisquis innētus.⁊ extra de foro compe.c.conquestus.nam quando lex equiparat potest procedi de similibus ad similia etiam in odiosis.tex.est no.⁊ ibi dixi in.c.j.§.predicte.que sit prima cau.bene.amit.⁊ facit bo.tex.quem ibi non allegaui in.l.famosi.ibi ad exempluʒ leg.
10 iulie iudicandum est.ff.ad.l.iul.maie. Item q̄† qui pecuniam reipublice subtrahit crimen peculatus committit,vt.ff.ad.l.iul.pe.l.j. ergo fortius qui viam publicam occupauit que inter bona reipublice ⁊ regalia imputatur,vt in.c.j.que sint rega.in princi.que etiam dignior est quam pecunia cuius est vilis ⁊ abiecta conditio,vt.ff. de acqui.pos.l.si in rem mobilem.⁊.l.si quis vi.§.differentia eo.titu. Nam sine via res hominū inutiles sunt,vt.ff.de ser.vrb.predio. l.bona fide.q̄ publico,⁊ cunctorum vsui seruit,ideo equum est,vt cum plures offendat durius puniatur. Nam quantum quis distat in numero personarum per se offensarum,tanto in numero criminum punitur,vt.ff.de iniur.l.i.§.fi.vt.ff.de sepul.vio.l.iij.§.si ad plures.⁊.xxxj.q.j.c.quomodo.⁊ ex rei nobilitate in eū pena grauior constituitur arg.ff.de euic.l.emptori.§.j.⁊ in aucté.de non alie.§.si mouet.⁊.xxij.q.j.c.mouet.⁊.C.de his que ex publi.ratio.l.fina.⁊ hanc partem firmat Lucas de pen.in.d.l.i.C.de diuer.predi.vrb. vel potest dici quod teneantur pena.l.librarum auri,ar.C.de ope. publ.l.qui sine. Sed iuxta hoc quero an vniuersitas possit imponere seruitutē in via publica.certe nō si recognoscit supiorē,vt.ff.dē aq plu.arc.l.j.in loco.§.j.cum concor.

11 **Item quero duo** †sunt qui habent curtes seu viā communem vel debetur aliter seruitus per fundum alienius,vnus emit aliam domum seu prediū iuxta suum ad quod trahit vsum vie seu curtis communis aut seruitutem. Cum sibi debeatur an possit illam vendere.videtur quod nō argu.l.perfectum.C.de cur.pub.lib.xij.⁊ Luc.de pen.tangit istā questionem.⁊ concludit quod si domino predij seruientis nullū incommodum contingit potest ille vti via ad illud predium, alias secus.⁊ pro hoc facit.ff.de aqua quoti.⁊ esti.l.j.§.item labeo.⁊.ff.de iti.actu.priua.l.iij.§.pe. Sed vtiliter in.c.quero. An si aliquis hʒ terram in medio aliarum terrarum ⁊ non habet viam vnde posset ad dictam terram accedere an vicinus teneatur prestare viaʒ ipsaʒ pretio mediante.dicit Bar.quod non.l.in solu.matri.ff.so.matri. per tex.in.l.binas.ff.de ser.vrb.predio.cum gl.sua.⁊ no.Bar.in. l.qui duas in fi.ff.de ser.leg.facit tex.in.l.vendendo.ff.de contrab. emp.bonus est tex.in.l.via.§.fi.in fi.ff.de serui.rust.predio.⁊ in.l. penul.ff.de euic.⁊ no.ff.de alie.⁊ transla.l.licet.⁊ pro hoc est bonus tex.in.l.si quis sepulchrum.ff.de relig.per locum a speciale. Nam si fauore religionis vicin⁹ compelliť vendere viam ergo in contrarium est ius commune,vt in.l.ius singulare.ff.de legi. Sed in contrarium facit tex.in.l.ij.§.recte.ff.si ser.vendi. Ego plene istam qōnem examinaui post And.in.c.j.§.si quis de manso.de controuer. inuesti. In ciuitate autem Neapo.est consuetudo scripta quod vicinus teneatur vendere viam vicino si non habet viam ad terrā suā, vt pʒ in prima consuetudine in titu.de ser.⁊ si habet vnam viam lʒ longiorem non debet habere aliam breuiorem. Nam homo duabus vijs terram ingrediens est maledictus.vt in.c.quidam viam. extra de apostil. Boerius Deci 322.

Nunc venio ad vias priuatas

12 vicinales,† ⁊ dicit quod via priuata est que debetur ab agro,alteri agro,vt dicit tex.in.l.i.§.priuate vie.ff.ne quid in loco publi.⁊ duplex est via priuata vt dicit tex.in.l.§.priuate vie. Uicinalis via ē illa que est in vico vel ad vicos ducit,vt in.d.l.vij.§.viarum.versi. vicinales quod latius prosequitur do.Seba.in prealleg.consuetudine vbi domus de iure congrui,vbi etiam dicit quid sit vicus ⁊ qd villa,ex quibus inferť quod via vicinalis non tollit vicino ius congrui q̄ iste tex.loquitur tātum de via publica ⁊ eadem ratione dic quod riuus priuatus non tollit ius congrui.facit.l.iij.ff.de interdi. Sed flumen publicum sic.⁊ pro hoc facit.l.si autem cum.l.seq.ff. fi.regun. Sed si flumen esset desiccatum tunc habet locum ius cōgrui per ea que habentur in.c.j.§.si quis de manso.de contro.inuesti.sed in his specialis terre consuetudo attendenda est etiam seruanda,vt.C.de edi.priua.l.an in totum. Item querit do.Sebas.in d.c.consuetudine pone quod dicta via est sub quodam portieu supra quem porticum ego ⁊ tu habemus domus coniunctas. an habeamus adinuicem ius congrui super eo quod est edificatū in por
13 ticu.videtur quod non† q̄ porticus est edificatus super via publica ⁊ consequenter non habet locum ius congrui.in contrarium facit q̄ coniunctio non solum attenditur circa solum terre quod est

publicum

publicum, sed et circa confines qui sunt privati. Solue primo porticum ad cellaria que sunt inferius iuxta viam portici de super existentis non h3 locum ius congrui quia confines sunt privati et latera sunt privata. et pro hoc facit in arg. ff. de aqua quoti. et esti. l. hoc iure. §. fi. et ff. de aqua plu. arcen. l. super iter alienum in princi. et sic vna domus que venditur potest in partem euinci iure congrui a vicino et in partem non quod est menti tenendum qr hoc sepe venit de facto in ciuitate vbi sunt multi portici. Quid autem de ponte vide p Bar. in. l. super item de aqua plu. arcen.

14 **Secundo nota** ex text. vbi ecclesia quod† ecclesia nec conuenitur iure congrui siue emat siue habeat predia vicina rei vendite. Nam illa non potest petere ius congrui. et aduerte qr secundum opinionem quam infra subdam magis est priuilegiatus clericus quam ecclesia ipsa. Et expone prius illud verbu ecclesia, qr non ponitur in. c. pro parietib9 ecclesie, qr parietes non possunt contrahere nec agere. nec conueniri l3 aliter dicat gl. in. l. sicut. §. j. ff. quod cuiuscq vniuer. no. sed exponitur verbum ecclesia. i. aliquis nomine ecclesie. Etiam si esset laicus. vnde si ego laicus emo nomine ecclesie domum vicinus no habet ius congrui quia ecclesia videtur emisse et hoc t3 do. Sebast. in consuetudine si ecclesia de iure congrui et fortiori ratione dicendu3 est si clericus vel aliquis prelatus emit nomine ecclesie quod no petitur ab eo ius congrui qr ecclesia est illa que possidet cum prelatus dicatur prelatus ipsius ecclesie, vt in. c. ij. de dona. et sic ponitur h ecclesia in genere. Comprehendo tam ecclesiam triumphantem p quam significatur Christus. xix. q. i. c. quicunq3 quam ecclesiā militante3 per quam significatur papa, vt in. d. c. quicunq3. quam ecclesiam defendentem per quam significantur prelati, et rectores ecclesie. vt. vj. q. j. c. similiter, quam ecclesiam personalem per quam significatur capitulum cum ecclesia vacat pastore, vt extra de rescrip. c. cum te. et melius. vij. q. j. c. scire debemus. Sed quid si clericus emit non pro ecclesia sed pro seipso et heredibus suis an contra eum possit agi iure congrui ad rem emptam † et an clericus habens domum propriam, et non ecclesie vicina3 rei empte h3 ius protomiseos do. Sebast. in consuetudine. Ubi domus in verbo ecclesia t3 quod consuetudo de iure congrui comprehendit clericos quātum ad eorum bona vt dixi supra in §. j. in. iij. no. Et istam opi. videtur tenere Bart. in. l. cunctos populos in. v. q. C. de sum. tri. et fi de catho. prout ibi retuli. Sed contra opi. Bar. videtur tenere. d. Abb. in. c. cum laicus. de reb. eccle. non alie. et Bald. in. d. l. cunctos populos in. xiij. col. et Saly. in auc. cassa. de sac. sanc. eccle. et idem tenet Calder. in consi. suo. xj. sub titu. de constitutio. et idem videtur tenere in simili Lud. de ro. in consi. cccclxxxiiij. Pro ista opi. quod clericus emptor predij non possit conueniri iure congrui si emit nomine proprio, adducitur estimatio qr non solum dicit fieri contra libertatem ecclesie, quando fit contra priuilegia generalia concessa ecclesijs, sed etiam quando fit contra ius commune, qr facilius tollit priuilegium contra ius commune secundum Joan. de imo in. c. sancte Marie de consti. et in auc. cassa de sacrosanc. ecc.

15

16 vbi† expresse dicitur fieri contra libertatem ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum quando fit contra canonicas et tēporales sanctiones et constat in iure communi vicinos non posse extraneos emptores repellere, vt in. l. dudum. C. de contrahend. emp. Sed statutum contra libertate3 ecclesie non valet, vt in. d. c. ecclesia. ergo clericus non ligatur iure congrui. Sed ista opinio procedit si volum9 tenere quod ius congrui introductum sit vigore iuris communis p istam legem Fede. hec ratio non procedit. Unde posset alia ratio assignari qr etiam dato quod ista lex sit ius commune non ligat clericos quantum ad eorum bona propria si emunt. Nam tunc dicit contra libertatem ecclesie fieri quando clericus ratione legis laicorum fit timidior secundum Bar. in. l. j. §. que onerande. ff. quaru rerum acti. non datur, et Pet. de ancb. t3 in repetitione. c. canonum statuta in. xj. q. de consti. et do. Fran. de 3aba. in. c. perpendimus. de sen. excom. et Pau. de cast. in consi. xxxiij. Sed per hanc legem Federi. fit timidior ad emendum ex quo sibi potest res empta auferri a vicino iure congrui vigore huius legis, ergo dicitur lex contra libertatem ecclesiasticarum personarum. Quare concludo qd clerici possunt agere iure congrui contra laicos sed laici no agunt contra clericos iure congrui. et hoc tenet Jo. de imo. in. d. c. constitutus. de in integ. resti. vt retuli supra in §. ij. in. iij. no. et idem tenet in. d. c. sancte Marie. et hoc etiam tenet domi. Abb. in. d. c. constitutus.

17 † Nam clerici possunt vti statutis et consuetudinibus laicis quatenus concernunt eorum fauorem secundum q consuluit Pa. de cast. in consil. prealleg. et ista opinio sic breuiter recitata videt verior de iure l3 de facto male seruetur. et ex ista opi. sequit vt. s. dixi in princip. huius notabilis quod clericus est magis priuilegiatus quam ecclesia qr ecclesia non agit nec conuenitur iure congrui vt dicit tex. sed clericus agit sed non conuenitur iure congrui quod est mirabile. Sed pulchrum est inuestigare rationem diuersitatis. potest dici quod ratio sit ista quia ecclesia temporales facultates non reputat proprias, sed communes, vt. xij. q. j. c. exēplum. alias extraneum et. c. seq. et. c. habeat. et ideo dicitur quod de rebus ecclesie fiunt quatuor vel tres partes. Nam vna pars est pro fabrica ipsius ecclesie. secunda pars est pro sustentatione episcopi, tertia ps est clericorum obsequentium ecclesie. quarta datur pauperibus, et peregrinis. xij. q. ij. c. concessio. et. xvj. quest. j. constitutum. et propterea ecclesia nec agit nec conuenitur iure 3grui, qr bona sua sunt omnibus communia et ratione communionis non agit iure congrui sed bona clericorum non sunt communia, ideo agunt et non conueniuntur iure congrui, nihilominus super ista ratione relinquo cogitandum.

18 **Sed quero quid** † de ecclesia non cōsecrata. dic idem prout in ecclesia consecrata si auctoritate episcoporum fuit edificata, vt in. c. ecclesia. extra de immu. eccle. et. c. ad hec de religio. domi. Esset ita tangenda questio an statutum laicorum comprehendat clericos et ecclesiasticas personas, sed qr ista questio in plerisq3 locis examinata est vc3 per Bar. et Ang. in. l. filiusfa. §. i. ff. de leg. j. et per Bal. et Cy. in auc. cassa. et auc. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. et per Bar. in consilio suo incip. domini priores. et Pet. de ancb. in. d. repe. c. canonum statuta. in. ij. col. et per Abb. sicu. in. d. c. ecclesia sancte Marie. et ibi per alios doc. et per Cap. in alleg. xxx. et per Ang. in consil. suo. xxxix. et plenius per plures cartas per do. And. barba. in repe. rub. de reb. eccle. no alie. in. ij. q. prin. tractat quando dicitur statutum contra libertatem ecclesie. Ideo ommitto qr in eius dictis in veritate nihil adderem.

19 **Sed iuxta predicta queritur** quid si † aliqs emit domum pro edificanda ecclesia an possit conueniri iure congrui nondum edificata ecclesia. dicit domi. Sebas. in consuetudine si eccle. quod sic. Nam potest esse quod non edificetur ecclesia et sic vicinus semper erit exclusus a iure congrui, qr semper emptor posset dicere quod emit pro construenda ecclesia. Sed quid si incepit edificare ecclesiam pendnte litigio iuris congrui. dic quod non consideratur initium fabrice sed finis. Nam plerunq3 propter defectum non fabricatur ecclesia, vt in auc. vt nullus fabricator oratorium. §. j. et. ij. Item qr ecclesia nondum fabricata est nulla, vt in clemen. litera. de rescri. et no. in. c. audi de eccle. edifi. et sic illud quod esse potest non preiudicat vicino quo ad ius congrui facit in argu. c. abbate sane. de re iud. lib. vj. et ideo habuit locum ius congrui nisi sit visum iudici multis concurrentibus coniecturis qr illa domus empta omnino fiet ecclesiea tunc cessabit ius congrui qr lex multa remittit arbitrio iudicis prout accumulaui in. c. j. ex quib. cau. feu. amit. Sed pone dicit statutum ciuitatis Neapolis quod ecclesia non habeat ius congrui. Quid si eccle. sit extra districtum Neapolitanu. Sed illa ecclesia bona h3 in ciuitate Neapolis, an respectu bonorum que h3 in ciuitate excludat a iure congrui virtute statuti videtur quod non, quia statutum non extenditur ad ecclesia3 ex districtum, vt dicit do. Seba. in proemio consue. ciuitatis Neapolis. in ver. districtum. et in prima consuetu. de suc. ab intest. in vers. antiquitas. In contrarium tamen est veritas qr ligatur fm consuetudinem vbi sunt bona et hoc ius congrui est ius reale q sequit ipsam rem vt pluries dictum fuit. et pro hoc facit tex. in auc. ecclesia. romana. in prin. Ubi d3 considerari consuetudo vbi sunt res. facit quod dicit Bald. in. c. j. §. si qua controuersia. de pace constā. vbi

20 dicit quod† in feudis inspicitur consuetudo vbi sita est res feudalis et idem dixit in. c. mulier. si de feu. fue. contro. et ibi etiam gl. Ulterius querebat idem do. Seba. in consue. si ecclesia si quidem iussit fieri capellam et legauit certas possessiones dicte capelle vel ipsam instituit heredem an ipse res subijciantur iuri congrui, et decidit quod capella que nondum est creata est nulla, vt in. d. cle. ad literas. et ideo habet locum ius congrui, nec ob. quod hereditas iacet et hereditate iacente non potest conueniri, qr tūc poterit peti q detur curator illi hereditati iacenti, vt in. l. cum no solum. §. finaute3. C. de bo. que libe. sed mihi videtur quod ista questio sit superflua ex quo in legato et in heredis institutione non habet locum ius cōgrui, vt p3. s. in ea. l. §. iij. Item quero an bona pauperum dicantur bona ecclesiastica ita quod non habeat locum ius congrui. de hoc dixi. s. in. §. j. in. j. no. in. q. quid de bonis staurītis. Item quero qd si aliquis emit vnam possessionem vt fructus illius possessionis habeant deseruire vni presbytero pro dicenda vna missa de requiem eternam in perpetuo in tali capella, an habeat locum ius congrui.

21 Respondeo quod non, † q: per corpus Christi quod in missa leuatur significatur ecclesia triumphans, vt. j. q. j. c. in ecclesia. ⁊. xxvj. ⁊. ij. c. si illud. ⁊ extra de sen. excom. c. si illud. ⁊ ex his apparet qđ licite ecclesia potest possidere facultates temporales. Nā sicut anima sine corpore corporaliter non viuit sic nec ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. j. q. iij. c. si quis obiecerit. Multe qōnes possent tangi sub isto verbo ecclesia, sed q: non essent de materia iuris congrui ideo silentio pretermisi.

Tertio ⁊ vltimo no. ex tex. ibi fiscus siue res publica non agit nec conuenitur iure congrui. Quid autem de bonis patrimonialibus imperatoris. dic quod magna differentia est inter bona fiscalia, ⁊ bona patrimonialia imperatoris, vt in. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescrip. ibi dum dicit non a fiscalibus rebus, sed ex priuata eorum substantia, ⁊ ideo puto quod in bonis patrimonialibus imperatoris, vel regis habet ius congrui. † Quis āt
22 dicatur habere fiscum. certe imperator, ⁊ omnes reges liberi fiscuz habent, vt no. And. in. c. j. in ver. bona committentium crimen lese maie. in ti. que sint bona rega. ⁊ no. gl. in proe. consti. regni prope fi. facit. C. de fisca. vsu. l. iij. lib. xij. ⁊. C. de fide instru. ⁊ iure haste fisca. l. j. in princ. lib. xi. ⁊. C. de censi. l. gratuitas, ⁊. C. de princi. agen. in reb. l. iij. in fi. lib. xj. ⁊ Innc. in. c. sincera. in fi. extra de dona. inter vi. ⁊ vxo. Sed an ecclesia habeat fiscum, certe sic, vt patet in. c. q: diuersitatem. de concessio. preben. ⁊ in clemen. nolentes. de here. ⁊. xvij. q. iiij. c. si quis. Quid autem de ciuitatibus, ⁊ aliis dominis recognoscentibus dominos superiores an habeat fiscum, dic quod non, vt patet. ff. de verb. signi. l. eum qui vectigal. ⁊. C. de bon. vacan. l. j. ⁊. ff. ad municip. l. simile. Sed an respublica ⁊ fiscus sint idem vel diuersa, videtur quod nō sint idem, vt. ff. de bo. pos. l. non est ambiguum, ⁊ patet. ff. de interdi. ⁊ releg. l. sciendum. in gl. In cōtrarium videtur quod sint idem patet. ff. de iure fis. lib. x. ⁊ gl. in proe. consti. regni. dicit tamen Luc. de pen. in. l. prouinciis. C. de mune. lib. xj. quod respublica est genus, fiscus est pars ipsius generis, vel respublica est caput, fiscus est membrum reipublice ⁊ factus publicus, vt dicit And. in titu. que sint rega. referendo Augustinum ⁊ doc. Idem no. Luc. de pen. in rub. C. de iur. fis. ⁊ in. l. pe. C. de diuer. predi. vrb. lib. xj. ⁊ fiscus dicitur bursa Cesaris, q: q̄ non accipit Christus vel episcopus, accipit fiscus vt dicit tex. vij. qđ. vij. c.
23 maiores. † Sed quoniam hic fit mentio de fisco per vnicum verbū ⁊ in iure nostro sunt Rub. proprie maxime. ff. ⁊. C. de iure fis. ideo superstitiosum esset questiones ad materias fiscales pertinentes hic tractare. Priuilegia autem fisci alias dixi in. §. preceden. ⁊ ponit Bal. in. l. j. C. de here. vel actio. ven. ⁊ ego plura alia posui in. c. j. de fra. de no. bene. inuesti. Quare finem facio in ista. l. Federici imperatoris in qua Bald. scripsit per duas cartas tantum. Nec vnquam aliquis doctor dignus nominari in hac. l. scripsit, bene tamē noster Sebastianus Neapolitanus in consuetudinibus. In consuetudinibus ciuitatis scripsit. Multas de. s̄. dictis questionibus vltra eum alias hic posui. fateor tamen hic in. l. nihil dixisse de rustico qui non habet ius congrui, sed hic ex speciali ꝯsuetudine in hac ciuitate, ⁊ lex ista nihil de rustico dicit. Ideo superfluum est hic videre quis dicatur rusticus vel villanus, sed de hoc habes per gl. ⁊ And. in consti. reg. prosequentes de testi. contra comi. ⁊ mili. produ. vt dixi in. c. j. §. si quis rusticus de pace tenen. ⁊ omnia que hic dicta sunt per me Matthe. de afflicto. ll. doc. de Neapoli subiicio ingenio melius scientis vt vtar verbis iurisconsulti. in. l. claudius felix. ff. qui pot. in pigno. habe. ⁊ sic finem facio ad Dei omnipotentis eiusq; gloriosissime matris Marie laudem gloriamq; sempiternam. Amen.

FINIS

Tractatus do. Bald. Perusi.

Legum sideris super constitutione Friderici imperatoris de iure Protomi. hoc est congrui.

SVMMARIVM

1 Ius Protomiseos quibus competat.
2 Ius Protomi. quibus contractibus locū habeat. 10. 13.
3 Ius Protomi. quanto tempore prescribatur.
4 Vicini quomodo requiri debeant in iure congrui. ⁊ an possit fieri ꝑ procuratorem.
5 Ius Protomi. nunquid possit cedi vel donari.
6 Ius Protomi. transit cum re.
7 Vsufructuarius in emptione rei an preferendus vicino in iure congrui.
8 Permutatio an ⁊ qñ sit vbi refunditur pecunia.
9 Vicinus propinquior remotiorem nunquid in totum excludat in iure congrui.
10 Pupillus quomodo aduersus tempus elapsum in iure congrui se habeat.
11 Captiui vel absentes an admittendi ad retractationē vēditionis in iure Protomiseos. 12.
12 Ius Protomi. an locum habeat in feudis.
13 Constitutio iuris congrui an liget clericos. Et in quibus se extendat.
14 Tempus currere in iure congrui quando incipiat in venditione conditionalis.
15 Ius congrui an cedat ignoranti.
Legis forma quid sit. ⁊ quid rei.
16 Denunciatio quid sit, ⁊ an de substantia.
17 Temporis lapsus quando cedat ignoranti.
18 Absens ignorare presumitur.
Ignorantia quomodo probetur.
19 Sciuisse non dicitur qui non habuit scientiam eorum que sunt de substantia.
Perfectio triplex est.
20 Venditio pluriū rerū sub vno pretio an sit vna vel multiplex.
Et qualiter veniat in iure congrui.
21 Euictio qualiter procedat in pluribus fundis venditis vno pretio.
22 Stipulationes tot sunt quot res.
23 Ius congrui an se extendat ad omnium bonorū emptionem ratione alicuius rei coniuncte.
24 Ius Protomi. an se extendat ad donationē maioris valentie.
Victus victori nō soluit ꝓ aduocato quem gratis habuit.
25 Contrariorū mixtura fraudem presumit in venditione.



40 **Fauiana.** ¶ Decimaseptima est actio. † Circa istam actionem dic q datur patrono ɔtra possessores illorum bonorum que fuerunt liberti sui qui alienauerat in fraudem legitime debite ipsi patrono ad reuocandum illa bona alienata vsq ad legitimam debitam ipsi patrono de qua legitima hr̃ in. §. sed nostra. insti. de succes. lib. Istud probatur in. l. j. in prin. §. j. et pe. ff. si quid in fraud. pat. et quod not. insti. de actio. §. itẽ si qs in fraud.

¶ Decimaoctaua actio.

Caluisiana. ¶ Decimaoctaua est actio. Circa istam actionem dic q hec locum hz pro reuocãdis bonis alienatis in fraudem per debitorem, vel etiam per libertum, et sic in fraudem tam creditorum q̃ patroni, et sic datur cõiter in his duobus casibus in quibus etiam potest intentari dicta actio pauliana, et fauiana. Ita dixit glo. in. d. §. item si quis in fraudem. Et fuit introducta, q interest nostra plures actiones habere ad idem, vt in. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. ij. etiam si nullum aliud interesse haberemus, hr̃e, vel intentare magis vnam actionem q̃ aliam, vt dicit glo. sing. in. §. sic itaq. super ver. odio. circa fi. insti. de act.

¶ Decimanona actio.

41 **In factum reuocatoria.** ¶ Decimanona est actio. † Circa hanc dic q datur ad reuocandum solum incorporalia alienata per debitores, vel libertum in fraudem quorumcũq creditorum vel patroni. Et in hoc ista actio differt ab alijs tribus actionibus de quibus statim. s. dixit, q ille dantur solum ad bona corporalia in fraudem alienata. ista autem ad reuocandum solum incorporalia alienata, tamen in fraudem tam creditorum q̃ patroni, vt est casus in. l. hac in factũ actione. ff. que in frau. credi. lz aliqui dicant q etiam in. s. dictis tribus actionibus semper datur ista vnica actio in factum ad reuocandũ tam bona corporalia q̃ etiam incorporalia fm illos. Et sic nomina illa pauliana, fauiana, caluisiana, fm hoc non essent propria nomina actionum, sed adiectiones, et sic diceretur actio in factum pauliana, vel actio in factum fauiana, et actio in factũ caluisiana, de quo tamen dic, vt not. in. d. §. item si quis in fraudem. Bar. tamẽ in. d. l. hac in factũ. vr̃ sequi opin. Vltramoñ. qui voluerunt q essent tñ due actiones, vcz pauliana. Item actio fauiana, caluisiana, que sic dr̃, q auctor seu pretor qui ipsam introduxit erat binominis forte vocabatur fauiuscaluius, sed hoc mihi non placet, q Iurisconsu. in. l. in. fauiana. ff. si quid in fraud. pat. ponit copulam, et, inter fauianam, et caluisianã dicendo in fauiana, et caluisiana, ergo sunt due actiones, et non vna, q copula debet cadere inter diuersa, vt not. glo. super rub. ff. d in. et fac. ign. et sic in hoc sequor opi. Io. in arbore sua.

¶ Vigesima actio.

42 **Redhibitoria.** ¶ Vigesima est actio. † Circa hãc actionem dic q datur vbicunq res est empta que habebat aliquod vitium latẽs q emptor ignorabat pp q vitium ipse emptor nullo modo empturus fuisset si illud vitiũ sciuisset, et datur ipsi emptori contra venditorẽ ad eum compellendũ q rem illam retro accipiat, et precium restituat. Et si venditor hoc non faciat pp eius ɔtumaciam hec actio datur contra ipsum venditorem in duplum. l. redhibitoria. ff. de edil. edic. et per totum illum titu. Et attende q hec actio debet intentari intra sex menses vtiles tñ computandos. s. a die traditionis facte, vt est casus in. l. sciẽdum. §. tempus. ff. de edil. edic. ¶ Et scias q si aliquis emit aliquam rem cum pacto q possit eam rem redhibere si ipsa res emptori displicuerit. Isto casu emptor debet declarare voluntatem suam intra. lx. dies vtiles, alioquin vltra non auditur, casus est singularis in. l. qd si nolit. C. si qd ita venierit. ff. de edi. edic. Et de ista materia vide glo. magist. in. l. iuli. in prin. ff. de acti. emp. que ponit de actione redhibitoria, de actione quanto minoris emptor empturus fuisset si vitium sciuisset, vel quanto minoris, res est. &c. Item adde glo. magistri in. l. j. §. j. ff. de edi. edic. que enumerat magistraliter, ex quot causis hẽat locum ista actio redhibitoria, dic vt in ea.

¶ Et adde q si emptor ob vitium rei elegerit agere non redhibitoria, sed quanto minoris, tunc potest agere vsq ad annum vtilem, vt in. d. l. sciendum. §. tempus. ff. de edil. edi. de quo dic vt statim dicam in sequenti actione.

¶ Vigesimaprima actio.

Quanto minoris res est. ¶ Vigesimaprima est actio.

43 † Hec actio datur in predicto casu quando emptor emit rem habẽtem vitium latens q tamen si emptor sciuisset bene omnino rem empturus fuisset, sed q propter illud vitium tñ res non valet, quantũ ipse emptor exbursauit, propterea prodita est ista actio per quam emptor agit contra venditorem intra annum vtilem, vt in. d. §. tps. ad cogendum venditorem q restituat emptori de precio rei per eũ recepto tñ q̃tum venditor habuit vltra verum, et cõmune precium ipsius rei, quo vendi potuisset, scientibus illud vitium, vt hz in. d. §. tempus. ¶ Et aduerte q reperitur vna alia actio que appellatur actio quanto minoris emptor empturus fuisset si vitium illius rei sciuisset, quo casu non hr̃ respectus ad verum et cõmune preciũ ipsius rei, sed ad id precium singulare quãtominus ipse emptor empturus fuisset, si emptor illud vitium rei sciuisset tempore emptiõis, de qua per glo. not. in. l. iulianus. in prin. ff. de act. emp. et hoc casu talis actio est ciuilis, et non pretoria, de quo tamen dic, vt habetur in. d. l. iulianus. in prin. et ibi dixi, de hoc etiam. i. dicam.

¶ Sed ego quero quotuplex sit actio quantominoris, et subsequenter quero quotuplex sit actio redhibitoria, de qua. s. proxima actione dictum est. Et in quibus differat actio quantominoris ciuilis a pretoria, de quo tamen vltimo, dic vt in glo. magna. in fi. in. d. l. iulianus. in principio.

44 ¶ Circa primum aduerte, q Pet. et Cy. in. l. ij. et in. l. fi. C. de edi. act. tz, † q sit vnica tñ actio quantominoris res cõmuniter valet, que est pretoria, et hoc per. l. qd si nolit. §. si plures. et. l. ediles aiũt. in prin. ff. de edi. edic. et per. l. si minores. C. de act. emp. Et vltra predicta mouetur per. l. ij. C. de edi. act. vbi litera dicit q elapsis sex mẽsibus intra quos durat actio redhibitoria, et elapso anno, quo actio quantominoris res cõiter valebat, iuxta. l. sciendum. §. tps. ff. de edi. edic. nulla alia actio superest emptori, que per eũ possit intentari, tũc sic, si competeret actio quãtominoris ciuilis, et certe illa ppetuo duraret tanq̃ ciuilis, vt insti. de perpe. et tempo. ac. in prin. ergo &c.

¶ Scdo q leges iste que dicũt de actione quantominoris emptor empturus fuisset, sonant idem q dicunt ille alie leges, scz quantominoris res cõiter valebat, q verisimile est q emptor tanti rẽ emisset quanti cõter valebat, cum precium singulare non debeat attendi, sed commune. l. precia rerum. ff. ad. l. falc.

¶ Tertio quia si esset dare actionem quantominoris ciuilez, de qua habetur in.d.l.iul.§.quantominoris emptor empturus fuisset, iuxta. d.l.iul.in prin.τ actionem pretoriam quantominoris res cõiter valebat tempore contractus, vt in dictis iuribus, certe ex quo ista pretoria non esset contra ius ciuile, sed fere conformis, cum ipso iure ciuili, duraret perpetuo, licet secus sit in illa actione pretoria que est contra ius ciuile, que solet durare minus, videlicet maxime anno vtili, vt in l.in honorarijs.§.sed solum rescissa.ff.de act.τ ob.ergo.

¶ Quarto ego addo rationem, quia si esset reperire actionem quantominoris ciuilem, scz quantominoris emptor empturus fuisset, sequeretur quod si pro nullo, seu pro nihilo illam rem emisset quod precium totum recuperaret, τ sic vltra precium retineret rem lucri cã, arg.l.illud.§.minus.ff.de tribu.τ quod no.glo.magna.in.d.l.iul.in versi.quid differt τc. Hoc autem vr inconueniens. arg.l.emptorem.§.fin.ibi. neqz enim bonefidei τc.ff.de act.emp.ergo τc.facit.l.non omnis.ff. si cer.pe.nam clarz est quod venditor non intendebat rem carere pro nihilo.l.j.ff.de ebeu.emp.ergo τc.facit cum de indebito.ff.de proba. τ.l.bouem.§.aliquando.ff.de edi.edic.lz contrarium dixerit Saly.in.d. l.si minoris.τ.d.glo.magna.in fi.iui,in.d.l.iul.in prin.

45 ¶ † Quinto quia si emptor pro nullo, seu pro nihil rem emisset si vitiũ sciuisset, non vr posse cõpetere actio quantominoris ciuilis, vel pretoria, sed actio redhibitoria, vt probatur in glo.j.in fi.in.d.l.iulia.in prin.ergo τc. Et ideo concludunt ipsi Pet.τ Cy.quod sit dare vnam tantum actionem quantominoris pretoria quantominoris, scilz res communiter valebat tempore contractus.

¶ Ad.d.l.iuliam.in prin.ff.de act.emp.ipsi respondẽt quod ibi loquitur de actione ex empto quantominoris emptorem emisset considerato cõi valore tempore illius contractus, τ sic illud quantominoris non est proprium nomen actionis, sed adiectio quedam, sicut cuz dicimus de peculio, τ de in rem verso, tributoria τc.vt nota.in.l.iij. §.cui congruit.ff.de pec.τ habetur per aliquos in.l.j.in prin.ff.de verbo.obl. Cõmunis tñ opinio se habet contra Pet. Cy.τ sic glo.prima signata in.d.l.iul.in prin.est vera, τ maxime quia actio quantominoris competit solum pro seruis, τ animalibus, τ ceteris rebus de quibus in.l.j.ff.de edili.edic. Ista autem ciuilis redhibitoria pro omnibus rebus ẽm Raph.fulg.in.d.l.iulia.in prin.

¶ Ad.d.l.ij.C.de edili.acti.respondetur quod imperator ibi non fuit interrogatus nisi vtrum competeret aliqua actio pretoria, τ si interrogatus fuisset de ciuili, respondisset imperator eam perpetuo competere. Et ego hoc probo ratione illius rub.C.de edil.act.que loquitur de edilitijs actionibus tantum, τ sic de proprijs, vnde τ lex illa de qua in.d.l.ij.eo.tit.debet intelligi, quod loquatur de pretoria tantum, τ quod nihil dicat vel tractet de ciuili redhibitoria, arg.l.imperatores.ff.de in diem adiec.τ quod not.glo.in.c.bone.de confir.vtil.vel inutili.que dicit quod in dubio tenendum est quod nigrum disponat, id quod rubrum.

46 ¶ † Ad secundum arg.respõdetur quod leges nostre expresse loquũtur diuersimode, nam in pretoria dicunt quantominoris res cõiter valebat. In ciuili vero redhibitoria quantominoris emptor empturus fuisset, vt not.in.d.l.iulianus.in prin.ff.de acti.emp. Fateor tamen quod si emptor nullo modo empturus fuisset quod non competeret illa actio preto.vel ciuilis quantominoris, sed competeret actio redhibitoria ne sequatur inconueniens, de quo.s.dixi in.iiij.arti.

¶ Ad tertium arg.respondetur quod actio quantominoris ciuilis refertur ad singulare precium emptoris, scz quantominoris empturus fuisset, vt in.d.l.iul.in prin.sed pretoria refertur ad cõmune preciuz emptoris, scz quantominoris res cõmuniter valebat, τ si quanto cõmuniter empta fuisset a sciente vitium ipsius rei, vt in iuribus.s.allega. Et sic ista pretoria non consonat iuri ciuili per not.in.l.j.in prin. ff.de act.emp.vbi loquitur de interesse, τ in.l.vnica.C.de sentẽ.que pro eo quod inter.profe. Aduerte tamen quia si hec cõmunis opinio vera est ẽm quaz emptor iurabat quantominoris empturus fuisset τc. prout declarat Pau.de ca.in.d.l.iul.in prin.certe hoc dico procedere viuo emptore, sed illo emptore mortuo non posset super hoc iurare heres ipsius emptoris, arg.l.generaliter.in prin.C.de re.credi.τ iureiurã. Et ita potest loqui.d.l.quod si nolit.§.si plures.ff.de edi.edic.τ si tunc ageretur quãtominoris res cõmuniter valebat vt ibi facit quod no.in.l.idem pomponius.§.fi.ff.de rei ven. Mihi tñ plus placet de iure opin. Pet.τ Cy.nam illa actio quantominoris separata ab actione ex empto, vt ibi, in prin.ibi.dum dicit in condẽnatione ex empto τc. Cum Iurisconsultus incipiẽdo a.l.ex empto. eo.tit.ff.de acti.empt.vsqz ad.l.ex vendito.tradit de ipsa actione ex

47 empto, † pro quo facit quia illa.l.iulia.est collocata sub titulo.ff.de emp.τ ven.ergo loquitur de illa actione ex empto, τ non de alia actione quantominoris, arg.d.l.imperatores.τ quod not.glo.in.d.c. bone. Item quia iurisconsultus sciuisset in rub.illa.ff.de.act.emp.τ vẽdi.supponere. Et de actione quantominoris ciuili.si talis actio quãtominoris ciuilis reperiretur in iure nostro, sicut Iurisconf.fecit in pretoria in rub.ff.de edil.edic.τ de redhibitoria, τ quãtominoris τc. arg.l.vnice.in fi.C.de cad.tol.vnde datur nobis intelligi quod non reperitur nisi vna tñ actio quantominoris pretoria, ac etiam illa actio ex empto que ex sui natura exuberanti competit ad ista omnia de quibus in.d.l.iulia.in princ. Non obst.quod ista actio pretoria quantominoris competat solum pro certis rebus τc.vt dicebat Raph.fulgo. quia illud est verum ex verbis edicti, sed ex interpretatione competit pro omnibus rebus, vt not.in.d.l.in prin. Item concludo quod sit reperire tantum vnam actionem redhibitoriam pretoriam per predicta, τ de ista tractat hic Io.in arbore sua.τ Roff.in libellis suis. Bar. tñ, τ Pau.de ca.in.d.l.iul.in prin.transeundo cum cõmuni opinione dicunt quod immo alia est actio ex empto ciuilis quantominoris emptor empturus fuisset. Et alia est actio pretoria quantominoris res cõiter valebat.finge enim doctorem emisse librum corruptum, quez si sciuisset corruptum hoc non obstante tñ eum emisset aliquo maiori precio quam cõmuniter alius indoctus emisset, puta scholaris indoctus.certe intentabitur ista ciuilis, non autem ista pretoria, quia si vellet doctor iurare quod emisset solum, τ duntaxat pro cõmuni precio

48 esset periurus, ideo τc. † Ista est vna truffa iudicio meo, quia cõmuniter quis sciens vitium rei nullo modo emisset, aut si pur emisset certe emisset illam rem pro cõmuni precio, τ non pro suo precio singulari, vt cõmuniter videmus, argu.l.cum de indebito.ff.de proba.ergo hoc raro accidens non est in consideratione per.l.nam ad ea.ff.de legi.τ quod not.in glo.magna.in.d.l.iul.in prin.ꝑterea pone quod emptor rem non emisset, nisi pro vili precio intra dimidiam, τ cõmuni iusti precij quomodo aget quantominoris empturus fuisset, imo sibi obstaret exceptio doli mali, per.l.ij.C.de rescin.ven.iuncta.l.papinianus.§.si filius.τ quod ibi not.ff.de inoffi.test.τ.l.j.§.quod ait.ff. de superficiebus, vbi cui datur actio, multomagis datur exceptio. preterea Iurisconsultus in d.l.iul.in.§.si venditor.loquitur per verbum quantoplures seruum emisset, τ in.§.contrarium qui sequitur. d.§.si venditor.loquitur per verbuz, quantopluris hereditas valet, τ sic lex capit vnum pro alio, vt etiam ibi not. Rapha.fulg.ergo τc. veruntamen est quod in iudicando, vel consulendo non recederem a communi opinione docto.ea tamen modificata, vt supra patet, tene menti ista.

SVMMARIVM

49 Emptor rem vitiosam restitutus lucrum sentire non debet.
Exercitor nauis qua teneatur actione.
50 Actio institutoria contra quem, τ ad quid detur.
51 Pater in peculio filij non est melioris conditionis quam ceteri creditores. Et si cum filio contrahat qua actione teneatur. 52.
53 Actio pecunie constitute quando concedatur.
54 Actio vtilis ex confessione quid sit, τ cui detur.
55 Iurans causa adiecta iudicialiter quibus inuoluatur actionibus.
56 Negociorum gestorum actiones quot sint.
57 Tutela quas actiones pro se habet, item τ depositum. 58.
59 Actio quod met.causa cui detur, τ contra quem.
60 Dolo malo alterius deceptus actionem habet de dolo.
61 Fur manifestus quis sit, τ qua teneatur actione.
62 Actio in factum furti aduersus caupones, nautas, stabularios, que sit. Et quid in quasi delictis. 63.
64 Serui corrupti tenetur qui animum serui corruptum facit.
65 Actio vi bonorum raptorum quid sit, τ contra quem detur.
66 Actio iniuriarum in quem intentetur.
67 Sepulture τ loca sacra quas habeant actiones.
68 Via publica non deterioranda. Et quid de locis publicis, τ eorum actionibus. 69.
70 Fluminum riparumqz priuilegia τ actiones. Et quid de lacubus, τ stagnis. 71. 72.
73 Bonorum possessio quando dicatur agnita, τ quam secum ducat actionem.
74 Actio de tabulis exhibendis aduersus quem intentetur. Et quid de liberis exhibendis, τ deducendis. 75.
76 Spoliatus possessione quibus iuuetur remedijs.
77 Edificans post prohibitionem actione quod vi aut clam tenetur.
78 Interdictum vti possidetis quibus cõpetat. Et quid de vtrobi. 79.
80 Interdictum de superficie contra quem detur.
81 Actio de itinere actuqz priuato quid sit, τ quem iuuet. 82.
83 Interdictũ de aqua quotidiana, aut estiua locuz in quo habeat. 84. Et de aqua ducenda e castello. 85.
86 Interdictum riuorum purgandorum quod sit, τ quid de fonte. 87.

Et

Et eius refectione. 88.
89 Cloace et sordes purgande propter fetorem, et aeris corruptionem, et cloace purgande que actio sit. 90. 91.
92 Precarium a commodato, et mutuo in quo differat, et quam actionem gignat.
93 Arborum cedendarum actio qualis sit.
94 Glandis nuncupatione quid veniat, et glandis legende actio que sit.
95 Inquilinus adversus dominum prohibentem quam habeat actionem.
96 Creditor adversus debitorem ad auocandas res obligatas qua actione iuuetur.
97 Edificans post noui operis nunciationem cui interdicto sit obnoxius, et quid si satisdederit. 98.
99 Pupillus contra creditorem cui est facta solutio ad illud quod per debitorem est solutum creditori administratoris qui in fraudem alteri suo creditori debitorem pupilli delegauit, quo interdicto iuuetur.
100 Actio de albo corrupto quando locum habeat.

¶ Uigesimasecunda actio.

In factum edilitia vel redhibitoria.

49 ¶ Uigesimasecunda est actio. † Circa hanc dic ipsam dari emptori contra venditorem qui extra ius receperat rem venditam tanquam vitiosam ab emptore, ut quia ipse venditor forte extra iudicium retro accepit ab emptore rem venditam tanquam vitiosam, quo casu si emptor velit habere a venditore precium ipsius rei solutum per emptorem venditori, et venditor forte penitentia ductus velit, quod emptor recipiat rem emptam tanquam illa res de iure non potuerit redhiberi, et per consequens venditor vult retinere precium, nihilominus venditor per istam actionem cogitur prestare precium ipsi emptori, et econtra emptor venditori omnem commoditatem que reperitur apud ipsum emptorem occasione dicte rei empte tempore quo res erat penes emptorem, ut quia erat seruus mediante cuius persona emptor acquisierat aliquod legatum vel hereditatem. Ista enim omnia sunt restituenda venditori, ita quod emptor neque damnum patiatur, neque lucrum sentiat, ut est casus not. in l. qui si nolit. §. in factum. ff. de edil. edi. quod no.

¶ Uigesimatertia actio.

Exercitoria.

¶ Uigesimatertia est actio. Que datur contra magistrum nauis ad quem spectat lucrum vel damnum ex contractu, vel quasi celebrato cum illo homine libero, vel seruo qui gubernat dictam nauim, quia appellatur exercitor nauis, ut habetur l. j. §. magistrum. ff. de exer. et per totum illum titulum, dummodo talis contractus vel quasi, sit factus cum dicto exercitore nauis in causam circa quam ille exercitor fuerat prepositus ipsi naui per magistrum, ut ibi habetur. de quo etiam habetur per glosam not. insti. de acti. §. actiones autem de peculio, et habetur instit. quod cum eo. §. eadem ratione. Et hec actio habet locum in mari, vel aquis, et sic in nauibus, ut in toto illo tit. ff. et C. de exerci.

¶ Uigesimaquarta actio.

Institutoria.

50 ¶ Uigesimaquarta est actio. † Hec datur contra illum qui posuit aliquem seruum vel liberum hominem alicui negociationi, vel fontico, seu apothece in terra, et sic non in naui ex contractibus vel quasi, factis cum dictis institutis in causam circa quam erant instituti. ¶ Et datur hec actio et precedens ad id ad quod dabatur actio ex illo contractu, vel quasi contra illum cum quo fuit factus contractus vel quasi, ut habetur per glo. in preallega. §. actiones autem de peculio. et in toto tit. ff. de insti. ¶ Et aduerte, hec actio et precedens datur insolidum, etiam si ille exercitor, vel ille qui fuerat institutus certe negociationi erat seruus vel filiusfamilias nihil habebat in peculio, ut habetur in dicto §. eadem ratione. et quod not.

¶ Uigesimaquinta actio.

Tributoria.

51 Uigesimaquinta est actio. † Circa istam actionem dic quod datur creditoribus contrahentibus cum filio, vel seruo alterius, et contra dominum, vel patrem, quando scilicet talis contractus, vel quasi celebratur insciente patre, vel domino, et contradicere volente qui tamen non contradixit, ut in l. j. §. scientiam. ff. de tribu. et per istam actionem, seu in ista actione tributoria, pater vel dominus non potest de peculio filij vel serui deducere ante omnia quod suis vel sibi debetur, de quibus habetur per glo. in d. §. actione autem de peculio. insti. de act. immo pater vel dominus vocatur in tributum cum ceteris creditoribus ad peculium filij vel serui, et sic dominus vel pater non est melioris conditionis quam sint reliqui creditores, immo iudicantur ad paria, ut habetur in §. introduxit. insti. quod cum eo. et in toto tit. ff. de tribu. de quo not. est glo. in d. §. actiones autem de peculio. et sic patet quod ista actio non datur contra patrem, vel dominum ex contractu vel quasi filij vel serui, nisi filius vel seruus habeat peculium, ut patet ex predictis etc.

¶ Uigesimasexta actio.

Quod iussu.

¶ Uigesimasexta est actio. Ista actio datur contra dominum, vel patrem ex contractu vel quasi, celebrato cum filio vel cum seruo precedente iussu domini vel patris, vel saltem secuta ratihabitione patris vel domini. et datur insolidum contrahenti vel quasi cum filio vel cum seruo, etiam si nihil sit in peculio filij vel serui, ut in l. j. in princ. et in §. si ratum. ff. quod iussu, et habetur insti. quod cum eo. §. j. et per glo. in d. §. actiones autem de peculio.

¶ Uigesimaseptima actio.

De in rem verso.

52 ¶ Uigesimaseptima est actio. † Hec actio datur contra patrem vel dominum ex contractu vel quasi celebrato cum filio vel seruo alterius. Et datur ipsi contrahenti vel quasi, quando res est conuersa in utilitatem patris vel domini, et datur hactenus quatenus versum est in utilitatem eorum etiam si nihil esset in peculio ipsius filij vel serui. ut habetur in §. preterea. insti. quod cum eo. et in toto titulo. ff. de in rem verso.

¶ Uigesimaoctaua actio.

De peculio.

¶ Uigesimaoctaua est actio. Et talis actio locum habet quotiescunque pater vel dominus aliquid habet de peculio serui vel filij, et datur contrahenti ex contractu vel quasi, celebrato cum filio vel seruo, ignorante domino vel patre, vel etiam sciente, sed prohibere non volente, ut habetur in d. §. actiones autem de peculio. insti. de actio. in qua tamen actione per prius deducitur quicquid debetur naturaliter ipsi domino vel patri vel alijs quos habet in potestate, et quibusdam alijs personis, de quibus habetur in §. cum autem queritur. insti. quod cum eo, et dic quod dominus vel pater tenetur actione de peculio solum pro peculio profectitio quod filius vel seruus administrat patiente patre vel domino, vel etiam pro peculio aduentitio in quo tamen pater non habet usufructum, ut quia pater remisit, alias secus, ut colligitur ex dictis per Barto. in l. sed finita. in §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. quod tene menti.

¶ Uigesimanona actio.

De constituta pecunia.

53 ¶ Uigesimanona est actio. † Circa istam actionem dic quod datur quotiescunque quis promittit per pactum nudum se soluturum alicui creditori suo vel alterius id in quo ille erat creditor ciuiliter et naturaliter, vel etiam naturaliter tantum, ut in l. j. §. debitum. ff. de consti. pec. secus autem si esset debitor tantum ciuiliter cuius obligatio ciuilis esset elisa per exceptionem, ut quia creditor fecit debitori obligato ciuiliter et naturaliter pactum de non petendo quo casu tollitur naturalis obligatio, et remanet ciuilis, sed poterit opponi exceptio pacti de non petendo, ut in l. stichum. §. naturalis. ff. de sol. et in l. si unus. in §. pactus ne peteret. ff. de pac. et hoc probatur in l. quod si maritus. in §. j. de consti. pec. et no. in d. §. debitum. de quo etiam in §. de pecunia autem constituta. insti. de act. de quo dic ut ibi, secus autem esset in fideiussore si potest accedere, et fideiubere etiam ubi subest sola ciuilis obligatio mero iure, ut habetur in l. j. ff. de fideius. et insti. eo. tit. in §. j. et que sit ratio diuersitatis vide per Bar. in d. l. j. ff. de fideius. quod tene menti. Et ex hoc sequitur quod licet de iure ciuili ex nudo pacto non oriatur actio, ut in l. iurisgentium. versi. igitur nuda. ff. de pac. nihilominus si ille qui tenetur ex pacto nudo promittit illud idem per pactum nudum ex isto secundo pacto oritur actio de constituta pecunia per §. debitum. quod not.

¶ Trigesima actio.

Utilis ex confessione.

54 ¶ Trigesima est actio. † Circa istam actionem dicendum

est q̄ datur quotiescunq̄ post litem contestatam reus conuentus in iudicio confitetur in iudicio coram iudice sedente pro tribunali se esse debitorem illius actoris qui agebat contra ipsum reum ex aliqua causa, sm̄ Roff. in libe. suis de qua actione habetur in. l. proinde. §. j. ff. ad leg. aquil. quam actionem aliqui appellant confessoriam per illum tex. sed non est verum, q̄ ille tex. debet exponi q̄ detur actio vtilis confessoria, id est actio vtilis ex confessione, ita declarat Rof. vbi. s. confessoria enim actio dat̄ pro tuenda seruitute, vt in. §. eque. insti. de acti. ⁊ in toto tit. ff. si vsufr. pe. ⁊ in toto ti. ff. si ser. ven. Et aduerte quia cum ministerio dixi de confessione facta in iudicio, coramq̄ iudice, nam si esset facta extra iudicium, ex tali confessione nō oriret̄ actio, sed bene per ipsam probaret̄ debitum q̄ debitor cōfessus est, ita dz intelligi tex. in. l. publi. §. lucius. ff. deposi.

¶ Item cum ministerio dixi de confessione facta post litem contestatam, quia si fieret ante litem contestataz ad illa interrogatoria que per actorem solent fieri ad preparationem iudiciorum, non posset ex ea oriri actio, vt habetur in. l. j. ff. de interrog. actio.

¶ Et attende q̄ ista actio est vtilis in casu quo instātia esset perempta quo casu amplius non poterit ferri sententia super primo pcessu, vt habetur in. l. properandum. C. de iudi. ⁊ in. l. j. C. quando pro. non est nece. ⁊ ideo tunc ipse actor poterit istam actionem vtilem ex confessione intentare, vel etiam primam, ⁊ antiquam electionem in actione ipsius actoris. l. quod in heredē. §. eligere. ff. de tribu. interest enim nostra plures actiones habere etiam ad idem contra eundem, vt in. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. ij. etiam si nullam aliā vtilitatem haberemus, vt dixit glo. singularis in. §. sic itaq̄. in penulti. parte instituta de actionibus, ⁊ ita declarat Roffr. in suis libell. vbi latius per eum.

¶ Trigesimaprima actio.

In personam iuratoria.

¶ Trigesimaprima est actio.
55 † Ista actio que vendicat sibi locum cū iuratur adiecta causa, ⁊ dic q̄ ista actio locum habet quotiescunq̄ delatum est, ⁊ prestitum iuramentum alicui ex partibus in iudicio ad postulationez alterius partis adiecta causa, vt q̄ actor ad postulationem rei iurauit reum suuz esse debitorem in actione ex empto vel vendito, vel alia simili actione personali, vt dicendo, iuro qd̄ tu es debitor meus, q̄ vendidi tibi talem librum precio ducatorum. x. quo casu iuranti dat̄ actio ex empto personalis ad precium contra descendentem iuramentum. Et econtra in dicto casu daretur actio ex vendito iuratoria ad rem venditam tradendam, contra illum actorem, secus autem si iuraretur informiter non adiecta causa, ex qua ille esset debitor, q̄ tunc ex tali iuramēto nasceretur actio in factum, vt habetur in. l. actori. C. de rebus cred. ⁊ iureiuran. de quo. j. videbimus. de hac etiam actione habetur in. l. si duo patroni. in. §. si quis iurauerit. ⁊ in. §. marcellus. ff. de iureiuran. ⁊ per glos. ⁊ doctor. in. §. item si quis postulante. instit. de actio.

¶ Trigesimasecunda actio.

In rem iuratoria.

¶ Trigesimasecunda est actio. Ista actio vendicat sibi locum cum iuratur adiecta causa, ⁊ ista actio habet locū quotiescunq̄ quis conuenit aliquem in iudicio per aliquam actionem realem, vt puta per rei vendicationem, ⁊ ille actor iurauit reo postulante rem illam esse suam seu esse dominum illius rei, quo casu datur ipsi actori vtilis rei vendicatio iuratoria, secus autem si iurasset solum rem petitam non esse aduersarij sui, tūc eni3 non sequitur, ergo est actoris, vt not. per glo. in. d. §. si quis postulāte. ⁊ quod habetur in. d. §. marcellus. ⁊. §. si quis iurauerit.

¶ Trigesimatertia actio.

Mixta iuratoria.

¶ Trigesimatertia est actio. Ista actio locum sibi vendicat cum iuratur adiecta causa. Et dic q̄ ista actio locum habet vbicunq̄ pars aduersa in iudicio iurauit ad postulationem aduersarij sui illuz aduersarium teneri sibi per aliquam actionem mixtam super qua pēdebat iudicium inter ipsas partes, vt in act. familie herciscunde, cōmuni diuidundo, ⁊ finium regundorum, de quibus habetur in. §. quedam. institu. de actio. Istud probatur ex his que dicuntur vel habētur in dicto. §. item si quis postulante. ⁊ in. d. §. si quis iurauerit. ⁊. §. marcellus. q̄ tene menti, licet Joan. in arbore sua act. faciat confuso modo vnam actionem iuratoriam tantum, sed hoc modo materia harum actionum clarius habetur.

¶ Trigesimaquarta actio.

Negociorum gestorum directa.

¶ Trigesimaquarta est actio. In hac actione dic q̄ ista actio datur domino, absenti postea reuerso cuius negocia gesta sunt ex voluntate sua sine mandato contra ipsum gestorem negociorum, vt reddat rationem, ⁊ reliqua de administratione per eum facta ipsi domino, de qua actione habetur insti. de obli. que ex quasi contra. nasc. in. §. j. ⁊ in toto tit. ff. ⁊. C. de neg. gest.

¶ Trigesimaquinta actio.

Negocioꝝ gestorū ɔtraria.

¶ Trigesimaquinta est
56 actio. † Super hac actione dic q̄ per istam actionem consulitur negociorum gestori contra dominum cuius negocia gesta sunt in casu predicto ad recuperandum contra dn̄m id qd̄ ipse gestor sine mādato necessario, vel vtiliter impēdit de suo pro negocijs domini, vt hr̄ insti. de obl. que ex quasi contra. nas. in. d. §. j. ⁊ in. §. sicut.

¶ Trigesimasexta actio.

Negocioꝝ gestoꝝ vtilis directo.

¶ Trigesimasexta est actio. Et hec actio datur vbicunq̄ quis gerit negocia alterius ex necessitate sui officij, vt q̄ erat tutor vel curator alicuius pupilli, vel adulti, vel prodigi, vel furiosi, vel mentecapti, ⁊ similium psonarum, quo casu finita cura vel simili officio. Ista actio negociorum gestorum vtilis directo dat̄ illi cuius negocia gesta sunt ex necessitate gerentis ratione officij sui contra talem gestorem negociorum vt reddat rationem ⁊ reliqua, vt probatur in. l. curatoris. C. de neg. gest. ⁊ qd̄ ibi plene no. per glo.

¶ Trigesimaseptima actio.

Negocioꝝ gestoꝝ vtilis vtiliter.

¶ Trigesimaseptima est actio. Et ista actio locum hz in casu econuerso precedenti casui, vcz q̄ datur ipsi curatori vel tutori qui gessit negocia predictarum personarum, ex necessitate dicti officij, contra illum cuius negocia gesta sunt ad recuperandum illud quod ille curator vel tutor necessario vel vtiliter impendit de suo circa negocia illius cuius tutor vel curator erat, vt habetur in. d. l. curatoris. ⁊ q̄ ibi not. C. de neg. gest. facit quod habetur insti. de obli. que ex quasi contrac. nasc. circa prin. Et aduerte q̄ dicta actio vtilis neg. ge. vtiliter vel directo, habet etiam locum quando quis gerit negocia alterius suspitione necessitatis, licet reuera non immineret aliqua necessitas, vt q̄ mando libero homini per me bonafide possesso tanq̄ si esset seruus meus, vt in. l. at qui natura in. §. si libero. ff. de neg. gest. secus autem si liber homo gerit negocia mea ex mera voluntate sua cum mandato, quia tunc daretur actio mandati, vt in toto titulo. ff. ⁊. C. mandati.

¶ Trigesimaoctaua actio.

Pro tutele directa.

¶ Trigesimaoctaua est actio. Circa hanc actionē dic q̄ datur pupillo contra illum qui non erat tutor suus qui tamen negocia gessit ipsius pupilli scientis vel ignorantis tanq̄ tutor eiusdem pupilli cum reuera non esset, ⁊ datur vt reddat rationem ⁊ reliqua. de qua habetur in toto tit. ff. pro eo qui pro tut.

¶ Trigesimanona actio.

Contraria pro tutele.

¶ Trigesimanona ē
57 actio. † Dic q̄ ista actio locum habet in casu econuerso precedenti videlicet q̄ datur illi qui tanq̄ tutor gessit negocia alicuius pupilli cū reuera de iure non esset eius. Et datur contra illum pupillum ad recuperandum illud quod necessario vel vtiliter impensum est circa illius pupilli negocia administrata per illum tutorem, vt habetur in prealleg. tit. ff. pro eo qui pro tuto.

¶ Quadragesima actio.

Depositi

Depositi directa in quatuor casibus pretoria. ¶ Quadragesima est actio. Circa hanc actionem dic quod licet generaliter vel regulariter actio depositi sit civilis, nihilominus in quatuor casibus est pretoria, vt quando quis propter metum tumultus, vel incendij ruine, vel naufragij rem suam penes aliud deponit custodiendam, quo casu ad recuperandum illam rem depositam, datur illi deponenti ista actio depositi directa contra depositarium, vt rem depositam restituat, vt habetur in.l.j.in.§.j.& in.l.quod tumultus.ff.deposi. Et ista actio a prin. est in simplum, & sic rei persecutoria. Sed ex postfacto ex dolo depositarij negantis depositum vel rem restituere crescit in duplum computata re in illo duplo, Et sic efficitur mixta.i.persecutoria rei & pene, vt in.§.sequens.in ver.plane si depositi.insti.de acti.& in dictis iurib. de qua actione dic vt late habetur in.d.l.quod tumultus.

¶ Quadragesimaprima actio.

58 **Depositi contraria pretoria in dictis quatuor casibus.** ¶ Quadragesimaprima est actio. † Ista actio depositi contraria pretoria datur ipsi depositario contra deponentem ad recuperandum impensas per depositarium factas circa rem depositam de suo, & sic datur in casu econuerso precedenti, vt probatur ex his que habentur.insti.de pe.teme.liti.in.§.item tutele. Sed in alijs casibus est actio ciuilis, vt.s.dixi. Et propterea in arbore Jo.in numero, seu ordine ciuilium actionum repetitur ista actio ciuilis depositi.

¶ Quadragesimasecunda actio.

Vie reiecte. ¶ Quadragesimasecunda est actio. Circa hanc actionem dic quod locum sibi vendicat quotiescunque quis reiecit viam publicam in fundum alterius priuati, vt quia vicinus animo dilatandi & ampliandi fundum suum occupauit de via publica ampliando postea eandem viam, & ipsam reijciendo in fundum alterius vicini, vt habetur in.l.si in agrum.ff.de via publ. que est singularis & alibi non reperitur. Et datur illi in cuius fundo via publica est reiecta ad interesse contra illum qui dolo malo vel culpa hoc fecit vel fieri fecit, vt probatur in.d.l.si in agrum. Aliqui tamen quod hoc non sit proprium nomen actionis, sed proprium eius nomen sit actio in factum que adiectiue dicitur vie reiecte. Sed tamen tex.in.d.l.si in agrum clare sentit quod sit proprium nomen actionis, & ita tenet Jo.in arbore sua.

¶ Quadragesimatertia actio.

59 **Quod metus causa.** ¶ Quadragesimatertia est actio. † Ista actio datur illi qui per metum mortis, vel propter corporis cruciatum pur quod sit metus qui caderet in constantem virum, vt in.l.metum.ff.quod met.cau. aliquid alienat ad reuocandum alienatum. Et datur contra metum inferentem, vel contra alium quemcunque ad quem res illa sic per metum alienata peruenisset, & sic est actio personalis in rem scripta, vt in.l.si cum exceptione.in.§.pedius.ff.quod met.cau.& not.in.§.quedam.insti.de act. Et reus conuentus alienatum restituendo, & restituendo actorem in pristinum statum liberatur, quod si non facit ex eius contumacia condemnatur ipse reus in quadruplum in quo tamen quadruplo est rei persecutio, vt habetur in.d.l.si cum exceptione.in prin.ff.quod me.cau.& in.§.quadrupli.instit.de act. vbi habetur plene de ista materia.& in quo differt ista actio quod met.cau. ab actione in rem vel in personam mixta, que datur metum passo, de quibus.s.diximus. collige ex not.per Bar.in.l.metum.§.volenti.ff.quod me.cau. vbi declarat ipse Bar. propter quid sit necessaria ista actio quod metus causa, vltra actionem pristinam vtilem que datur metum passo de qua.s.diximus.

¶ Quadragesimaquarta actio.

60 **De dolo malo.** ¶ Quadragesimaquarta est actio. † Hec actio datur illi qui per dolum malum alterius est deceptus. Et datur contra dolosum, vt deceptus decipiatur, & in damno non remaneat, vt in toto tit.ff.& C.de do.malo. Circa quem dolum malum distinguendum est, vt habetur per glo.& doc. in.l.eleganter.in prin.ff.de dolo. videlicet quia aut contractus in quo interuenit dolus est bonefidei, aut stricti iuris, & aut dedit causam ipsi contractui, aut non, & sic aut erat dolus incidens, aut non, de quo etiam habetur in.l.si quis cum aliter.ff.de verb.ob. Et dicitur dolus malus, & dolus bonus, & sic pro quadam bona, & laudabili astutia in bonam partem, vt habetur in.l.j.§.j.ff.de dolo. Et aduerte quod ista actio non datur nisi per summam vltra duos aureos, vt habetur in.l.si oleum.§.fi.& l.seq.ff.de dolo.& no.in.§.gallinarum.insti.de re.diui. ¶ Et adde quod sicut metus debet esse talis qui caderet in constantem virum, vt dixi.s.in proxima actione, ita etiam dolus debet esse talis qui caderet in constantem virum adeo quod si non caderet in constantem virum ascriberetur potius eius fatuitati, & leuitati quam dolo, vt in.c.cum dilectus.de his que vi metusve causa fiunt.& ibi per Innocen.& Abb. quod tene menti, vt scias articulare in tali actione.

¶ Quadragesimaquinta actio.

61 **Furti manifesti.** ¶ Quadragesimaquinta est actio. † Circa hanc actionem, dic quod datur illi cuius interest furtum factum non fuisse, de qua vide in.§.furti autem actio.insti.de ob.que ex deli.nas. ¶ Et dicitur ille fur manifestus qui deprehensus & captus est in illo furto vel cum re furtiua antequam eo die quo furtum fecisset eam rem pertulisset ad locum destinatum, vel quando est ipsum furem acclamatum est per quemcunque licet captus non fuerit, vt habetur in.§.manifestus.insti.de obl.que ex quasi deli.nas.& in.l.ij.et.iij.ff.de fur. Et dic quod datur ad quadruplum in quo non continetur rei persecutio, quia rem dominus consequitur per conditionem furtiuam, vt in.l.j.ff.de condi.furt. vel per rei vendicationem, vt in.§.fi.insti.de ob.que ex delic.nasc.& in.§.sit itaque.ver.plane hodie furtum.& in.§.ex maleficijs.insti.de act. ¶ Sed quero vtrum quilibet possit capere furem fugientem cum re furtiua, dic quod sic, vt est casus in.d.§.manifestus.ibi a domino vel alio etiam si ille fur esset clericus, & capiens esset laicus secundum Bart.in.l.si quis in seruitute.ff.de fur.& Bal.in.c.cum non ab homine.in.ij.col.de iudi. Hoc intelligo verum dummodo laicus vel clericus captus cum re furtiua, vel in ipso furto presentetur iudici intra.xx.horas, alias qui detineret ipsum furem sic captum vltra illud spatium temporis incideret in penam priuati carceris, cuius pena est pena capitis, de qua in.l.j.C.de pri.carce. Illud probatur in.l.capite quinto.in prin.ff.ad.l.iul.de adul. & dixi insti.de act.in prin. Et attende quod talis pena quadrupli in furto manifesto vel dupli in non manifesto est pena ciuilis, & sic applicatur parti, vt habetur in.§.fi.insti.de ob.que ex delic.nas. Et de talis actio moueri coram iudice ciuilium causarum per.l.solemus.§.fi quis latrunculator.ff.de iudi. Posset tamen ipse fur etiam criminaliter accusari coram iudice maleficiorum ad penam applicandam fisco, vel quod fustigetur, vel aliter arbitrio iudicis puniatur, vt habetur in.l.fi.ff.de fur. non tamen fur debet mori nisi esset famosus latro. Iuxta ea que habentur in.l.capitalium.§.famosos.ff.de pe. vel nisi saltem tria furta commisisset, quia tunc tanquam consuetus furari deberet suspendi, vt habetur in auc.sed nouo iure.C.de ser.fugi. Et si furta precedentia fuissent commissa in alieno territorio, tamen connumerarentur in numero trium furtorum, vt sic pena possit aggrauari, & sic vt fur hic suspendi possit, si quod furtum etiam vnicum hic commisit, si tamen alia furta alibi commiserit licet illa furta alibi commissa principaliter hic puniri non possint per.l.extra territorium.ff.de iurisd.om.iud. vt habetur per Bar.in.l.si cui.§.cum sacrilegium.ff.de accu.fac.& ponunt doc.aliqui in.d.auc.sed nouo iure. Ex quibus habes quod licet per binum actum inducatur consuetudo, vt habetur in.l.ij.in fi.C.de epis.audien. nihilominus in actu furandi non inducitur consuetudo furandi nisi saltem per tertium actum, vt patet ex predictis. Et adde quod vsus lingue non inducitur per binum, aut trinum actum, sed per plures actus arbitrio iudicis, & notab.dixit Cy.in.l.ij.C.de re.cred.& iureiur. ¶ Quid autem si fur commisisset vnum magnum furtum, vtrum possit suspendi. Bald.in.d.auc.sed nouo iure.tenet quod sic, quasi vnum magnum furtum equiparetur tribus paruis furtis. Sed Saly.& Pau.de cast.ibi tenent contrarium, quasi potius attendatur consuetudo furandi quam magnitudo rei furtiue. Et scias quod pena dupli vel quadrupli pro furto non est hodie in vsu nisi in ciuitate Romana, secundum Lud.de ro.in suis sing.

¶ Quadragesimasexta actio.

62 **Furti aduersus nautas caupones stabularios.** ¶ Quadragesimasexta est actio. † Ista actio locum habet quotiescunque est factum furtum alicui in caupona, stabulo, vel naui alterius, dummodo tale furtum factum sit per illos familiares quorum opera illi caupones, vel stabularij, vel naute vtuntur. Et datur in duplum persone hospitate applicandum que passa est furtum contra cauponem stabularium, vel nautam in quo tamen duplo non continetur rei persecutio. Que tamen actio secundum communem opini. appellatur in factum furti, idest pro furto aduersus nautas caupones, vel stabularios, vt dicit Bar.ff.in rub.furti aduersus nautas. Et nascitur

ex quasi delicto, vt probatur in .§. item exercitor nauis. insti. de obl. que ex quasi deli. nas. Et quia reperiuntur due alie actiones tractantes quasi de eadé materia quas .ij. ponit Jo. in arbo. sua in numero actio num in factū, io pro clariori doctrina hic statim eas subijciam.

Quadragesimaseptima actio.

In factum in simplum aduersus

nautas caupones et stabularios. Quadragesimaseptima ē actio. Circa istam actionem dic quod datur illi qui posuit aliquas res suas quascunque in naui, caupona, vel stabulo alterius que fuerunt tradite custodié de ipsi naute, cauponi, vel stabulario, vel saltē apposite fuerunt sciente nauta, vel caupone, vel stabulario, vt probat in .l. j. §. fi. ff. nau. cau. stabu. Et datur contra ipsum nautam, cauponem, vel stabularium, et in simplum, et sic est rei persecutoria, et datur ratione custodie dicto modo recepte ad verum interesse damni passi, etiam si tale damnum datum esset in dictis rebus per viatores, vt est casus in .l. sicut et caupo. ff. nau. cau. stabu.

Quadragesimaoctaua actio.

In factum in duplum aduersus

nautam, cauponem, vel stabularium. Quadragesimaoctaua est
63 actio. † Ista actio est ex quasi delicto, licet precedens actio sit ex cō tractu de recepto, quia caupo, nauta, vel stabularius dicto modo rem saluam fore recepit, vt hr̄ in .d. l. j. §. fi. ff. nau. cau. stab. et quod hr̄ .d. §. idem exercitor nauis. Et competit ista actio contra dn̄m nauis, vel caupone, vel stabuli pro damno dato, in rebus psone hospitate, per famulos quidē dicti domini qui dicitur fuisse in culpa vtendo opera malorum hominum, vt in .d. §. item exercitor nauis. Et datur qui est passus damnum, vt habet in .l. idem ait in .§. j. ff. nau. cau. stabu. Et dat in duplū in quo tñ duplo inest rei persecutio, vt dicit Bar. in rub. ff. furti aduersus nautas, caupones, et stabularios. Et dic quicquid dicant alij iudicio meo quod ista actio que est in duplum dat in casu precedenti qn̄ .s. nauta caupo, vel stabularius rem saluam fore recepit, et datur pro omni cetero damno et pro omni cetero delicto cōmisso circa dictas per familiares dicti domini, excepto furto, quia si esset furtum, tunc daret specialis actio, que appellat furti aduersus nautas, caupones, stabularios, que est in duplū, vt .s. vidimus, in quo duplo non inest rei persecutio, secus autem est, vt dixi in isto duplo quod venit in ista actione de qua hic, vt per Bar. in .d. rub. ff. furti aduer. nau. cau. stabu. Et sic illa prima actio habet locū in furto cōmisso quomodocunque per famulos tñ domini. Scd̄a vero actio ex contractu datur contra ipsum dn̄m etiam si tale damnum cōmittatur per viatores. Tertia vero actio de qua hic, locū habet in alio damno cōmisso aliter quam per furtum per famulos tamen dicti domini, quod not. Et istud declarat istas tres actiones et naturam earum que prima facie vr̄ tendere ad idem, sed tñ differūt eo modo quo .s. dixi. Et circa istas actiōes maxime circa primam vide plures questiones quas in materia format Bar. in .l. j. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. ex mente Roff. in libellis suis.

Quadragesimanona actio.

Serui corrupti.

Quadragesimanona est actio.
64 † Hec actio locum habet vbicūque quis facit seruum alterius deteriorem in animo, vt quia facit ipsum ebriosum, luxuriosum, contumacem aduersus dominum suum, et sic de similibus vitijs animi, et datur domino serui in duplum deteriorationis propter quam seruus minus valet quam prius valeret. Et datur contra corrumpentem, et deteriorem facientem seruum illum, vt ista probatur in .l. j. in prin. ff. de ser. cor. et in .l. si quis psuaserit .C. de fur. et ser. corru. et in .§. vnde. insti. de ob. que ex deli. nas. et in .§. in duplum. insti. de actio. Et eadem actio .s. vtilis dat patri contra corrumpentem filium, vel filiam in animo, vel ceteros liberos, vt in .l. tantum. §. j. ff. de ser. cor. tunc tamen deffertur iuramentum in litem ipsi patri, non autem potest agi ad duplum cū liberum corpus estimationem nō recipiat, vt in .l. liber homo. ff. ad le. aquil. et quod hr̄ in dicta .l. vt tantum. §. primo. et quod not. in dicto .§. in duplum. Item eadem actio vtilis que datur patri, datur marito contra corrumpentem eius vxorem in animo, vt habetur in dicta .l. vt tantum. §. primo. Sed si persona serui est corrupta in corpore, vt quia seruus esset vulneratus, vel occisus tunc haberet locum actio le. aquil. vt in toto tit. ff. et .C. ad .l. aquil. et insti. eo. tit. in prin. et in .§. iniuria.

Quinquagesima actio.

Ui bonorum raptorum.

Quinquagesima est actio.
65 † Ista actio datur in quadruplum in quo continetur rei persecutio, vt in .§. vi autem bonorum raptorum. insti. de act. Et datur cōtra raptorem bonorum alterius per vim, si tamen sint bona mobilia, vt probatur in .l. ij. §. et generaliter. ff. vi bo. rap. et in .§. quia tamen. in fi. §. insti. vi bo. ra. in prin. Sed quero quid si aliquis surripuit aliqua bona ex domo alterius in qua nullus erat, vtrum tunc habeat locū non solum actio furti verum etiam actio vi bonorū raptorum? Respond. distinguendo quod aut iste per prius erat talis intentionis quod si aliquem in domo reperisset rapinam cōmisisset, et isto casu tenet et actione vi bonorum raptorum. Aut non erat intentionis cōmittendi violentiam si aliquem reperisset resistentem, et isto casu non tenet actione vi bonorum raptorum. Ista probantur in .l. si quis ex domo. ff. de fur. et quod hr̄ in .l. j. in prin. per Bar. ff. vi bo. rap. Quero quomodo discerni illius intentio possit, dic ex genere armorum, quia si se preparauerit cum armis aptis ad resistendū, presumitur quod fuerit intentionis volendi bona rapere etiam per vim contra resistentē, vt habetur per Ange. in preallē. l. si quis ex domo. Et ista faciūt in argumentum, quod homicidium presumatur pensatum, vel non pensatum ex genere armorum, vt dicit Alber. de rosa. in suo opere statutorum, in quarta parte. facit quod habetur in clemē. j. extra de homic. et quod habetur per Bar. et docto. in .l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de penis.

Quinquagesimaprima actio.

Iniuriarum que non descēdit ex

66 lege cornelia. Quinquagesimaprima est actio. † Circa istā actionem dic quod habet locum vbicunque quis intulit alteri iniuriam cum vitio seu verbis, vt in .l. si non conuitij .C. de iniur. et durat toto anno cōtinuo, vt ibi contra iniuriam inferentem, et per eam petitur reum cōdemnari in tanta summa in quanta estimauerit actor per suum iuramentum qui sm̄ cōmunem opinionem debet iurare se potius voluisse amittere tantum de bonis suis puta centum quam se esse passum dictam iniuriam, vt habetur in .l. iniuriarum estimatio. ff. de iniur. et ibi per Bar. et glo. Judex tamen potest illam summā refrenare ex officio suo ex bono et equo, vt not. insti. de act. in prin. et hr̄ in .§. summa. insti. de iniur. Et in casu predicto ista actio iniuriarum est pretoria, secus autem si fieret alteri iniuria illum verberando cum dolore, vel pulsando sine dolore, vel domum illius intrando per vim, quia tunc haberet locum actio iniuriarum ciuilis non pretoria, vt habetur in .l. lex cornelia. ff. de iniurijs. prout videbis de ea in ordine ciuilium actionum.

Quinquagesimasecunda actio.

In factū legis aquilie subsidia-

ria. Quinquagesimasecunda est actio. Hec est actio etiam pretoria, et habet locum vbicunque alteri est datum damnū, vel iniuria de non corpore in non corpus, vt si quis seruum meum quem in compedibus ligatum posueram, quia erat fugitiuus dissoluerit compassione, seu misericordia ductus, seruus meus aufugit, certe quia ille nō lesit corpus serui, nec etiam seruus meus reperitur lesus in corpore, propterea dr̄ damnum datū de non corpore in non corpus, ex quo ego careo seruo meo qui aufugit, vt habet insti. ad .l. aquil. §. fi. Secus autem si esset datum damnum de corpore in corpus, vt quia quis cecidit seruum meum ferro vel alio modo, quia tunc daret actio legis aquilie ciuilis et directa, vt in .d. §. fi. Sed si daretur damnum de nō corpore in corpus, vt quia quis animalia aliena inclusit, et illa fame mori permisit, tunc daretur actio vtilis legis aquilie, nihilominus etiam illa in factum, vt habetur etiam in tex. et glo. in .d. §. fina. institu. ad legem aquiliam.

Sequitur modo vt videamus de alijs actionibus in factum que dantur loco cuiuslibet interdicti. Juxta ea que habentur in .§. final. insti. de interdict. et ibi vide glo. que ponit quatuor genera actionis in factum.

Quinquagesimatertia actio.

In factū de mortuo inferendo.

Quinquagesimatertia

67 ¶ Quinquagesimatertia est actio. † Ista actio datur illi qui vult sepelire mortuum hominem in aliquo loco in quo ius habet sepeliendi. Et datur contra prohibentem ipsum inferre mortuum, vt desistat a ꝓhibendo, ꝛ ad interesse prohibitionis, vt hr̃ in toto titu. ff. de sepul. edifi. ꝛ mor. infe. De interesse dico quid enim si quis prohibetur vehere cementa necessaria ad sepeliendum hominem que postea perempta sunt, arg. l. j. §. edificare. eo. tit.

¶ Quinquagesimaquarta actio.

In factū de sepulchro edificādo.

¶ Quinquagesimaquarta est actio. Hec actio datur ꝯ ꝓhibentem alium volentem edificare sepulchrum, vel edificatum reformare, vt ille desistat a ꝓhibendo. Et dat̃ ēt ad interesse rōne prohibitionis illi qui prohibet̃ non iure, vt habet̃ in. d. tit. ff. de sepul. edific. ꝛ mor. infe. ꝛ de interesse dico propter ea que dixi. s. proxima actione.

¶ Quinquagesimaquinta actio.

In factum ne quid in loco sacro

fiat immittaturve. ¶ Quinquagesimaquinta est actio. Hec actio locum habet, ꝛ datur ꝯtra volentem aliquid facere vel immittere in loco sacro, puta in ecclesia vel muris ecclesie ne aliquid faciat in eis, ꝛ sic prouidet anteq̃ꝫ aliquid factum sit, vt habetur in tit. ne quid in loco sacro fi. in rubro ꝛ nigro.

¶ Quinquagesimasexta actio.

In factum vt quod factū est im-

missumve in loco sacro tollatur. ¶ Quinquagesimasexta est actio. Ista actio dat̃ ad opus iam factum, vel immissum in loco sacro tollendum seu remouendum, ꝛ sic tale interdictum hoc casu est restitutorium, sud precedens. s. proxi. est prohibitoriū, vt hr̃ in. d. tit. ne qd in lo. sa. ꝛ ꝓbat̃ in. l. ij. §. interdicta. ff. de interdi. tit. generali.

¶ Quinquagesimaseptima actio.

In factū ne quid fiat imittatur

68 ve in via publica vel itinere publico quo deterior fiat. ¶ Quinquagesimaseptima est actio. † Ista actio locum habet quotiescunq̃ꝫ quis vult aliqd immittere in via vel in itinere publico propter ꝙ si illud esset factum vel imissum via redderet̃ deterior, ꝛ sic est interdictū ꝓhibitorium, de quo hr̃ in. l. ij. §. ait pretor. ff. ne quid in lo. publ.

¶ Quinquagesimaoctaua actio.

In factū vt quod factū, vel im-

missum est in via vel itinere publico tollatur. ¶ Quinquagesimaoctaua est actio. Ista actio dat̃ cuilibet de populo, sicut ēt in precedentibus tribus actionibus, ad faciendum ꝙ ille qui imisit aliquid, vel fecerit in via vel itinere publico propter quod via efficitur deterior illud tollat, ꝛ via restituatur ad pristinum statum, ꝛ hoc casu tale interdictum est restitutorium, de ista actione loquitur text. iū. d. l. ij. §. pretor ait. ff. ne quid in loco publico.

¶ Quinquagesimanona actio.

In factū ne quid in loco pub. fiat.

¶ Quinquagesimanona est actio. Ista actio locum habet vbicunq̃ꝫ aliquis fecit aliquid seu vult facere in aliquo loco publico pp ꝙ ille locus redditur deterior vel occupat̃ dūmodo sit alius locus quam via publica, vel iter publicum, q: de his. s. proxi. dictum est. Et ista actio dabit̃ cuilibet de populo, ad faciendum ꝙ ille qui vult aliquid facere in loco publico prohibeatur, vel vt illud qd̃ factum est tollat̃, de quo habetur in. l. ij. in prin. ff. ne quid in loco pub.

¶ Sexagesima actio.

In factū ne quid fiat imittaturve

in flumine ripave eius quo statio, vel nauigatio deterior fiat.

¶ Sexagesima est actio. Hec talis actio locum habet vel sibi locū vendicat ad prohibendum ne quid fiat immittaturve in flumine publico, vel eius ripa, propter ꝙ fluminis nauigatio deterioretur, vel statio ripe, ꝛ eius vsus deterior fiat, de quo habetur in toto titu. ff. de flumi. ꝛ sic hec actio ē prohibitoria, ad prohibēdum ne quid fiat anteq̃ꝫ illud fiat, sed ad tollendum id qd̃ iam factum est indebite, loquitur actio sequens que est restitutoria vt ibi dicam.

¶ Sexagesimaprima actio.

In factū vt qd̃ factuꝫ imissumve

est in flumine eius ripa tollat̃. ¶ Sexagesimaprima est actio. Hec actio datur contra illum qui aliquid fecit vel immisit in dicto flumine publico, vel eius ripa ad eum compellendum vt reducat flumen vel eius ripam ad pristinum statuꝫ, ꝛ sic vt illud tollat. Et ex hoc apparet quod precedēs interdictum est prohibitorium. Istud vero est restitutorium, ꝛ datur cuilibet de populo, de quo habetur in toto titu. ff. de fluminibus.

¶ Sexagesimasecunda actio.

In factum vt liceat vti frui loco

publico ei qui ꝯduxit ipsum locum publicū, vel eius socio. ¶ Sexagesimasecunda est actio. † Hec actio dat̃ illi qui ꝯduxit aliquem
69 locum publicum, vel aliquam rem alicuius rei publice, ꝛ ad modicū tempus vel eius socio, verb. gratia, si esset publicanus qui cōduxit vectigal vel tributum, certe si quis eum, vel eius socium prohibeat vti frui, contra illum potest proponi istud interdictū cuius loco dat̃ ista actio in factum, de quo habetur in. l. j. ꝛ in toto tit. ff. de lo. publ. fru. Sed si aliquis conduxisset dictam rem a re publica ad non modicum tps ꝙ interpretat̃ decēnium, vt hr̃ in. l. j. §. qui in perpetuuꝫ. ff. si ager vect. vel emphy. pet. in. l. j. §. qd̃ ait. ff. de supfi. de iure cōi ꝛ ciuilis tutus esset per exceptionem si possideat, ꝛ per actionem si desierit possidere vel detinere, q: daret̃ sibi vtilis rei vēdicatio durante illa ꝯductione sua de qua habetur in dictis iuribus.

¶ Sexagesimatertia actio.

In factum vt liceat reficere viaꝫ

publicam vel iter publicum. ¶ Sexagesimatertia est actio. Ista actio datur cuicunq̃ꝫ volenti pro interesse publico reficere, ꝛ aperire viam publicā vel iter publicum ꝯ prohibentem seu ꝓhibere volentem, de quo hr̃ in tit. ff. de via pub. maxime in. l. j. in prin.

¶ Sexagesimaquarta actio.

In factum vt liceat ire, vel agere

per viam publicā vel iter publicū. ¶ Sexagesimaquarta est actio. Ista actio prodita fuit ꝯ illos qui prohibent vel impediunt eos qui volunt ire vel agere per viam publicam, de quo habet̃ in. l. ij. §. fi. ff. ne quid in lo. pub. ꝛ sic est interdictum ꝓhibitorium, vt ibi.

¶ Sexagesimaquinta actio.

In factum ne quid in flumine pu-

blico ripave eius fiat quo aliter aqua fluat quam priori estate fluxe-
70 rat. ¶ Sexagesimaquinta est actio. † In hac actione dic ꝙ locum habet vbicunq̃ꝫ quis aliquid facit vel immittit, seu facere, vel immittere vult in flumine publico, vel eius ripa pp ꝙ aqua fluminis aliter flueret, vel fluerit q̃ꝫ fluxerat in priori estate, tunc proxi. potest, ita ad prohibendum ne quid fiat vel immittatur. Et datur similiter cuilibet de populo quo habetur in titulo. ff. ne quid fn flumi. pubilco ripaue eius fiat.

¶ Sexagesimasexta actio.

In factum vt quod factū immis-

sumve est in flumine publico, vel ripa eius propter ꝙ impeditur dicius cursus aque tollatur. ¶ Sexagesimasexta est actio. Hec actio

locum habet quando aliquid factum immissumve est in flumine publico, vel eius ripa, propter quod fluctus aque aliter fluat quam fluxerat estate proxi. preterita. Et datur ad hoc vt illud quod factum, vel immissum est tollatur. Et datur similiter cuilibet de populo contra illum qui illud fecit vel immisit, et sic istud est interdictum restitutorium, superius vero est prohibitorium, quia datur contra illum qui nondum fecit, sed faciebat, seu facere volebat, de quo interdicto habet in eo. tit. ff. ne quid in flu. pub. ripave eius fiat.

¶ Sexagesimaseptima actio.

In factum vt liceat ripam publicam fluminis reficere vel munire.

¶ Sexagesimaseptima est actio. Ista actio locum habet, et datur contra illum qui prohibet volentem reficere vel munire ripam publicam fluminis ne ripa destruatur in damnum vicini ipsius ripe volentis eam ripam munire, dummodo vicinis proximis, vel qui sunt trans flumē caueat de damno infecto quod posset accidere in futurum vsque ad decem annos arbitrio boni viri, vt in. l. vnica. ff. de ripa mu. ¶ Et datur hec actio contra prohibētem ad hoc vt ille remoueatur a tali prohibitione, et vt illi liceat reficere dictam ripam publicam de quo habetur in tit. ff. de ripa mu. Et quod dictum est de ripa fluminis, idem dico de ripa lacus fosse, vel stagni, vt in. d. l. vnica. in fi.

¶ Sexagesimaoctaua actio.

In factum vt liceat in flumine publico vel stagno, vel lacu nauigare, et in eius ripa onerare, vel exonerare.

71 ¶ Sexagesimaoctaua est actio. † Ista actio locum habet si quis vult nauigare in flumine publico lacu, vel stagno, vel in eius ripa aliquid onerare, vel exonerare ex naui, quo casu si prohibeatur per aliquem contra illum prohibētem datur ista actio in factum, de qua loquitur titulus. ff. vt in flu. pub. naui. lic. in rub. et nigro. ¶ Et adde quod lacus dicitur qui habet aquam perpetuam, stagnum habet aquam temporalem ibidem stagnantem que colligitur in illo loco tempore hyemis, fossa est locus manu factus que fossa potest etiam esse publica, quo casu idem dicendum est in ea quod in flumine, lacu, vel stagno publico, vt est casus in. d. l. vnica. ff. vt in flu. pub.

¶ Sexagesimanona actio.

In factum ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.

¶ Sexagesimanona est actio. Circa istam actionem dic quod locum habet quando aliquis mittitur in possessionem causa rei seruande, vel in tenutam, quo casu si aliquis prohibeat illum esse in possessione, vel in tenutam ille prohibitus habet interdictum ne vis fiat ei qui in possessione missus est, et in loco eius intentat dicta actio in factum sicut pro ceteris interdictis, de quo loquitur titulus. ff. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est in rubro et in nig. Et proditum est istud remedium, quia talis qui missus est in possessionem causa rei seruande non possidet. Sed solum dicitur esse in possessione, vt habetur in. l. possideri. §. vlti. ff. de acquir. pos. et propterea sibi deficiebat interdictum vti possidetis, quod datur illi qui possidet, vt in. l. si duo. §. creditores. ff. vti pos. quod no.

¶ Septuagesima actio.

In factū loco interdicti quorum bonorum.

72 ¶ Septuagesima est actio. † Circa hoc interdictum dic quod habet locum vbicunque quis agnouit possessionem bonorum de iure pretorio alicuius defuncti tanquam successor de iure pretorio qui dicitur bonorum possessor, quo casu licet per solam bonorum possessionem agnitam acquirat dominium saltem rerum hereditariarum, vt habetur in. l. j. ff. de bo. poss. tit. generali. non tamen acquirit possessionem eorum bonorum, nisi eam actualiter apprehendat, vt. l. cū heredes. in prin. ff. de acqui. pos. Et ideo pro adipiscenda possessione illorum bonorum contra possessores potest intentari istud interdictum quorum bonorum, loco cuius intentatur dicta actio in factum sicut et pro alijs interdictis, et sic tale interdictum est interdictum adipiscende possessionis, de quo habetur in toto tit. ff. et C. quorum bon. et insti. de interdic. §. adipiscende. ¶ Et aduerte, quia tunc dicitur bonorum possessio agnita quando scilicet coram iudice, quis declarat voluntatem suam, quod vult et intendit esse successor alicuius defuncti per cuius mortem aliqua successio vniuersalis sibi delata est, vt in. l. fi. C. qui admit. ad bon. pos. possunt, nec iudex habet hodie necesse aliquid dicere in tali agnitione, vt ibi, licet de iure veteri iudex deberet eam decernere tali agnoscenti, et sic dicebatur bonorum possessio decretalis, vt in. l. j. §. decretalis. ff. de succes. edic. vnde hodie potest dici iudicialis, quia debet agnosci tantum coram iudice, vt in. d. l. fina. et presentia iudicis requiritur in memoriam veteris edicti, vt per Baldum.

¶ Septuagesimaprima actio.

In factum loco interdicti quorū legatorum.

73 ¶ Septuagesimaprimaest actio. † Ista actio datur cōtra legatarium vel fideicōmissarium qui post mortem testatoris ante tamen hereditatem aditam per heredem occupauit, et accepit rem legatam, vel per fideicommissum relictum occupando eam propria auctoritate, non expectans ipsam rem legatam habere de manu heredis post aditam hereditatem per eum. ¶ Et datur tale interdictū ipsi heredi, vel bonorum possessori ad auocandum dictam rem legatam, seu possessionem eius, et hoc forte quia heredis interest rem legatam, vel per fideicommissum relictam esse penes se vt possit circa ipsam vti detractione falcidie propter legem falcidiam, vel trebellianice propter trebellianum senatusconsultum, habetur in toto titulo. ff. et C. quorum lega. et sic patet quod heres vel bonorum possessor nō potest intentare hanc actionem seu hoc interdictum nisi heres conqueratur de falcidia vel trebellianica, vt not. in. l. prima. C. quorum lega. commissario qui ante hereditatem aditam, vel ante bonorum possessionem agnitam occupauerit rem relictam sibi satisdationem de dandis relictis si dari poterunt detracta falcidia, vel trebellianica, vt in. l. vnica. C. quo. leg. et quod ibi not.

¶ Septuagesimasecunda actio.

In factū loco interdicti de tabulis exhibendis.

74 ¶ Septuagesimasecunda est actio. † Ista actio cum habet quando aliquis fecit testamentum quod post mortem testatoris ab aliquo detinetur qui illud testamentum occultat, quo casu herredi legatario, seu fideicommissario cuius interest dictum testamentum exhiberi, datur contra illum occultantem dictum testamentum dicta actio in factum, seu de tabulis exhibendis ad cogendum illum quod exhibeat in iudicio tale testamentum de quo habetur in toto ti. ff. de tabu. exhib. Et si non velit exhibere iussus a iudice, tunc condēnatur ad interesse heredis, vel legatarij quod interesse dicitur in herede estimatio hereditatis, in legatario estimatio legati, etiam si sit legatum conditionale, vt in. l. locum. §. condemnatio. ff. de tabul. exhibend. Cessat tamen hoc interdictum si pendeat questio super hereditate, vel questio falsitatis super testamento, quia tūc debet exhiberi, sed debet deponi, vt in. l. fi. eo. tit.

¶ Septuagesimatertia actio.

In factum loco interdicti de liberis exhibendis.

¶ Septuagesimatertia est actio. Ista actio locum habet si filius vel nepos tuus, vel alius descendens inuitus detineatur ab aliquo, secus si detineatur volens, vt in. l. si filius. ff. de liberis exhibendis. quo casu datur contra detinentem tali parenti dicta actio in factum loco illius interdicti de liberis exhibendis, per quod ille detinens cogitur illum filium exhibere patri, et in iudicio demōstrare, ad hoc vt pater ille videat si ille sit filius suus, vel nepos, sic de singulis, vt habetur in titulo. ff. de liberis exhibendis. et sic tale interdictum est exhibitorium, prout etiam est precedens interdictum, vt in. l. locum. §. hoc interdictum. ff. de tabu. exhibendis.

¶ Septuagesimaquarta actio.

In factum loco interdicti de liberis deducendis.

75 ¶ Septuagesimaquarta est actio. † Hoc remedium locum habet si filius tuus, vel alius descendens ab aliquo detinetur,

tinetur, vel fuerit exhibitus patri, vel in iudicio demonstratus. quo casu si pater videret filium esse suum poterit contra detinentem intentare interdictum de liberis deducendis per quod pater poterit filium suum deducere, de quo habetur in.d.titu.ff.de libe. exhi.vel deducen. Uanum enim esset patri quod filius suus sibi exhiberetur per remedium de quo supra proxime dictum est, nisi sibi esset proditum remedium per quod liceret sibi eius filium sibi exhibitum deducere et ad se auocare, vt in.l.iij.§.hoc autem interdictum.ff.de libe.exhi.vel dedu. Unde dic quod supradictum est exhibitorium, hoc vero est deductorium, vt in.d.l.iij.§.j.

¶ Septuagesimaquinta Actio.

In factum de libero homine exhibendo. ¶ Septuagesimaquinta est actio. Hec actio locum habet quando liber homo ab aliquo detinetur inuitus, quo casu cuilibet de populo licitum est intentare contra detentorem illius liberi hominis, istud interdictum de libero homine exhibendo, vt si appareat illum esse liberum hominem inuitum ab aliquo detineri non debeat, vt habetur in.l.j.et.ij.et.l.quod ait.§.hoc interdictum.ff.de lib. ho.exhi.et vide quod dixi supra circa actiones preiudiciales.

¶ Septuagesimasexta Actio.

76 In factum loco interdicti vnde vi. ¶ Septuagesimasexta est actio. † Istud interdictum datur spoliato possessione in qua spoliator spoliauit alium sua possessione. Et dicitur esse interdictum recuperande possessionis, vt habetur in.§. recuperande.institu.de interdi. Et habet locum solum in vi expulsa, vt habetur in.l.j.circa princip.ff.de vi et vi ar. Et habetur de ista materia in toto titu.C.vnde vi.et per totum.ff.de vi et vi ar.et extra de resti.spo.per totum.et de his violentijs et differentijs ipsarum videplenius.C.de his que vi metusve causa gesta sunt.l.j.de quo etiam habetur insti.de interdi.in.§.hodie. ¶ Et adde quod etiam predo spoliatus est restituendus, vt in.c.in literis.de resti.spo. ¶ Et debet possessio restitui insimul cum fructibus et cum omnibus damnis et interesse, ita quod spoliatus reponatur in pristinum statum, vt in.c. grauis.eod.titu.spoliator non potest referre questionem dominij, vt in dicto.c.in literis.ibi not.et habetur in.l.si quis a se fundum.C. ad legem iuliam de vi publica vel priuata.et in.l.si de vi.ff.de iudi. ¶ Quot autem remedia competant spoliatis.vide.iij.q.j.c.reintegranda, et in glos.summe.vbi glo.pulchre loquitur. ¶ Et adde quod hoc interdictum durat anno vtili de iure ciuili non vltra, nisi de eo quod peruenit ad violatorem seu ad spoliatorem, vt in.l.ij.et ibi no.C. vnde vi.et nisi per viam excipiendi durat perpetuo, quia que sunt annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.l.pure.in fi.ff.de doli mali excepti. De vero canonico durat perpetuo, et sic etiam vltra annum, vt no.in.c.ij.de resti.spolia.vbi glos.hoc tenet etiam respectu pene.et scripsi in princi.decreti.in.q.xxv.in versicu.xliiii. ¶ Et adde quod hoc remedium datur contra spoliatorem non contra tertium ad quem res deuenit, vt in.l.cum a te.ff.de vi et vi arma. nisi tertius sciens de vi et spolio acceperit a spoliatore, vt.c.sepe.de resti.spolia.de quo in.d.c.reintegranda.

¶ Septuagesimaseptima Actio.

77 In factum pro interdicto quod vi aut clam. ¶ Septuagesimaseptima est actio. † Ista actio locum habet quotiescunque quis in aliquo fundo edificauit post prohibitionem, vt in.l.j.§.vi factum.ff.quod vi aut clam.quo casu dicitur vi facere, vt ibi, vel etiam quando quis clam edificauerit.iuxta.l. tertia.§.fi.eod.titu.suspicans tamen me sibi litem moturum, quo casu mihi contra illum qui sic edificauit competit hec actio loco illius interdicti quod vi aut clam, ad hoc vt ego indemnis conseruer, vt in toto titu.ff.quod vi aut clam. Et vt tollatur quod factum est vi aut clam, adeo quod nulla exceptione potest se tueri sicut nec spoliator, nisi opponat aliquam ex quatuor exceptionibus notatis per glo.in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam. Et habet locum hoc interdictum solum pro opere facto in re immobili, vt in.d.l.prima.§.hoc interdictum. et.l.ij.ff.quod vi aut clam.

¶ Septuagesimaoctaua Actio.

78 In factum pro interdicto vti possidetis. ¶ Septuagesimaoctaua est actio. † Hoc interdictum locum habet vbicunque ego possideo aliquam rem immobilem, quo casu si quis me molestet in possessione illius rei imobilis, et forte quia ille contendit se esse in possessione seu se possidere, et non me intentabo contra illum ne molestantem interdictum vti possidetis, vt in.l. si duo in principio vbi habetur de forma sententie in hoc interdicto per Barto.et in.l.j.§.interdictum.ff.eod.titu.vti possi.vbi ponitur per Bart.forma libellandi in hoc interdicto.et in hoc venit interesse actoris.l.iij.§.fin.ff.vti poss.et ibi vide per Barto.de materia. et.C.eod.titu.vti pos.et per cano.in.c.licet causam.de proba.vbi per glo.

¶ Septuagesimanona Actio.

79 In factum pro interdicto vtrobi. ¶ Septuagesimanona est actio. † Hoc interdictum locum habet vbicunque possideo aliquam rem immobilem puta equum vel librum et aliquis me molestat in mea possessione illius rei mobilis dicendo quod non spectat ad me sed ad ipsum. Et ego dico quod spectat ad me, quo casu contra illum potero proponere interdictum vtrobi, quod locum habet pro tuitione possessionis rei mobilis, vt in.l.j.ff.vtrobi. sed precedens interdictum habet locum pro tuitione possessionis rei immobilis, vt in.l.j.§.pe.ff.vti pos.dummodo in dictis duobus interdictis volens ipsum intentare non possederit ab aduersario vi clam vel precario, vt habetur in.d.l.j.§.fin.vti pos et institu.de interdi.§.vtrobi.de quo dic vt ibi, et.ff.vtrobi.l.vnica.hanc tamen differentiam inter possessionem rei mobilis vel immobilis non videntur facere canoniste, putantes pro possessione vtriusque rei sufficere ac posse intentari vnicum interdictum.l.vti possidetis, vt habetur in.d.c.licet causam.de proba.

¶ Octuagesima Actio.

80 In factum loco interdicti de superficiebus. ¶ Octuagesima est actio. † Istud interdictum locum sibi vendicat quotiescunque quis habet possessionem in aliqua superficie, cui si desineret possidere vel detinere superficiem daretur vtilis actio in rem que datur superficiario, quo casu si ipse superficiarius non desierit possidere ipsam superficiem sed ipsam possideat, et alius molestet ipsum in sua possessione contendens se potius possidere tunc illi qui est in possessione illius superficiei, datur interdictum de superficie cuius loco intentatur ista actio in factum, vt in.§.fi.insti.de interdi. Et datur contra illum qui contendit se potius possidere molestando alium in sua possessione illius superficiei.ad hoc vt ille desistat a tali molestatione, et pronuncietur etiam intentantem tale interdictum esse in possessione, et per consequens vt aduersarius suus sibi condemnetur ad interesse suum quod actor passus est ratione dicte molestationis, et quod caueat in futurum se non molestaturum eundem in sua pacifica possessione illius superficiei sicut supra diximus.in sententia ferenda super interdicto vti possidetis quod datur pro tuitione possessionis quam quis habet in alia re immobili, vt per Barto.in.l.si duo.ff.vti pos.et in.l.j.§.hoc interdictum.eod.titu. Et hoc interdictum datur illi de quo supra dixi, dummodo non possideat superficiem ab aduersario vi clam vel precario. Ista probatur in.l.j.in princ.et in.§.j.et.ij.ff.de superficiebus.et tex.ibi dicit quod que dicuntur in interdicto vti possidetis habent locum etiam in isto casu.

¶ Octuagesimaprima Actio.

81 In factum de itinere actuque priuato vtendo. ¶ Octuagesimaprima est actio. † Ista actio datur illi qui per fundum alterius habuit seu quasi possedit iter vel actum ad fundum suum per fundum vicini eundo saltem per.xxx.dies etiam discontinuos per illum fundum vicini ad fundum suum in eo anno proximo retro. Et datur contra vicinum prohibentem illum ire vel agere per fundum suum vt desistat a prohibitione, vt habetur in.l.j. in princi.et in.§.j.ff.de iti.actuque priua.et venit interesse prohibiti contra prohibentem.l.iiij.§.in hoc interdicto.eo.titu. Et sic in hoc interdicto non agitur de iure vel non iure eundi vel agendi per vnum fundum ad alium sed solum de possessione vel quasi, vtrum quis fuerit vsus seruitute itineris vel actus per dies.xxx licet discontinuos, vt in dictis iuribus. Sed de iure vel non iure eundi vel agendi bene contenditur quando intentatur actio confessoria vel negatoria in qua vertitur iudicium non possessorium sed potius petitorium. ¶ Iuxta ea que dixi in.§.eque.institu.de actio.et habetur in.l.ij.ff. si serui.vendi.

℄ Octuagesimasecunda Actio.

82 **In factum** de itinere actuque priuato reficiendo. ℄ Octuagesimasecunda est actio. † Ista actio locum habet quotiescunqꝫ quis habet actum vel iter per fundum alterius ad suum fundum. ⁊ vult reficere istud iter vel etiam actum, ⁊ ille per cuius fundum illud habetur vult reficientem impedire quo casu volenti reficere datur ista actio in factum loco interdicti de itinere actuqꝫ priuato reficiendo. Et datur contra impedimentum vt ille desistat ab impeditione vel impedimento. vt habetur in .l. iij. §. ait pretor. ff. de itine. actuqꝫ priuato. ℄ Et differt hoc interdictum a superiori, quia in illo sufficit quem illo anno esse vsum iure seruitutis, licet non probet seruitutem sibi deberi, sed in isto oportet probare duo. Primo ꝙ illo anno fuerit vsus iure seruitutis. Secundo ꝙ reuera seruitus illa ei dabatur, vt est casus in .d. l. iij. §. hoc autem a superiori. ℄ Et adde quod volens reficere viam vel actum ⁊c. debet cauere de damno infecto domino fundi in quo vult reficere viam, vt in .d. l. iij. §. qui hoc interdicto.
℄ Et adde quod merito tractatur de via reficienda per illum qui pretendit seruitutem, quia hoc onus non incumbit debenti seruitutem, sed illi cui debetur. l. quoties. §. fi. de serui. ti. generali. fallit in seruitute oneris inferendi. l. eum debere columnam. ff. de seruitu. vrba. predio.

℄ Octuagesimatertia Actio.

83 **In factum** de aqua quotidiana. ℄ Octuagesimatertia est actio. † Ista actio locum habet vbicunqꝫ quis saltem in vno die in anno proximo retroduxit aquam per fundum alterius ad suum fundum forsitam irrigandum, vt in .l. j. §. qꝺ autem. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ in §. illud. ea. l. quo casu si ille cuius est fundus impediat volentem vti illa seruitute aqueductus seu volentem ducere illam aquam datur ista actio contra prohibentem vt desistat a prohibendo, vt in .l. j. §. j. ff. de aqua quotidi. ⁊ esti. Et sic est interdictum prohibitorium, potest etiam esse restitutorium vt tollatur quod factum est per dominum fundi in preiudicium vsus illius seruitutis, ⁊ sic dabitur vt tollatur quod factum est, vt in .l. j. §. j. et ibi glo. ff. de aqua quoti. ⁊ esti.

℄ Octuagesimaquarta Actio.

84 **In factū** de aqua estiua. ℄ Octuagesimaquarta est actio. † Ista actio locum habet contra prohibentem ducere aquam per fundum illius ad fundum ducere volentis ipsam aquam, de qua ducenda ius habere pretendebat tempore estatis, ⁊ propter hoc appellatur aqua estiua, ⁊ datur illi qui vno die saltem in anno retro vsus est illa aqua estiua vt ille desistat a prohibitione, vt habetur in .d. l. j. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. in §. ij. ⁊ potest esse etiam restitutorium. vt ibi.

℄ Octuagesimaquinta Actio.

85 **In factum** de aqua e castello ducenda. ℄ Octuagesimaquinta est actio. † Hec actio datur vbicunque quis pretendit habere ius ducendi aquam ex castello alterius, id est, ex loco alterius in quo aqua abinde nascens vel abinde congregabatur, quo casu si prohibeatur de aqua illa ducere ad fundum suum contra prohibentem datur ista actio vt desistat a prohibitione, de quo habetur in .l. ij. §. ait pretor quo ex castello. ff. de aqua quoti. ⁊ esti.

℄ Octuagesimasexta Actio.

86 **In factum** de riuis purgandis. ℄ Octuagesima sexta est actio. † Circa istā actionem dic ꝙ datur illi qui vult purgare seu reficere riuum per quem ius habeat ducendi aquam per fundum alterius ad fundum suum, quo casu si prohibeatur, datur ista actio prohibitoria contra illum prohibentem vt possit riuum purgare ad hoc vt aqua habilius fluere possit, de quo habetur. ff. de riuis. per to. titu. ℄ Et datur hoc interdictum illi qui habet seruitutem ducendi aquam vel illi qui eo anno vsus est aqua seu estate precedente non vi clam non precario ab aduersario, vt .l. j. §. hoc interdictum. ff. de riuis. Et sic est interdictum prohibitorium, ⁊ etiam potest esse restitutorium, vt dixi supra circa alia interdicta. ⁊ in .l. fi. ff. de riuis.

℄ Octuagesimaseptima Actio.

87 **In factum** de fonte ⁊ vt liceat vti eo. ℄ Octuagesimaseptima est actio. † Ista actio datur contra illum qui aliquem prohibet a iure aquam ex fonte seu ex puteo alterius, ad hoc vt ille prohibens cesset a prohibitione, de quo habetur in titu. ff. de fonte. Et sic ista actio loquitur quando quis vult aquam in fundo alterius haurire ⁊ ipsam ferre seu portare ad fundum suum, sed remedia precedentia loquuntur quando quis non vult ferre nec portare aquam sed ipsam ducere per aliquem riuū, vt patet ex predictis, ⁊ probatur in .l. j. §. j. ff. de fonte. ℄ Et habet locum in aqua viua, secus in mortua, puta in cisterna, vt in dicta .l. prima. §. hoc interdicto de cisterna.

℄ Octuagesimaoctaua Actio.

88 **In factum** de fonte reficiendo. ℄ Octuagesimaoctaua est actio. † Hec actio locum habet quando qui habet ius hauriendi aquam ex fonte vel puteo alterius, ⁊ ille, qui istud ius habet vult reficere puteum vel fontem qui egebat refectione. Certe si dominus fontis prohibet hoc, contra ipsum datur dicta actio, vt ipse prohibens patiatur ipsum reficere dictum fontem vel puteum, vt habetur in .d. titu. de fonte. in .l. j. §. fi.

℄ Octuagesimanona Actio.

89 **In factum** de cloacis purgandis, ⁊ reficiendis. ℄ Octuagesimanona est actio. † Circa istam actionem dic quod locum habet quotiescunque quis vult purgare vel reficere cloacam que pretendit in fundum vicini per quam aquam vel colluuiones ducit tollendo seu remouendo immundicias existentes in ipsa cloaca, seu ipsam reficiendo quando purgatione, seu refectione egebat, certe si ille prohibeatur qui ius habet ducendi, seu immittendi per dictam cloacam, contra prohibentem per prohibitum intentatur ista actio, vt ille desistat a prohibitione. Et vt patiatur eum intrare fundum suum in quem cloaca illius discurrit causa eam purgandi vel reficiendi ſm statum eius pristinum, vt in .l. j. §. quod ait pretor. ff. de cloacis. que debent purgari ⁊ mundari ab immundicijs propter fetorem qui solet corrumpere aerem ⁊ generare pestem, vt habetur in .l. prima. in princi. ⁊ per totum titulum. ff. de cloacis.

℄ Nonagesima Actio.

90 **In factum** ne quid in cloaca fiat immittaturve. ℄ Nonagesima est actio. † Si aliquis vult immittere vel facere aliquid in cloacam meam, vel in qua ius habeo propter quod impediatur aqua fluens vel vsus eius per ipsam cloacam, mihi datur contra illum dicta actio ad prohibendum illum, vt in .l. prima. in fin. ff. de cloacis, ⁊ sic in hoc casu tale interdictum est prohibitorium, ⁊ prouidet antequam quid fiat in cloaca, propter quod vsus eius deterior sit vel fiat, vt in .d. l. j. §. fi.

℄ Nonagesimaprima Actio.

91 **In factum** vt quod factum immissumve est in cloaca tollatur. ℄ Nonagesimaprima est actio. † Ista actio prouidet postquam iam aliquid factum vel immissum est in cloacam per alium propter quod vsus eius est factus deterior, ⁊ sic hoc casu tale interdictum est restitutorium, quia datur contra illum qui iam aliquid fecit vel immisit in cloaca propter qꝺ eius vsus est factus deterior. vt illud tollat, ⁊ sic vt cloaca in pristinum statum restituatur ad petitionem illius cuius erat cloaca vel qui ius habebat in ea. de quo habetur in .l. prima. §. deinde ait pretor. ff. de cloacis. Et sic patet quod hoc interdictum hoc casu est restitutorium, vt in .d. §. deinde ait. In casu vero precedenti est prohibitorium, vt ibi dixi.

℄ Nonagesimasecunda Actio.

92 **In factum** loco interdicti de precario. ℄ Nonagesimasecunda est actio. † Ista actio datur mihi contra illum qui aliquam rem a me habuit precario vt rem illam mihi restituat tanquam sim in possessione illius rei, ex quo dicebatur meo nomine possidere, vt in .l. ij. C. cōmunia de vsuca. ⁊ .l. quod meo. in princ. ⁊ .l. interdum. ff. de acqui. posses. ⁊ quod habetur in .l. ab emptione. ff. de pac. ⁊ sic est interdictum restitutorium, vt in .l. secunda. in princi. ⁊ §. j. ff. de precario, ⁊ datur vt reus rem restituat

stituat in pristinum statum, quod si nō facit condēnatur ad interesse actoris. l. quesitum. §. ex hoc interdicto. ff. de preca. ℂ Et differt precarium a cōmodato, q: cōmodatū datur ad certū et limitatū vsum, vt si tibi cōmodo equū meū, vt vadas Vincentiā, quo casu non possum reuocare cōmodatum, nisi finito vsu, vt in. l. in commodato. sicut. ff. cōmodati. Sed precarium est illud qd ad preces tuas per me tibi conceditur, seu cōmodatur, non limitato certo vsu, vt si tibi cōmodo equum meum simpliciter, vt nota. in rubrica. ff. de precario. et in nullo mutatur dominium, licet in illum concedatur precario transferat possessio. l. iiij. §. j. ff. de precario. qd non est in cōmodato, vt in. l. rei commodate. ff. commodati, et vtrunqz fit in rebus non consistentibus in pondere numero vel mensura, cum in istis consistat mutuum. l. ij. §. j. ff. si cer. peta. Et nunc intelligis in quo differant inter se precarium, commodatum, et mutuum.

ℂ Nonagesimatertia Actio.

93 In factum de arboribus cedendis. ℂ Nonagesimatertia est actio. † Hec actio habet duo capita. Primum datur contra illum qui habet arborem que pendet supra meum edificium, vel que est prope murum meum. Et datur mihi contra illum, vt debeat incidere eam arborem a stipite. Aliter ego possum propria autoritate ipsam incidere, et lucrabor ligna illius arboris, vt. l. j. circa princi. ff. de arbor. ceden. Secundum caput locum habet quando arbor vicini est prope confinia possessionis mee, et sic prope predium rusticum, et datur mihi contra illum, vt ramos sue arboris succidat circūcirca. incidendo ipsos ramos a terra ne tollatur sol et aer, seu ne vmbra noceat agro meo, vt habetur in. d. l. circa fi. ff. de arbo. ceden. vbi omnia ista probantur. ℂ Et adde. l. fi. ff. fini. regum. vbi declaratur quantum debeat arbor distare a regione vicini, sed. d. l. j. §. fina. ff. de arbo. ceden. loquit de arbore distante ſm mensuram illius. l. fin. vt nihilominus tenet alta circa ramos. vt supra. ℂ Quid autem quando arbores vicini sunt prope aream meam, dic vt in. l. fina. in fin. C. de seruitu. et aqua.

ℂ Nonagesimaquarta Actio.

94 In factum de glande legenda. ℂ Nonagesimaquarta est actio. † Circa istam actionem dic ipsam habere locum quotiescunqz ex arbore mea que pendebat in area vicini vel prope aream ceciderunt fructus in ipsam aream vicini mei, quo casu mihi contra illum datur dicta actio de glande legenda infra tres dies tantū, postquā fructus ceciderunt, vt ille vicinus permittat mihi tollere fructus meos. Et dic appellatione glandis omnes fructus continentur, et post dies non debet audiri. Ista probantur in. l. j. ff. de glande legen.

ℂ Nonagesimaquinta Actio.

95 In factū de migrando. ℂ Nonagesimaquinta est actio. † Hec actio datur inquilino qui soluta mercede vel pensione domino fundi vel domus vult res inuectas vel illatas in fundo vel domo extrahere ex ipso fundo vel domo et eas abducere, et datur ipsi inquilino contra dominum fundi vel domus qui vult prohibere ipsum colonum vel inquilinum, nec illas res extrahat de domo vel fundo. Ista habentur in. d. l. j. per totum titulū. ff. de migrando. ℂ Et aduerte quod tale interdictum non competit colono, et sic in predio rustico, sed tantum inquilino volenti migrare, vt in. d. l. j. §. j. dic vt ibi. et inquilino habitanti gratis competit tale interdictum vtile, vt. d. l. j. §. j. in fi. §. Et datur inquilino pro rebus proprijs, vel etiam non suis, puto sibi commodatis saltem vtile, vt in. l. fi. eod. titu. Et competit inquilino postquā soluit pensionem vel postquā non stat per eum quominus eam soluat, vt in. l. j. in princi. ff. de migrādo. Et in hac actione venit quod dominus domus patiatur ipsum inquilinum asportare res inuectas et illatas, et sic venit interesse inquilini. d. l. j. ff. de migran.

ℂ Nonagesimasexta Actio.

96 In factum loco Saluiani interdicti. ℂ Nonagesimasexta est actio. † Istud interdictum est de possessione, et datur directum creditori contra debitorem, et domino contra colonum eius vel inquilinum ad aduocandas vel persequendas res obligatas vel inuectas, seu illatas in fundum, que res erant creditori vel domino fundi pignori obligate. Juxta ea que habentur in. §. item seruiana. insti. de act. sed vtile datur contra tertios possessores eorundem bonorum que erant obligata tacite vel expresse, vt probatur in. l. j. quod ibi not. C. de saluiano interdicto. Et istud interdictum est magis vtile q̄ sit actio seruiana vel quasi seruiana seu hypothecaria, quia in hoc interdicto sufficit quod creditor probet res illas fuisse possessas tanquā suas per debitorem tempore obligationis contracte, sed in hypothecaria oportet creditorē probare de dominio debitoris, vt habetur in. l. j. ff. de salui. interdi. et per docto. By, et alios in. d. §. item seruiana. de quo dic, vt ibi per eos. Et dic quod in hoc interdicto reus condemnatur ad restituendum possessionem vel detentationem rei obligate, vt in. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno.

ℂ Nonagesimaseptima Actio.

97 In factū de opere demoliendo quod factum est post operis noui nunciationem ante remissionem nunciationis. ℂ Nonagesimaseptima est actio. † Ista actio datur contra illum qui aliquid edificauit spreta nunciatione noui operis, seu post nunciationē sibi factam ne deberet edificare in loco meo vel in quo ius prohibendi me habere pretendebam, quo casu si ille spreta nunciatione noui operis antequā ipsa nunciatio sit sibi remissa edificauerit, cogitur edificatum post nunciationem destruere nec auditur si velit probare se ius edificandi habuisse vel habere. Ista habentur in. l. j. in princ. ff. de noui operis nūciatio. ℂ Et aduerte quod istud interdictum habet locum in edificato post iam factam nunciationem noui operis, sed interdictum quod vi, aut clam habet locum, in eo quod est edificatum non intercedente nunciatione noui operis, vt est casus in dicta. l. prima. §. primo. versicu. de noui ope. nunciatio.

ℂ Nonagesimaoctaua Actio.

98 In factū vt liceat edificare ei cui est facta nunciatio noui operis si satisdederit, vel satisdare paratus est. ℂ Nonagesimaoctaua est actio. † Ista actio locum habet quotiescunqz ille cui facta est nunciatio noui operis prius antequā prosequatur in edificando vel edificari faciendo vult satisdare de opere demoliendo, in casu quo apparebit eum iniuste edificasse, quo casu si ille nuncians pur velit impedire ipsum edificare volentem, potest contra illum nunciantem intentare dictam actionem, vt patiatur ipsum edificare, de quo habetur in. l. pretor. §. si quis paratus. et in. §. deinde. ff. de no. oper. nun. Et istud interdictum est prohibitorium, vt in. d. l. pretor ait. §. hoc interdictum.

ℂ Nonagesimanona Actio.

99 In factū loco interdictum fraudatorij. ℂ Nonagesimanona est actio. † Hec actio datur quotiescunque debitor pupilli vel adulti tutore vel curatore delegante alteri dictum debitorem soluit pecuniam debitam illi, cui erat facta delegatio predicta qui erat creditor ipsius tutoris vel curatoris. Et hoc factum fuit in fraudem ipsius pupilli vel adulti, quo casu licet debitor sit liberatus, tamen ille creditor cui facta est solutio, qui tamen participauit in fraudem cum illo tutore vel curatore tenebitur, id quod sibi solutum est restituere pupillo vel adulto per istud interdictum, quod appellatur fraudatorium, secus si ille creditor fraudem non participauit, vt est text. singularis in. l. pupilli. ff. de solu. Et istud interdictum differt ab actione pauliana, fauiana et caluisiana, quia ille actiones dantur quando debitor pupilli participasset fraudem cum creditore tutoris vel curatoris similiter participantis fraudem. Jta loquitur titulus. ff. que in fraud. cred. sed istud interdictum datur pupillo vel adulto contra creditorem cui est facta solutio ad illud quod est solutum per debitorem creditori administratoris, scilicet tutoris vel curatoris qui in fraudem alteri suo creditori delegauit debitorem pupilli, ſm cano. declarat Barto. in. d. l. pupilli. in princi. quod tene menti

ℂ Centesima Actio.

100 In factū de albo corrupto. ℂ Centesima est actio. † Circa istam actionem, dic quod locum habet quotiescunqz quis aufert aut corrumpit seu vitiat vel deturpat aliquid quod est positum per pretorem seu iudicem in aliquo loco eminenti, puta in aliquo muro dealbato, vel super portis palatii vel ecclesie vt

oībus inotescere, puta aliqȯ statutū vel edictū, ⁊ daṫ talis actio cuili- bet de ppl̄o cōtra illuz sic delinquentē, vel cōtra illū qui dolo fecit qȯ alius, vt supra delinqueret. Et imponitur tali delinquēti per dictam actionez pena .l. duca, vt habeṫ in dicta .l. si quis id qȯ. ff. de iurisdi. omniū iudi. ⁊ in titu. ff. de albo inscribēdo. Et qȯ not. per Barto. in d. iuribus. ⁊ hētur in. §. pena. institu. de acti. ℭ Adde tñ qȯ aliqui in dicta .l. si quis id qȯ. hñt qȯ iponatur pena quingētoꝝ aureoꝝ, tñ tu tene mitiorē penaz. s. l. duca, vt ibi p Cy. ⁊ Bal. ℭ Adde qȯ si iste qui incidit in hanc penā nō pōt scluere luit in corpus, vt. d. l. si quis id qȯ. in princ. Et sic qa ē debitor ex delicto nō potest cedere bonis suis, vt ibi p Bal. ℭ Adde etiaz qȯ. d. l. si quis id qȯ ꝓcedit qñ il- lud qȯ erat positū in albo erat positū, vt ibi ꝑpetuo maneret, secus si ad tēpus vt in citatiōe cui⁹ dies expirauerat, vt ibi p Bar. ⁊ Bal. p illā literā. ℭ Adde qȯ ista actio est annalis. put est oīs actio ex de- licto ꝑtoria ſm Sy. in suo ꝯsi. xxv. ⁊ Bal. in. d. l. si qs id qȯ in pnci. ℭ Et dic qȯ ista pena est ciuilis ⁊ sic applicaṫ actori, alias nō esset actio, sz accusatio, vt hr̄ in. l. agraria. ff. d termino amoto vbi p Bar.

ℭ Centuria Secunda Actionum.

SVMMARIVM

1 Edictum si quis ius dicenti non obtēperet qua actione ꝓsequatur.
2 Vocari in ius sine venia qui nō possunt, ⁊ qua actione teneantur. 3. Et quid in vi eximente. 5. aut dolo. 6.
4 Fideiussores qualiter in iudicio dandi.
7 Actio de edendo contra quem detur.
8 Calumniatores qua domentur pena, Et quid de dolosis. 9
10 Actio de dolo cui cōcessa, Itez alienationis iudicij mutandi cā. 11
12 Interdictū de effusis qȯ sit, ⁊ contra quem experiatur. 13.
14 Appendices ediuni ad viam interest ne sint caduce.
15 Mensor falsum modū dicēs pecunia corruptus ad quid teneatur.
16 Sepulture antiquorum quibus locis fiebant.
17 Funeris impensa post mortem dicitur non in vno curando, Et est cunctis creditoribus magis priuilegiata.
18 Religiosus locus pro puro non habendus.
19 Iurare informiter quid sit, Item confiteri ⁊ que super istis cadant actiones. 88.
20 Calumnia retundenda in possessione ventris nomine. 21.
22 Tutorē se falso asserens vt deludat qua cōueniat actione, Et qua- liter minori cōsulaṫ. 23. Itē q alterius dolo vt tutor autorauit. 24.
25 Testamenti omissa causa ab intestato hereditatem capiens vt lega- tarios ludat, quomodo deturbetur.
26 Publicani sup exigentes infra annū ad duplū male exacti tenenṫ.
27 Venditio hominis liberi detestanda.
28 Fructus per eū qui in bonoꝝ possessiōe est seruādi ne deteriorenṫ.
29 Creditor possidens rem debitoris quos repetat sumptus.
30 Damnum datum in turba quando dicatur.
31 Libertas legata in testamento quas debeat qualitates habere.
32 Actio incendij ruine naufragij contra quos intentetur.
33 Sepulchrorum violatores quomodo coerceantur.
34 Actio ex lege pretoris que sit.
35 Actio rei vendicationis ad qd detur, ⁊ quid in illa veniat exprimē- dum, Et quid in dominio vtili. 36.
37 Actio in rem cōfessoria seruitutes respicit, Et qd de negatoria. 38. Item de preiudiciali. 39.
40 Ius Quiritum quod dicatur.
41 Actio hereditatis petitione cui incūbat, ⁊ aduersus quē prestetur.
42 Finium regundorū lis qualiter dirimenda. 43. Et quid in familia herciscunda tam directa. 44. q̄z vtili. 45.
46 Actio cōmuni diuidundo qualis sit, ⁊ ad quid data.
47 Actio certi condictionis quando possit intentari, maxime si sit spe- cialis, ⁊ vnde oriatur. 48.
49 Conditio triticaria quibus rebus innitatur, ⁊ quando concedatur.
50 Conditio ob causam nunquid competat ex capite cause non sequu- te, ⁊ quibus casibus fallat, Et quid ex capite penitentie vbi po- nuntur. xxviij. limitationes.
51 Conditio sine causa vnde prodijt. Itez ⁊ ob turpem causam, ⁊ quo- modo intententur. 52. Et quid in conditione indebiti. 53.
54 Conditio furtiua cui detur. Item ex lege. 55.
56 Actio ad exhibendum cui ⁊ pro quibus rebus prestetur.
57 Actio ex empto cui dirigatur, Et quid veniat in ea, Et quid ex ven- dito. 58. Item locato. 59. Item conducto. 60.
61 Actio aduersi oneris cur sic vocata, ⁊ in quo locum habeat.
62 Actio pro socio quid sit, Item mandati. 63. Item depositi. 64 Item commodati. 66.
65 Actio tutele quo tempore prestetur.
67 Actio pigneratitia cui detur maxime si sit contraria.
68 Prescriptis verbis quales actiones veniant. 69. 70.
71 Sententie executio quot modis fieri ⁊ peti possit.
72 Actio de dote que sit, ⁊ que priuilegia habeat.
73 Actio pluuie arcende quos afficiat, Item pecoris pascendi. 74
75 Actio ex testō daṫ legatarijs ꝯ heredē ad solutionem legatorum.
76 Stipulator contra promissorem quas habeat actiones. 87. 95.
77 Fur non manifestus qualiter possit accusari.
78 Tignum iniungere vicine parieti qualiter liceat.
79 Arbores furtim cese quam multam ab incisore consequantur.
80 Rerum amotarum actio quibus competat.
81 Tutor rem pupilli in proprios vsus conuertens quomodo conue- niatur, ⁊ quando.
82 Actio legis aquilie quibus modis veniat consideranda.
83 Pauperies per quadrupedem facta qualiter compensetur.
84 Actio iniuriarum ex leg. cor. tribus seruit capitibus. Et quibus mo dis ex ea agi possit.
85 Minores quam habeant actionem contra magistratum ad cautio- nes in non bene cautis.
86 Actio ingrati quibus concessa.
89 Actio quanto minoris empturo cui ⁊ qualiter opituletur. Et quid de quanto pluris. 90.
91 Actio rem pupilli saluam fore cuius effectus.
92 Procurator de cuius mādato dubitaṫ quā stipulationē interponat.
93 Stipulatio iudicatum solui per quos interponatur, ⁊ quid de stipu- latione de damno infecto. 94.
96 Stipulatio vsufructuarij qualis sit ⁊ prestari debeat, Et quid de stipulatione pro rebus que vsu consumuntur. 97.
98 Stipulatio vt legatorum nomine caueatur quando locum habeat. Et quid de stipulatione rogati post mortem restituere. 99.
190 Actio ex stipulatione de iudicio sisti quibus prestanda.

ℭ Centesimaprima Actio.

1 **In factum** ex edicto si quis ius dicenti non obtempera- uit. ℭ Centesimaprima est actio. † Ista actio datur parti ad cuius instantiā iudex aliqd ꝑcepit seu mādauit alteri parti quo casu si pars illa cui factū est mādatū nō obediat, datur ista actio in factū illi ad cuius instantiā tale mandatū seu preceptū fit. Et datur quanti interest sua mandatū seu ꝑceptum nō fuisse executioni mādatū, vt qr fecit aliquas ipensas in ꝓcuratore vel aduocato vel in notario, sed nō condēnatur per hanc actionē ad interesse cause prin cipalis, vt habetur in. l. j. §. fi. ff. si quis ius di. non obtempe.

ℭ Centesimasecunda Actio.

In factum contra liberos vel libertos qui in ius cita- uerunt parentem vel patronum sine venia.
2 ℭ Centesimasecūda est actio. † Hec actio datur parenti vel patro- no qui in ius citatus fuit ad instantiam alicuius sui liberti, vel alicu- ius sui descendentis, non petita siue petita, sed tñ non obtenta venia per prius seu licentia a iudice de citando parentē vel patronū suum datur ad penā. l. duca. applicandā ipsi in ius vocato sine venia, vt ha beṫ in. §. penales. insti. de acti. Et si libertus vel filius dictā penā sol uere nō pōt debet in corpus castigari arbitrio iudicis, vt habeṫ in. l. penul. ⁊ fi. ff. de in ius vo. ⁊ vide plene p gl. in. d. §. penales. ℭ Sed quero qd si mater citata sine venia esset meretrix, vtrū descēdens ad cuius instantiā facta est dicta citatio incidat in hāc penā. Rñ. sic, vt habetur in. l. quiqz. §. fi. ⁊ l. seq. ff. de in ius voc. ℭ Sed quid in pa- tre naturali tantū. Rñ. idem qȯ in legitimo ⁊ naturali. l. parentes. ff. de in ius voc. Et generaliter ista materia non habet locum in quo- libet qui esset natus ex tali coitu qui possit criminaliter accusari, iu- xta ea que habentur in. §. si aduersus. ⁊ ibi gloss. institu. de nup. ſm Ange. ⁊ Io. de imo. in. l. ex facto. §. j. ff. ad trebel. ℭ Sed quid in eo qui leuauit aliquem a sacro fonte. Rñ. qȯ nec ipse potest in ius vo- cari sine venia ſm Ange. in. l. adoptiuum. §. j. ff. eo. ⁊ Iac. but. ⁊ An ge. in. l. generaliter. eo. titu. ℭ Et idem est in patre adoptiuo etiam extraneo, vt in. d. l. adoptiuum. §. j. ⁊ ibi glos. ℭ Idem in socero, ⁊ socru, qr ipsi loco parentū sunt. l. quia parentis. ff. solu. matri. qȯ in- tellige verum durante affinitate, alias secus, vt est glos. singularis. in. l. sed hoc ita. ⁊ ibi Ange. ff. de re iudi. de quo vide Bar. Bal. ⁊ Ange in. l. cui eorum. §. affini. ff. de postu. ⁊ isto modo debet exem- plificari. d. l. generaliter. que dicit qȯ quilibet cui debetur reueren- tia non potest in ius vocari sine venia ſm glos. ibi. ℭ Sed quid in viro ⁊ vxore. preceptor meus in. d. l. generaliter. dicit idē qȯ in soce-

ro ꝛ socru.arg.illius tex. qđ est apud me dubium,q2 vir non habetur loco parentis nec vxor. ¶ Quid in vassallo vtrum possit in ius vocare dominum suum sine venia. Idem preceptor meus in.d.l.generaliter,tenet qđ nõ,sic exemplificando dictam.l.generaliter,ꝛ nihil allegat,sed ipse dicit contra glo.in.c.j.de milite vassal.qui cõtumax est in vsibus feudorum. ¶ Quid in defensore ciuitatis vel domino ciuitatis,dic quod non potest in ius vocari sine venia, quia est loco parentis,vt in auctẽ.vt iudi.sine quoquo suffra.in.§.eos aũt. ¶ Idem dic in ciuitate ex qua quis est oriundus,quia habetur loco parentis, argumen.l.veluti.ff.de iustitia ꝛ iure,ꝛ quod habetur in.l.prima.§.ꝛ generaliter.ff.de ventre in possessio.mittendo. ¶ Idem dic de prelato citatato in ius sine venia a suo clerico, vel abbate a suo monacho,quia non solum habetur loco parentis,immo quod plus est habet ius eos vendicandi adiecta causa,de iure canonico secundũ glo. ꝛ doc.in.l.prima.§.per hanc.ff.de rei vendi.ꝛ dixi supra circa preiudiciales actiones. ¶ Idem in priuato cõueniente fiscum,glo.est no. in.l.bene a zenone.C.de quadri.prescrip. ¶ Idem dic in papa vel imperatore,q2 ambo sunt parentes fideliũ.l.imperialis.C.de nup. secundum Ange.in dicta.l.generaliter. Sed quid in docto. vtrum possit in ius voc.sine venia a suo scholari. Ioã.de pla. in.§.penales. institu.de actio.dicit quod potest vocari sine venia citatione verbali, quia iure cautum esse non reperitur contrarium ,sed nõ citatione reali,ipsum capi faciendo personaliter,immo puniretur arbitrio iudicis scholaris contrafaciens.l.medicos,ꝛ ibi Barto.C.de profes.ꝛ medi.libro decimo,quod non credo verum, immo teneo quod non possit vocari in ius sine venia etiam citatione verbali,primo quia est iudex inter suos scholares,vt in auct.habita.C.ne filius pro patre,ꝛ quod nota.in probe.ffor. Secundo quia habet aliqualem cohertionem in suos scholares quos potest castigare,sicut quilibet magister mechanicus qui potest suum discipulum leniter castigare.l.sed ꝛ si quemcunq3.in.§.fina.cum.l.sequen.ff.ad.l.acquiliam.ꝛ sic equiparatur patri contra filium,vel domino contra seruum cui conceditur talis castigatio,vt.C.de emendatio.seruorum.ꝛ.C.de emenda. propinquo.per totum. Si ergo defensor ciuitatis qui etiam est iudex ꝛ etiam pater non potest in ius vocari sine venia,vt supra probaui ergo idem in doctore,ad quod bene facit dicta.l.generaliter,que omnia bene nota ad intellectum dicte.l.generaliter,ꝛ qđ habetur in.§. in eum.institu.de actio.

¶ Centesimatertia Actio.

3 In factũ ex edicto si quis in ius vocatus non ierit. ¶ † Centesimatertia est actio. Hec actio datur ei ad cuius instantiam est facta citatio,ꝛ datur contra citatum qui in iudicio noluit comparere,quo casu si actio ad cuius instantiam est facta citatio sit passus aliquod damnum propter hoc,quia citatus noluit comparere in iudicio,vt quia actio sua est extincta vel prescripta fuit secundum tamen ea que habentur in.§.penales. institu. de actio. ꝛ quod habetur in.l.finali.seu in.l.hoc edicto.ff.de eo per quem factum erit tunc datur ista actio in factum ad interesse actoris contra citatũ, de quo habetur in.l.fi.ff.si quis in ius voca.non ierit, immo poterit qđ plus est per eandem actionem ipse contumax puniri arbitrio iudicis,quia poterit ipsum mulctare,si iudex videret ꝛ citatũ dolose noluisse comparere,argumento.l.nullum.C.de testibus.ꝛ.l.si quis obrepserit.ff.ad.l.corne.de falsis.secus autem si comparuisset propter rusticitatem,quia rusticitati parcendum est quantum ad istam mulctam,vt in.l.ex quacunq3.§.primo.ff.si quis in ius voca.non ierit.

¶ Centesimaquarta Actio.

4 In factũ contra eum qui non accepit coniunctam personã pro fideiussore pro principali coniuncta persona in iudicio. ¶ † Centesimaquarta est actio.circa istam actionem dicendum est,quod locum habet quotiescunque quis tenetur prestare in iudicio aliquos fideiussores,vtputa de iudicio sisti,ꝛ vult pro se prestare fideiussorem patrem vel fratrem , vel aliam coniunctam personam. Si pars aduersa que sciebat sanguinis coniunctionem.recusat talem in fideiussorem accipere ,forte quia erat pauper ista cõiuncta persona,tunc datur illi coniuncte persone cõtra nolentẽ ipsũ acceptare pro fideiussore ista actio in factum in qua condemnabitur in.l.ducato.pro pena,vt est casus not.in.l.j.in fine.ff.de in ius voca. vt eant , aut satisdent , ratio autem quare quis cogitur accipere, seu acceptare coniunctã personam etiam pauperem,pro illa coniuncta persona est,q2 non est verisimile,quod propter sanguinis coniunctionem quis velit coniunctam personam pe iclitari cum nemo habeat odio carnem suam,vt habetur in.l.ij.ꝛ in.l.iij.ff.de recep.

¶ Centesimaquinta Actio.

5 In factũ ex edicto ne quis eum qui est in ius vocatus vi eximat. ¶ Centesimaquinta est actio. Ista actio datur quando aliquis per vim seu violentiam exemit aliquem citatũ ne compareat in iudicio in termino citationis propter quod iste citatus ,vel etiam ille ad cuius instantiam ista citatio facta erat aliquod damnum patiatur. ¶ Et datur illi qui patitur tale damnum,ꝛ datur contra eximentem vel dolo malo facientem,vt alius istum eximeret a iudicio per vim,ꝛ datur tanti quanti damnum pars passa in litem iurauerit,vt est casus de predictis in.l.fi.§.primo.ff.ne quis eum qui in ius voca.est vi eximat,ꝛ per totum illum titulum,per quod patet quod talis actio ex parte vtriusq3 partis est penalis,ꝛ not. in glo.in. §.penales. instituta de actionibus,vbi declarat quot modis actio dicitur penalis.

¶ Centesimasexta Actio.

6 In factũ aduersus eum qui dolo malo fecit quominus qs in iudicio sisteret. ¶ † Centesimasexta est actio. circa hanc actionem dic ipsam locum habere , quando aliquis non per vim,sed per dolum malum suum,ꝛ malitiam fecit,ne quis compareret in iudicio,propter quod citatus,vel iste ad cuius instantiam citatus erat,vel monitus,damnũ patiatur,quo casu datur ista actio in factum,contra illum qui dolo malo hoc fecit,ꝛ datur ista actio illi damnum passo,vt verbigratia,quia sibi notificauit patrem suum esse mortuum cum non esset,propter quod ille nõ comparuit,ꝛ datur ad verum interesse damnum passi,ꝛ est actio penalis ex parte conuenti sed est actio persecutoria ex parte agentis , ista probantur in.l.fina. ff.de eo per quem factum erit,ꝛ de multiplici differentia inter istã actionem,ꝛ proximam precedentem,vide plene glo.ordinariã in dicto.§.penalis.

¶ Centesimaseptima Actio.

7 In factũ ex edicto de edendo aduersus non edentem. ¶ † Centesimaseptima est actio. Hec actio datur contra illum qui tenetur edere,vel demonstrare, vel dictare , vel copiã dare de aliqua carta,vel instrumentis,vel actionibus,vel alijs rationibus,quo casu iste non vult edere,cum tamen teneatur iuxta que habentur plene in.l.fina.C.de edẽ.ↄtra ipsum dabitur ista actio. Et propterea altera pars que editionem sibi fieri petebat damnum passa,aget per hanc actionem contra hoc edentem ad interesse,vt habetur de predictis in.l.si quis ex argentarijs.§.si rationem.ꝛ.l.argentarius.ff.de eden.

¶ Centesimaoctaua Actio.

8 In factũ ex edicto de calumniatoribus. ¶ † Centesimaoctaua actio. Circa istam actionem dic quod datur in quadruplum contra eum qui aliquid accepit,vt me per calumniam non vexaret in iudicio ex causa ciuili vel criminali,quo casu iste dicitur turpiter accipere,ex quo gratis se abstinere ꝛ desistere tenebatur a calumnia. Idem est etiam si aliquis ab aliquo pecuniam accepit,vt me per calumniam vexaret in iudicio ciuili vel criminali . In quibus casibus ego potero intentare ↄ illũ qui talẽ pecuniã accepit dictã actionẽ ad quadruplũ eius qđ ipse accepit in quo ↄtinet illud qđ ipse habuit,ꝛ datur.ĩ.annũ vtilẽ ad quadruplũ,sed post annũ in simplum,ista probant in.l.j.in prin.ff.de calum.ꝛ generaliter.§.fi.ꝛ qđ ibi not.vbi declaratur cui cõpetit talis actio.ꝛ habet in.d.§.rei persequende.ꝛ in.§.quadrupli.insti.de acti. Et ista pena applicatur parti contra quã tractabatur fieri calũnia. Posset etiam talis pars criminaliter puniri.vt habetur in.l.j.C.de calumnia. Nam de omni crimine potest delinquens vel criminosus ciuiliter conueniri vel criminaliter vel regulariter in.l.fi.ff.de priua. delic.ꝛ in.l.fi.ff.de fur.ꝛ.l.fi.ff.de iniurijs.

¶ Centesimanona Actio.

9 In factum subsidiaria actoris de dolo. ¶ Centesimanona est actio. † Ista actio locum habet quotienscunq3 quis per dolum alterius fuit deceptus in casu in quo a principio actio de dolo contra dolosum locum habet , vt supra dixi in acti.de dolo., quo casu qa actio de dolo durat solo biẽnio,vt in.l.fi.C.de dolo.tũc post biennium loco illius actionis de dolo q̃ sexpirauit ꝑ lapsum biennij.da

bitur ista actio in factuz subsidiaria actionis de dolo, que decepto cōtra decipientem ad interesse decepti datur, vt est casus in. l. itaqz. ff. de dolo.

¶ Centesimadecima Actio.

10 **In factū** in casibus in quibus daretur actio de dolo si non esset fauor personarum. ¶ † Cētesimadecima est actio. Circa hanc actionem dic qd regulariter decepto per doluz alterius datur actio de dolo, vt in toto titulo. ff. ꝛ. C. de dolo. Fallit in certis casibus in quibus ob reuerentiam personarum nō datur actio de dolo, sed loco eius intentatur actio in factum, que datur illi ꝛ contra illū, ꝛ ad illud ad quod solet dari actio de dolo, verbigratia, si parens decepit liberos, si patronus decepit liberum suum, si quis existens in aliqua eminenti dignitate alium decipiat, si aliquis bonorū meorum dolo decipiat luxuriose viuentem vel prodigum. Istis enī casibus non datur actio de dolo, sed dicta actio in factum contra decipientem, ad interesse decepti, ꝛ tunc verba libelli sunt temperanda per actorem, vt non mentio malefidei habeatur ob reuerentiam personę, sed ne decipiens cum iactura alterius decepti locupletet̄. Iste est casus in. l. non debet. cum. l. seq. ff. de dolo. ꝛ vidistis per glo. in institu. de actio. in prin.

¶ Centesimaundecima Actio.

11 **In factū** que datur propter alienationem iudicij mutandi causa. ¶ † Centesimaundecima est actio. Ista actio locum habet contra illum qui dum sensisset me velle aliquam rez petere que erat mea, vel in quibus ius habebam antequam iudiciū contra ipsum intentarē illam rem alienaret in aliquem duriorem aduersarium quam ipse sit, vt causam meam deteriorem redderet, nam tunc intentabo actionem in factum ex illo edicto contra alienantem ad interesse meum, si quod interesse pretendo propter hoc, vt est casus in. l. j. ff. de alie. iudi. mutan. causa, sed si lis ante incepta esset, super re illa quam postea alienaret, tunc non valeret alienatio, ꝛ haberet locum titulus. ff. ꝛ. C. de litigiosis.

¶ Centesimaduodecima Actio.

12 **In factū** de deiectis ꝛ effusis. ¶ † Centesimaduodecima est actio. Ista actio datur in duplum damni in quo tamen inest rei persecutio contra illum ex cuius domo, seu habitatione aliquid eiectum vel effusum est per quemcūqz, quod damnum intulerit transeunti vel commoranti per locum, vel in loco, per quem communiter vulgo iter fiebat, puta si aliquis deturpauit vestimenta mea, dum transirem per viam, vel si seruum meum aliquid deijciendo inopinate occidit vel vulnerauit, vt probatur in. l. prima in principio. ff. de his qui deiece. vel effude. ¶ Sed si aliquis deijciendo aliquid liberum hominem occidisset inopinate, isto casu daret̄ actio in factum cuilibet de populo contra habitantem in dicta domo ex qua illud deiectum vel effusum est, ad. l. duca. pro pena, quia liberū corpus non recipit estimationem. l. liber homo. ff. ad legem aquiliā. Hoc probatur in dicta. l. prima. §. si eo ictu. ꝛ. §. sed cuz homo liber. Si vero quis liberum hominem vulnerauit vel percussit, tunc ipsi libero homini daretur actio in factum contra gubernatorem dicte domus ad ipsius hominis liberi interesse, in quo veniet quantum ob eā rem equum iudici videbitur pro dicto interesse, in quo iudex computare debebit mercedes prestitas pro medicis ꝛ medicinis, ꝛ cetera impendia que in curatione ipsius hominis liberi facta sunt, ꝛ opere seu mercedes operarum, quibus ipse liber homo caruit, aut cariturus est in futurum, ob id quod ipse liber homo inutilis factus est, vt probatur in dicta. l. prima circa principium, vt in dicta. l. finali. ff. de his qui deie. vel effu. ꝛ in. §. de eo vero. ꝛ in. §. ob hoiem vero liber. institu. de oblig. que ex quasi delic. nas. ¶ Adde tamen quod si seruus alterius aliquid deiecerit, ꝛ damnum dederit, potest seruus dari pro noxa per dominum, vt in. l. j. §. si seruus. in fine, si tamen tale damnum illatum fuerit nesciente domino, vt ibi.

¶ Centesimadecimatertia Actio.

13 **In factū** que datur inhabitanti aduersus deiectorem vel effusorez. ¶ † Cētesimadecimatertia est actio. Ista actio dependet ab his de quibus supra in proxima precedenti actione, qꝛ quicunqz sit ille qui aliquid deiecit vel effudit de domo, seu de habitatione alterius, propter quod dominus illius domus, seu gubernator familie teneatur damnum passo ex illa actione in factum, de qua supra proxime, propterea consulitur ipsi domino seu gubernatori familie, seu habitationis qui condemnatus fuit, vt soluat damnū passo propter id quod deiectum vel effusum fuit per alium ex dicta domo seu habitatione, ꝛ hoc contra illum qui deiecit vel effudit per hanc actionem in factum ad recuperandum omne id quod propter defectum illius deiectionis vel effusionis ipse soluit vel soluere necesse habuit. istud probatur in. l. si vero plures. in. §. cum autem legis. ff. de his qui deie. vel effu. ¶ Et sic precedēs actio subuenit dānum passo immediate ex illa deiectione vel effusione, ista vero subuenit domino domus, seu habitationis contra deiectorem vel effusorem, ita quod dominus conseruetur indēnis, vt in dictis iuribus.

¶ Centesimadecimaquarta Actio.

14 **In factū** pro eo quod appensum ita ꝛ taliter est in subgrunda, vel supra locum per quem cōmuniter iter fieri solet quod si caderet damnum dare posset transeuntibus. ¶ † Cētesimadecimaquarta est actio. Ista actio datur si aliquis ad eius domum vel habitationem, vel cenaculum, vel aliquod aliud edificium habet aliquid appositum, vel appensum subgrunda edificij, vel extra ipsum edificium, quod si caderet posset de facili nocere trāseuntibus per illum locum, per quem communiter iter vulgo fiebat. Isto casu datur cuilibet de populo contra illum qui illud habet appensum, vel appositum ad suum edificium. Ista actio in factum, vt iste puniatur in. x. duca. ꝛ ad illud remouendum, vt probatur, in. §. cui similes. insti. de oblig. que ex quasi deli. na. ꝛ in. l. si vero plures. in. §. pretor. ꝛ in. §. hoc edictū. ff. de his qui deie. vel effu. Idem si ille erat locus ꝑ quem homines solebant stare, vel sedere, licet non fieret iter per locum illum, vt in. l. j. §. parui. ꝛ. l. si vero plures. §. ait pretor. ff. de his qui deie. vel effu.

¶ Centesimadecimaquinta Actio.

15 **In factū** ex illo edicto si mensor falsum modum dixerit. ¶ † Centesimadecima quinta est actio. Ista actio procedit in tali casu quia quandoque est contentio de mensura alicuius rei immobilis vel mobilis, ꝛ eligitur aliquis agrimēsor ad mēsurandum illam rem, ꝛ mensuram referendum iudici vel partibus, ꝛ ille agrimensor plerunqz vel dolo, vel lata culpa in plus vel minus refert quam sit rei vera mēsura, ꝛ sic ex hoc decipitur aliqua pars, propterea parti decepte contra dictum agrimensorem datur actio in factum ad interesse decepti, vt habetur. ff. si men. fal. mod. dixe. l. j. ꝛ l. si mensor. §. hoc iudicium. ꝛ. l. si duobus. §. primo. ¶ Adde quod talis agrimensor non tenetur nisi de dolo ꝛ lata culpa. etiam si mercedem habuerit pro mensurando, vt in. d. l. j. §. hec actio. ꝛ. §. sequen. ꝛ quod habeat locum etiam pro mēsura rei mobilis nedum immobilis est casus in. d. l. si mensor. §. fina. ꝛ. l. sequen. ff. si mensor falsuz modum dixerit.

¶ Centesimadecimasexta Actio.

16 **In factū** aduersus eum qui intulit mortuum in alienum locum purum id est non religiosum. ¶ † Centesimadecimasexta est actio. Super hac actione, dic quod de iure veteri prohibebantur mortui sepeliri in ciuitatibus in castello, vel vico, ne cadaueribus mortuorum aer corrumperetur, sed debebant sepeliri extra ciuitatem, vel vicos, ꝛ si quis contrafaciebat puniebatur pena aureorum quadraginta, qui applicabantur fisco. ff. de sepulchro violato. l. tertia. §. diuus adrianus. qua de re plerunqz contingebat, qd ego sepeliebam aliquem mortuum in fundum qui non erat meus, sed tuus, extra ciuitatem, qui fundus erat purus. i. non religiosus, ꝑpterea dabitur tibi a pretore dicta actio in factum contra me, per q̄ actionem ego cogor aut tollere mortuum aut soluere estimationē tui fundi in quo mortuum sepelini, vt habetur in. l. ij. §. j. ꝛ in. l. is qui. in prin. ff. de relig. ꝛ sumpti. fune. sed hodie ista actio vt videmus nobis parum seruit, cum mortui sepeliantur in cemiterijs, ꝛ non in locū puro alicuius priuati, de quo dic vt ꝑ Rof. in libellis suis, ꝛ per Host. in sum. de sepul.

¶ Centesimadecimaseptima Actio.

17 **In factū** funeraria. ¶ † Centesimadecimaseptima est actio. Ista actio locum hꝫ si qs faciat aliquos sumptus vtiles qui de iure ad aliū spectabāt, quo casu ille qui fecit tales sumptus intentabit istam actionem contra illum ad quē illi sumptus spectabāt, ꝛ dat̄ ad rꝑetēdū tales sumptus fcōs. ¶ Et aliqui

dicunt

dicunt quod propriū nomen huius actionis est actu summaria. Ista omnia habentur in. l. at si quis. in. §. hec actio. ff. de relig. & sum. fun. ¶ Et adde q impensa funeris dr que facta est post mortem defuncti pro eius sepultura, secus in impensa facta, pro eo, tunc viuo infirmo curando, vt in. d. §. hec actio. in fi. §. ¶ Item quod ista actio est priuilegiata & prefertur alijs creditoribus defuncti. l. impensa. ff. de relig. & sumpti. fune. ¶ Et sic videtur quod preferatur etiam dot. q2 d. l. impensa. loquitur per dictionem semper. arg. l. j. ff. solut. matri. ibi semper &c.

¶ Centesimadecimaoctaua Actio.

18 **In factū** si locus sacer vel religiosus alicui ignorāti pro puro vendatᷣ. ¶ † Cētesimadecimaoctaua est actio. In hac actione, dic q datur illi qui habebat ius sepeliendi mortuum in sepulchrum aliquod positum in aliquo fundo qui erat religiosus, iuxta ea que habentur, institu. de rerum diuisio. §. religiosum. quo casu si talis fundus per aliquem fuerit venditus pro puro. i. non religioso alicui emptori ignoranti locum illū esse religiosum, & emptor prohibeat habentem ius sepeliendi in eodem fundo, vel etiam ipse emptor in eodem loco construxerit aliquod edificium datur contra ipsum emptorem dicta actio in factum illi qui habet ius inferendi mortuum in dicto loco ad interesse quod ille pretendit ratione dicte prohibitionis, vel datur ad hoc, vt ipse emptor tollat edificium per eum constructum sumptibus suis, & postea ipse emptor si fuit ignorans habet actionem ex empto contra venditorem, vt in. l. ossa. §. si locus. & in. l. liberum. & in. l. is qui intulit. ff. de religiosis & sumptibus funerum. vbi predicta probantur, & quod dixi in emptore ignorante, multomagis idem est in emptore sciente quantum ad hoc, vt contra ipsum detur dicta actio. argumen. auten. multomagis. C. de sacrosanctis eccle.

¶ Centesimadecimanona Actio.

19 **In factū** cum iuratur informiter que nascitur ex iuramento. ¶ † Cētesimadecimanona est actio. Ista actio locum habet si dico te esse debitorem meum in aliquo, tu vero negas & super hoc defers mihi iuramentū, & ego iuro informiter, & sic simpliciter iuro te esse debitorem meum in hoc quod petebam non dicēdo ex qua causa tu esses debitor meus, tunc enim ex tali iuramento, mihi contra te competit dicta actio in factum, vt habetur in. l. actori. C. de rebus credi. & iureiur. & in. §. si quis postulante. institu. de act. secus si iuretur formiter, quia tunc daretur actio vilis ex ea causa ex qua iuratum est illum esse debitorem, que appellatur iuratoria, vt. s. diximus in eodem tractatu. in. xxxj. actione.

¶ Centesimauigesima Actio.

20 **In factū** si mulier ventris nomine in possessionem missa dicatur per calumniam. ¶ † Centesimauigesima est actio. In ista actione, dic quod ista actio datur contra mulierem que dixit se esse pregnantem ex marito predefuncto de cuius hereditate agitur in cuius bonis & hereditate se mitti fecit in possessionem tanquam illa hereditas sit deuentura ex testamento, vel ab intestato illi posthumo nascituro, quo casu si illa mulier vere nō erat pregnās vel si erat pregnans non erat pregnans ex marito suo, de cuius hereditate agitur, sed ex alio viro, tunc succurritur vero heredi ad quem spectat illa hereditas vel bonorum possessio, & sic de iure ciuili vel pretorio per istam actionem in factum, contra dictam mulierem ad omne interesse ipsius veri heredis, vel bonorū possessoris. de qua habetur in. l. prima. ff. si mulier ventris nomi. in possessione bono. calum. causa missa est.

¶ Centesimauigesimaprima Actio.

21 **In factū** si mulier que missa erat in possessione ventris nomine per calumniam, vt supra dictum est transtulerit possessionem bonorum in alium, vel etiam ille qui ipsam mulierem habet in potestate. ¶ † Centesimauigesimaprima est actio. Super hac actione dic quod per ipsam subuenitur vero heredi vel bonorum possesso. contra mulierem que dum per calumniam missa esset ventris nomine in possessionem bonorum. q. mariti sui. ipsa mulier per calumniam ad detrimentum veri heredis, seu bonorum possessoris transtulit bonorum possessionem in alium tertiū, & sic ex hac translatione, ipse verus heres seu bonorū possessor lesus est pro eo, q2 forte ille in quem dicta bona translata sunt consumpsit illa bona omnia seu partem aliquam de illis bonis bonafide, & sic non tenetur vero heredi, quia non possidet, nec dolo desijt possidere, vel si malafide hoc facit, & sic vero heredi tenetur, forte soluendo non est, & si inanis est actio contra illum. l. nam his. ff. de dolo. & ideo equum fuit istam actionem dari per pretorem heredi vero seu bonorum possessori damnificato ad interesse suum contra mulierem predictam seu illum qui ipsam in potestate habebat que dictas res transtulit in aliū hoc quando ipsa mulier per calumniam fuerit missa in possessionē illorum bonorum. Ista habentur in. l. prima. ff. si mulier ventris nomine.

¶ Centesimauigesimasecunda Actio.

22 **In factū** que datur aduersus tutorem falsum vel curatorem ɔtrahentibus cum ipso bonafide, cum ipse iactauerit se esse tutorem vel curatorem. ¶ † Centesimauigesimasecunda est actio. In ista actione dic, ipsa actio cōsulit contrahenti cū aliquo tanq̄ tutore vel cura. alterius, vel eius auctoritate qui scienter per mendatium asserebat se esse tutorem alicuius pupilli, vel curatorem alterius quo casu, q2 talis contractus initus cum falso tutore vel curatore non valet, & posset minor alienata per illum falsum tutorem vel curatorem reuocare. Ideo datur ista actio in factum ad interesse illi contrahenti ignoranter cum illo falso tutore vel curatore, de quo habetur in. l. prima. & in. l. nouissimo. ff. quod falso tutore autore.

¶ Centesimauigesimatertia Actio.

23 **In factū** que datur ipsi minori ob hoc damnum passo. ¶ † Cētesimauigesimatertia. Hec actio differt a precedenti, quia precedens actio contrahenti cum falso tutore, vel curatore. Hec autem actio consulit ipsi minori leso ex tali alienatione vel tali contractu vel obligatione facta per illum falsum tutorem vel curatorem. Et datur contra ipsum falsum tutorem vel curatorem ipsi minori leso ad ipsius interesse, vt habetur in. l. finali. ff. quod falso tutore autore.

¶ Centesimauigesimaquarta Actio.

24 **In factū** aduersus eum qui dolo malo adhibuit alium, vt ille alius auctoretur inscius tanquā tutor vel curator. ¶ † Centesimauigesimaquarta est actio. Ista actio dependet ex duabus precedentibus proxi. actionibus. de quibus supra proxime dictum est. Et datur illi qui interposuit auctoritatem suam tanquam tutor vel curator alterius, cum tamen tutor vel curator non esset, licet ibi contrarium persuasum esset dolo malo ignorans hoc, & hoc contra illum qui persuasit per dolum quod ille erat tutor vel curator cum non esset, propter quod ipse passus est aliquod damnum, nam tunc prouidetur illi qui non erat tutor vel curator per istā actionem in factū contra illum persuadentem malitiose ad interesse suū, & hoc secundum Ioan. hic in arbore sua. ¶ Sunt ergo tres actiones. Per primam consulitur contrahenti cum aliquo falso tutore vel curatore, vel cum alio cum auctoritate eius falsi tutoris. Per secundam consulitur illi minori qui aliquod damnum passus est propter auctoritatem alicuius falsi tutoris vel curatoris. Per tertiam de qua hic consulitur ipsi falso tutori vel curatori qui per suasionem malitiosam alterius credēdo se esse tuto. vel cur. alterius cū nō esset autorando aliquod damnum passus est, vt probatur in dictis iuribus, & vide quod not. in rubrica. ff. quod falso tutore autore, & vide de hac materia glo. magistram in. l. j. ff. qd falso tuto. auto. vbi ponit de omnibus istis tribus actio.

¶ Centesimauigesimaquinta Actio.

25 **In factū** ex edicto si quis omissa causa testamenti hereditatem ab intestato. ¶ † Centesimauigesimaquinta est actio. Ista actio prouidet in tali casu, videlicet quod quādo heres institutus qui posset hereditatem adire ex testamento, & per suam aditionem confirmarentur legata vel fideicommissa legata in illo testamento, per ea que habentur in. l. nemo. ff. de testamen. tutorum. & in. l. prima. §. in nouissimo. C. de caducis tollendis, vult potius hereditatem illam adire ab intestato, quia forte heres institutus erat filius, vel agnatus, vel cognatus proximior cui ab intestato debebatur illa heredi. as. Et hoc facit ad hoc, vt nulli soluat legata vel fideicommissa perinde ac si hereditas non fuisset adita ex

testamento. Ideo equitate suadēte pretor dedit illis legatarijs vel fi deicōmissarijs contra talem heredem actionem in factum ex illo edi cto, si quis omissa causa testamenti, vt consequantur sua legata vel fi deicōmissa, perinde ac si hereditas fuisset adita ex testamento per illum heredem, vt habetur in. l. j. in princi. ⁊ §. pe. ⁊ fi. ff. si quis omis sa causa testa. licet aliqui velint dicere qd talis actio appellat̄. actio vtilis ex testamento, iuxta. l. j. C. communia de legatis.

¶ Centesimauigesimasexta Actio.

26 In factū ꝯ publicanum. ¶ † Centesimauigesimasexta est actio. Circa hanc actionem dicit qd dat̄ dupluz infra annū, sed post annū in simplū, ⁊ prouidet in hoc casu, qꝛ aliquā do publicani qui conductores, exactores, seu datiarij, vel gabellarij, appellantur exigūt vltra debitū gabellas debitas, ⁊ vectigalia. Ideo pretor dedit istam actionem in factum ex illo edicto de publicanis, per quam coguntur infra annum restituere duplum eius qd accepe runt vltra debitum, ⁊ post annum simplum in quo duplo continet̄ re persecutio, ⁊ datur persone que passa est illicitā exactionem contra ipsum publicanum, seu conductorem gabelle, etiam si famuli sui libe ri, vel serui deputati per ipsum publicanum ad exigendū exegerint aliquid vltra debitum iuris, ista habentur in. l. j. in prin. ⁊ in. §. j. ⁊ in. §. familie. ff. de publicanis.

¶ Centesimauigesimaseptima Actio.

27 In factū aduersus illum qui sciens se esse liberū hominem passus est se vendi emptori nescienti. ¶ † Cente simauigesimaseptima est actio. In hac actione dic ꝙ vbicunqꝫ aliqs liber homo patit̄ se vendi ad pretiū participandū, vel quocūqꝫ mo do, nō seruatis tñ illis que requirunt̄ ad hoc vt talis venditio valeat que enummerantur, insti. de iure perso. §. fi. per glo. quo casu si em ptor illud ignorauit, ⁊ ex hoc deceptus fuerit, habet istam actionem in factū ꝯtra. d. liberum hominē qui scienter passus est se vendi em ptori ignoranti eum esse liberum hominem si postea iste liber homo proclamauerit in libertatem in damnum illius emptoris, vt habetur in. l. liberis, ⁊ in. l. sciendum. ff. de liber. causa. Dic tamen qd eidem emptori ignoranti daretur actio ex empto contra venditorem ad suū interesse, iuxta ea que habentur, instituta de emptione ⁊ venditio ne. §. fina.

¶ Centesimauigesimaoctaua Actio.

In factū aduersus eum, qui cum esset in bonorum pos. fru ctus vendidit seu alienauit, quos percepit vel de
28 teriorem rem fecit. ¶ † Centesimauigesimaoctaua est actio. Hec actio datur ꝯ illū qui missus est in possessionē cā rei seruande, vel ex alia simili causa, si legatorum vel fideicōmissorum ⁊c. Iuxta ea que hñr. ff. vt in pos. leg. ⁊ in. l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. ⁊ in. l. pos sideri. §. iij. ff. de acqui. pos. ⁊. ff. quorum lega. l. j. vel etiam propter con tumaciā in actione reali, vel personali, vt. C. de bo. aucto. indic. pos. siden. per totum titulum, ⁊. ff. eo. per totū titulū, quo casu si talis mis sus in possessionem non seruauerit fructus, quos perceperit ex re, vel si eos seruauerit ⁊ deteriores fecerit, vel rem deteriorem reddi derit, ⁊ datur ista actio in factum debitori ipsi ꝯ creditorem illuz per quam cogitur ipsi debitori resarcire damnum ⁊ interesse debitoris ⁊ fructus perceptos restituere, vt. ff. de bo. aucto. iudi. possiden. l. pre tor ait. primo responso.

¶ Centesimauigesimanona Actio.

29 In factū qui datur ei qui missus est in possessione vt re petat a debitore sumptus factos in re. ¶ † Cētesi mauigesimanona est actio. Ista prouidet creditori misso in possessio nem cā rei seruande, seu rei ex primo decreto ꝯ debitorem in cuius bonis creditor missus erat i possessionē, vt ipse creditor repetat sum ptus, ⁊ expensas, quos vel quas ipse facit in ipsa re, salua bonafide, vt. ff. de bo. aucto. iudi. pos. in. l. precedenti. Ista vero econtra proui det creditori contra debitorem, vt patet in dictis iuribus.

¶ Centesimatrigesima Actio.

30 In factū contra illum cui dolo malo dānum datum est in turba. ¶ † Centesimatrigesima est actio. In hac actione dicendū est, qd dat̄ illi qui passus est dānū in turba, ⁊ datur contra illum qui turbam fecit, vel fieri fecit dolo malo ⁊ datur. ī. an num vtilem in duplum dānum dati. post annum vero vtilez in simplū vt. ff. vi bon. rapto. l. pretor ait. in prin. Et dr̄ damnū datum in turba, quando saltem. xx. homines vel plures coadunati dant damnum, vt in. d. l. pretor. per totum principium, quot autem persone faciāt po pulum, dic qd decem homines faciunt, vt. c. j. extra de elec. in glos. idem dic in genere, vt dixi in proemio institu. in. §. super verbo, bar barice gentes, vt vide Bart. in. l. iij. §. hoc edicto. ff. vi bono. rapto. vbi etiam ponit quot persone faciunt cetum, collegium, multitudinē, ⁊ congregationem, ⁊ etiam turbā, de qua etiam. s̄. dixi. ¶ Quid aūt sit corpus, ⁊ quot modis capiat̄ in iure, vide gl. in. c. dilecta. in Chri sto. extra de exces. prela. Et in quo differat genus, ⁊ gens, ⁊ cui incū bat onus probandi, qd quis hꝫ genus, vel gentem, vel qd sit de tali genere, vel gente, vide tex. ⁊ qd ibi not. ff. de proba. ⁊ in. l. j. ⁊ qd ego dixi de omnibus predictis in. c. que supra mores hominum. distinc. viij. vbi late dixi.

¶ Centesimatrigesimaprima Actio.

31 In factū ex edicto si quis testō liber iussus est. ¶ † Cente simatrigesimaprima est actio. Ista actio datur he redi seu bonorum possessori post aditam hereditatem defuncti, seu post agnitam bonorum possessionem defuncti ꝯ illum seruum here ditarium qui post mortem defuncti ⁊ ante aditam hereditatem per heredez subtraxit aliqua bona hereditaria sub spe future libertatis, qꝛ si ipse seruus expectabat libertatem sibi relictam in testamento il lo ⁊ datur dicta actio ipsi heredi. ī. annum in duplum ꝯ ipsum subri pientem bona hereditaria, in quo duplo non continetur rei persecu tio, vt in. l. j. §. fi. ff. si quis testamēto liber esse iussus fuerit. Sed post annū solū sibi durat rei vendicatio ad ipsam rem, vt hoc probat̄. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. l. j. in prin. ⁊ in. §. hec actio. ⁊ in. §. illud ⁊ si datur ista actio pro rebus subtractis per dictum seruum in duplum. ī. annū vtilem. Et eodem modo dat̄ ista actio. ī. annū vtilē in duplum pro ceteris dānis datis in illa hereditate ab illo seruo, vt in l. j. §. non tantum. ff. eo. titu. de quo dic, vt per Bar. ⁊ doct. super. d. tit. Et adde qd tria copulatiue requiruntur, vt competat ista actio ꝯ talem liberum esse iussum in testāmento dñi. Primo ꝙ dolo fecit, vel per latam culpam. Secundo ꝙ post mortem domini. Tertio ꝙ ante aditam hereditatem furtum, vel damnum dederit, vt in. d. l. j. §. non autem, vbi casus.

¶ Centesimatrigesimasecunda Actio.

32 In factū de incendio ruina naufragio. ¶ † Centesimatri gesimasecunda est actio. Super actione dic ꝙ da tur illi qui passus est rapinam seu furtum, vel damnum in rebus suis tempore orti incendij, ruine, vel naufragij, ⁊ in naui sua rapta vel ex pugnata, ⁊ datur contra illum qui hoc damnum, seu furtum fecit in fra annum vtilem in quadruplum, post annum vero in simplum dam ni, vel furti facti, vt probatur. ff. de incendijs, ruina, ⁊ naufragio. l. prima.

¶ Centesimatrigesimatertia Actio.

33 In factū de sepulchro violato. ¶ † Centesimatrigesima tertia est actio. Circa istam actionem dic quod ꝓ uidet in diuersis casibus. Primo prouidet contra illum qui habita re facit in loco, vbi erat sepulchrum alterius, quo casu datur contra sic edeficantem ⁊ habitantem ista actio in factum ⁊ ducentos du catos. Secundo prouidet quando quis aliquid remouit de sepul cro alterius vel etiam aliquem in eundem locum sepelijt, in quo sibi hoc non licet, quo casu si interesse illius non excedit summam centuz ducat. ista actio predicta datur contra predictum dantem damnum in sepulchro ad ducentos ducatos, vt probatur. ff. de sepulchro viola to. l. prima, sed si damnum, sic datum excedit summam centum duca. etiam si ascenderet vsqꝫ ad summam mille duca. vel vltra, tūc ille cu ius interest habet actionem in factum ad totum illud interesse suum, vt. ff. de sepulchris violatis. l. pretor. §. qui sepulchrum. Et attende, quia primo casu ista actio, seu datur cuilibet de populo sine delectu personarum, vt. ff. de sepulchris violatis. l. pretor. in fine primi respō si, ⁊ in. §. finali.

¶ Centesimatrigesimaquarta Actio.

In factum ex edicto pretoris seu
34 ex lege pretoria. ¶ † Centesimatrigesimaquarta est actio. Ista actio datur

datur vbicunqz ex edicto pretoris, seu ex lege pretoria debz dari certa actio, & in eodem edicto non cavetur de nomine ipsius actoris. quo casu datur actio in factum, sicut alias ex civili obligatione nova inducta per. l. datur condictio ex. l. si non cavet̃ de nomine ipsius actionis, vt. ff. nau. cau. stabu. in. l. j. §. ij. & . l. idem. in principio. & . ff. d̃ condictio. ex le. in. l. i. Circa quod vide glo. in. §. alie. insti. de actio. & in. §. actionum quedam eodem titulo. Et vide de multiplici actione in factum aliam glo. in. §. fina. super verbo vtilis actio. institu. de interdictis. ¶ Et hoc quantum ad actiones pretorias, sequitur videre de actionibus civilibus, ex hoc pz, lz Jo. in arbore sua posuerit solũ. cxxj. actiones, nihilominus alias plures habetis quas ego supra enumeravi & descripsi ad clariorem sensum, rub. de civili. ac.

¶ Centesimatrigesimaquinta Actio.

35 **Rei vẽdicatio** directa. ¶ Cẽtesimatrigesimaquinta est actio. † Circa hanc actionez dicendum est q ipsa datur illi qui hz directum dominium, & datur cõtra possidentem vel saltem detinentem rem illius dominij, vt in. l. officiũ. & in. l. i rem. in prin. ff. de rei ven. Et datur ad vendicandũ res corporales mobiles vel immobiles, vt in. l. vendicatio. ff. de rei ven. Et quod habetur plene in §. omnium. insti. de actio. sed si essent res incorporales haberet locum actio negatoria vel confessoria, de qua infra dicemus. Et datur ad restituendum rem actori domino. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Et ad declarandum actorem esse dominũ prout solet fieri in alijs realibus, vt in. l. sicut §. sed si querit̃. ff. si ser. vend. ¶ Item an debeat exprimi causa proxima vel remota in realibus & personalibus, dic vt per Cy. in. l. edita. C. de eden. & per canonistas in. c. ij. de libel. obla. & quod dixi in. c. quo iure. distin. viij. ¶ Quod autem si aliquis haberet vtile dominium. dic quod daret̃ illi vtilis rei vendicatio, de qua vidistis. s̃. de actione vtili in rez que datur superficiario, & tangam. ĩ. proxima actione.

¶ Centesimatrigesimasexta Actio.

36 **Utilis** rei vendicatio que datur ꝯ̃ dolo desinentẽ possidere. ¶ Centesimatrigesimasexta est actio. † In hac actione dic qd̃ est civilis qñ agens hz directum dñiũ, & tunc locum hz qñ datur ꝯ̃ illuz qui dolo desinit possidere ipsam rem vt in. l. parẽ. ff. de reg. iu. de qua hr̃ plene per glo. in. §. sed iste. instit. de act. ¶ Quid autem si ego habeo vtile dominiuz cui daretur vtilis rei vendicatio pretoria, de qua. s̃. proxime dixi. Et ipsam actionem intento non cõtra possidentem, quo casu esset pretoria, vt in. l. j. §. j. ff. de superfi. sed ipsam intento ꝯtra illum qui dolo desijt possidere. Iuxta illam. l. parem. ff. de regu. iur. dic quod tunc esset pretoria, & non civilis inspecta potius persona actoris, vt nota. per glo. in. d. §. sed iste. quod nota. ad intellectum illius glo. de quo actio. vide per Barto. in rubrica. ff. de rei vendi. & doctores in rubrica. C. eod. titu. & ego ibi late scripsi vltra alios.

¶ Centesimatrigesimaseptima Actio.

37 **In rem** confessoria. ¶ Cẽtesimatrigesimaseptima est act. † Hec actio datur ad vendicandas res incorporales vt sunt servitutes reales & personales & datur illi qui affirmat p̃dio suo deberi aliquam servitutem & fundo vicini vrbano vel rustico, vt est servitus prediorum vrbanoꝝ, & servitus predioꝝ rusticoꝝ, vel ꝑsone sue, vt est servitus vsufructus, vl' vsus vel habitatio, vt plene habetur in. §. eque. insti. de act. & datur contra negantem servitutem illam deberi. & datur ad interesse vt ille prestet patientiam & vt caveat se in futurum nõ turbatuꝝ illũ vti sua servitute, vt habetur ꝑ doc. in. d. §. eque. & per Barto. in. l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. & in toto titu. ff. si servi. vendi. & . ff. si vsufruc. peta.

¶ Centesimatrigesimaoctava Actio.

38 **In rẽ negatoria** ¶ Cẽtesimatrigesimaoctava est actio. † Ista actio datur in casu contrario. s̃. proxime actioni precedenti, & datur illi qui negat servitutem aliquam alteri deberi vel alterius fundo. Et hoc sive sit servitus realis vel personalis, vt habetur in. d. §. eque. & in. d. iuribus. de quibus dixi. s̃. proxima actione. & datur per contrarium ad illa, de quibus proxime. s̃. dictum est in actione confessoria, & sunt actiones in rem & civiles, vt in. d. §. eque. insti. de act. Quare autem dicãtur in rem, dic quod sic dicuntur quia in multis sequuntur naturam rei vendi. vt habetur in. d. §. eque. Et dantur iste actiones pro istis iuribus incorporalibus illi & contra illum cui, & contra quem daretur rei vendicatio pro re corporali vendicanda vt eleganter declarat glo. in. d. §. eque.

¶ Centesimatrigesimanona Actio.

39 **In rem** preiudicialis de servitute vel non servitute. ¶ Centesimatrigesimanona est actio. † Ista actio dat̃ domino qui dicit aliquem esse servum contra illum qui asserit se esse liberum hominem vel libertum illius domini, & sic servum. Item ecõtra datur illi qui retinetur tanquam servus contra illum qui eum retinet, per quam actionem ille qui detinetur petit se pronuntiari esse ingenuum vel libertum illius vel non servum, vt in. §. preiudicialis. insti. de actione. & de isto casu talis actio est civilis, secus autem si esset ꝯtentio vtrũ qs esset libertus, an vero ingenuus vel vtrũ qs sit filius vel nõ filius, qz tũc talis actio preiudicialis in rẽ esset pretoria vt est casus in. d. §. preiudiciales. de quibus. s̃. dixi plene in ordine p̃toriaꝝ actionum. Aliqui tñ voluerunt quod datur actio in re preiudicialis etiam illi qui detinetur ab aliquo tanquaz servus &c. de quo vide per glo. in. §. preiudiciales. & Roffre. in libellis suis.

¶ Centesimaquadragesima Actio.

In rem adiecta causa de iure quiritum. i. de iure civili vel adiecta causa de iure statutario, vel de iure canoni
40 co &c. ¶ Centesimaquadragesima est actio. † Ista rei vendicatio seu actio in rem locum habet in casibus in quibus dixi. s̃. in ordine pretoriarum actionum circa actionem preiudicialem de libertinitate vel ingenuitate, & circa actionem preiudicialem de partu agnoscendo, de quo vide vt ibi scripsi.

¶ Centesimaquadragesimaprima Actio.

41 **Petitio** hereditatis. ¶ Centesimaquadragesimaprima est actio. † Hec actio datur illi qui dicit se heredem de iure civili ex testamento vel ab intesta. vt in. l. j. & in. ij. ff. de pe. he. & datur contra illum qui possidet hereditatem, seu bona hereditaria pro herede vel pro possessore, & si vnam rem minimam hereditatis possideret, vt in. l. regulariter. & in. l. licet minimam, & in. l. nec vllã. in prin. ff. de pe. her. in qua actione principaliter petitur qd̃ iudex pronuntiet actorem esse heredem ex testamento vel ab intestato insolidum, vel pro parte & quod fiat restitutio rerum accessorie per officium iudicis mercenarium, de quo vide per glo. & Bart. in l. j. in prin. ff. de eden. & in. l. ij. & in. d. l. licet. ff. de peti. here.

¶ Centesimaquadragesimasecũda Actio.

Finium regundorum directa. ¶ Centesimaquadragesimase
42 cunda est actio. † Hec actio directa locum hz quotiescunqz est ꝯtentio de confinibus rusticoꝝ predioꝝ, & datur ipsis dominis rusticoꝝ prediorum, vt dirimantur confinia per iudicem, vt habetur in. §. quedam actiones. insti. de actio. & in. §. fi. insti. de offi. iudi. & si iudex viderit aliter confinia limitari non posse commode, potest ponere confinia super terreno vnius, assignando partem terreni alteri, & alterã partẽ invicem in certa summa condemnare in recompensatione terreni occupati pro commodiori divisione facienda per iudicem, vt ꝓbatur in. d. §. quedam. in fi. & in. l. ij. in fi. ff. finium regun.

¶ Centesimaquadragesimatertia Actio.

Finium regundorum vtilis. ¶ Centesimaquadragesimatertia,
43 est actio. † Ista actio dat̃ qñ est ꝯtẽtio de ꝯfinibus p̃dioꝝ, ex qbus ex vna pte vnũ est p̃diũ rusticũ ex alia pte vrbanũ, vt hz̃ i. d. l. ij. ff. finiũ regũ. in princ. & ꝑ gl. i. d. §. q̃dã. Sed si esset ꝯtentio de ꝯfinibus duoꝝ prediorum vrbanoꝝ cessat talis actio, & ideo recurrẽdũ est ad alia remedia possessoria vel petitoria, vt ad rei vẽdicatoria vel interdictum vti possideris vel vnde vi, vel similia remedia, de quibus habetur institu. de interdi. per totum titulum, & in. l. ordinarij. C. de rei vendi. in. l. incerti. C. de interdic.

¶ Centesimaquadragesimaquarta Actio.

Familie herciscunde directa. ¶ Centesimaquadragesi
44 maquarta est actio. † Hec actio locũ hz qñ sunt

plures heredes alicuius defuncti ex testamento vel ab intestato, dā tur ad diuidendum corpora hereditaria, que primo erāt communia pro indiuiso, vt in. d. §. quedam. ꝛ in ti. ff. fami. hercis. ꝛ datur dire cta inter heredes de iure ciuili, ꝛ sic vni heredi contra alium cohe redem, vt in. d. iuribus.

¶ Centesimaquadragesimaquinta Actio.

45 **Familie** hercis͠cūde vtilis. ¶ Centesimaquadragesima quinta est actio. † Ista actio datur ad diuidēdū corpora hereditaria inter plures bonoꝝ possessores de iure preto rio vel inter bonorum possessorem ꝛ heredem, vt no. in. l. sed ꝛ eius §. j. ff. fami. hercis. ꝛ habetur per doc. in. l. j. §. quedam.

¶ Centesimaquadragesimasexta Actio.

Communi diuidūdo ¶ Centesimaquadra gesimasexta est actio.
46 † Circa hanc actionē dic ꝙ datur ad diuidendum res particulares seu singulares existētes communes pro indiuiso inter aliquos. Et sic datur habenti rem cōmunem pro indiuiso, ꝯ alium habentē secū eandem rem communem vt res cōis diuidat pro diuiso, vt in. d. §. q̄ dā. Et hec differt ab actione fami. herc. qꝛ illa datur ad diuidendū hereditatē seu bona hereditaria, ꝛ sic quid vniuersale, vt hꝫ in pre alle. §. quedā. ꝛ hꝫ locum ista actio cōmuni diuidūdo siue res sit cō munis sine societate, siue etiam cū societate, vt est tex. no. in. l. ij. ff. cō muni diui. Isto modo dꝫ intelligi tex. ꝛ gl. in. §. inter aliquos. inst. d̄ obli. ex quasi contrac. lꝫ haberet etiam locū actio pro socio, qn̄ res est communis cum societate, vt ibi probatur.

¶ Centesimaquadragesimaseptima Actio.

47 **Certi condictio** generalis. ¶ Centesimaqua dragesimaseptia est actio. † Su per ista actione dic ꝙ ista certi ꝯdictio dat̄ vbicunqꝫ ex quacunqꝫ obligatione petitur quid certum dari quod sit certum quid quale ꝛ quantū sit, ita ꝙ eius rei solutio non sit variabilis ex potestate solue re debētis, de quo habetur in. l. vbi non autem apparet. in prin. ff. de verb. obli. ꝛ in. l. certi condictio. in prin. ꝛ ibi plene glo. per Bar. ꝛ doc. ff. si cer. pet. Et sic ista certi cōdictio generalis potest intentari vbicūqꝫ pōt alia actio intētari dūmodo datur ad certum, de qua hꝫ ēt insti. qui. mo. re cōtrahi. obli. in prin. In quibus iuribus hꝫ ꝙ in teresse etiā pōt peti per hanc actionē quantūcūqꝫ a principio sit in certū, sufficit enim ꝙ ex postfacto in processu seu in sententia certifi cabitur, vt etiam habetur in. §. durare. insti. de acti.

¶ Centesimaquadragesimaoctaua Actio.

Certi ꝯdictio specialis que appellatur si cert. peta. ¶ Centesimaquadragesimaoctaua.
48 est actio. † Sup ista actiōe vide ꝙ hꝫ in rubri. ff. si cer. pe. Et nasci tur ex contractu mutui, vt insti. qui. mo. re cōtrahi. obli. in princ. Et dat̄ illi qui mutuauit rē mutabilē. s. que consistit numero pondere ꝛ mensura, vt habetur in. l. ij. ff. si cert. pet. ꝛ datur contra illū qui mū tuum recepit vel restituat seu det in eodem genere rē mutuatā, vt in sti. quib. mod. re contrahi. obli. in prin. ꝛ in. d. l. ij. ff. si cer. pe. ꝛ. l. eū qui. eo. titu. ꝛ hoc ꝑm quosdam, sed ꝑm alios reperitur vna tantum certi condictio generalis que datur pro mutuo ꝛ vbicunqꝫ certum petitur, vt per glos. ꝛ docto. in rubri. ff. si cert. pet. ꝛ tetigi in rubri. C. si certum petatur.

¶ Centesimaquadragesimanona Actio.

49 **Cōdictio triticaria** ¶ Centesimaquadragesi manona est actio. † Ista actio condictio generalis, ꝛ datur vbicunqꝫ quis aliquam rem petit sibi dari siue sit mobilis, siue immobilis, siue res sit corporalis, siue incorporalis, siue res sit certa, siue incerta, nisi sit pecunia numerata pro qua sola pecunia numerata non datur ista condictio triticaria, vt in. l. j. ff. de cōdi. triti. Et datur non solum ratione dominij, immo etiam ratione possessionis, vt hꝫ in. l. j. ꝛ. ij. ff. de tri. ꝛ sic certi condi ctio generalis datur etiam ad pecuniam numeratam, vt habetur in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pe. Sed prout ista actio triticaria datur etiam ad res incertas, excedit dictam certi condictionem ge neralem que non datur ad incerta, ꝛ sic se habent tanq̄ excessa ꝛ ex cedentia, vt no. in. d. l. certi condictio. in prin.

¶ Centesimaquinquagesima Actio.

50 **Cōdictio ob causam** ¶ Centesimaquinqua gesima est actio. † Hec condictio ob causam locum hꝫ quotiescunqꝫ ego dedi aliquid alicui ꝑꝑ aliquam causā de futuro faciendā seu implendā per illū, quo ca su causa illa nō secuta possum id ꝙ dedi repetere per conditionem ob causam, de qua hꝫ in toto tit. ff. ꝛ. C. de condi. ob cau. ꝛ in. l. j. ff. de condi. ob tur. cau. ꝛ aduerte qꝛ proprie loquēdo dꝫ dici conditio ob rem, ꝛ non ꝯdictio ob causam, qꝛ causa intelligitur de preterito, de qua loquitur totus titulus. ff. ꝛ C. de condi. inde, vt in. l. damnus. ff. de condi. inde. sed res de futuro, vt. ff. de ꝯdi. ꝛ demon. l. si ita legatum. in fi. ꝛ ꝙ hꝫ in. d. l. ꝛ datur ex duplici capi. j. ex capite cause nō se cute. secundo ex capite penitentie re integra, vt hꝫ in. l. si pecuniā. in prin. ff. de ꝯdi. ob cau. de quo dic vt ibi. ¶ Reuoco in dubium. vtrū sit veꝝ ꝙ ꝯdictio ob causam ꝯpetat ex capite cause non secute. Re spondeo ꝙ sic, in contractibus innominatis, vt in. d. l. si pecuniam. Hoc tn̄ limito multis modis. ¶ Nam primo fallit si causa non est secuta propter casum fortuitū contingentem in persona aduersarij vt in. d. l. si pecuniā. ibi, ꝯditio tpis ꝛc. secus est in contractu noiato ꝑ. l. qui operas. ff. locati. ꝛ. l. item si vno. §. item cū quidam. eo. ti. ꝑm Paul. de ca. in. d. l. si pecuniā. hoc procedit si casus fortuitus im minet de presenti, ꝛ sic nō cessant, alias secus, vt patet in. d. l. si pecu niam. dū dicit de conditione ob causam ex capite penitentie ꝛc.
¶ Secundo fallit si esset actum a principio ꝙ nō possit repeti datū ex capite cause nō secute, sed tm̄ ex capite penitētie, qꝛ sic est econ tra, vt dicit ecōtra Raph. cuma. in. l. si alienā. §. marcellus per illū text. ff. de dona. cau. mor. nā ꝯriorum ꝛc. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ¶ Tertio fallit in cōtractu innominato facto cum ec clesia. nam potest agi contra eam condictione ob causam, sed solum prescriptis verbis ad implementum ꝯctus, vt in. c. verum. de cond. appositis. ꝑm intellectum traditum per Nic. de matarellis in. l. di ctam. C. de condi. ob cau. prout ibi refert Bald. ¶ Quarto fallit quando expresse fuit actum a principio quod recipiens decem de beat illa restituere si Capuā non ierit, vel si penitebit dantē. per. l. si dominus. ff. de prescri. verb. nā tūc dat̄ actio prescriptis verbis, sed non condictio ob causam. d. l. si dn̄s. lꝫ Bar. in. l. ij C. de condi. ob cau. aliter dicat. ¶ Quinto fallit si actor nō plene impleuit ꝓ par te sua, vt qꝛ promisit amplius non petere, vt reus daret decem, nam tunc qꝛ aliud non amplius petere hꝫ causam successiuam cessat con dictio ob causam. ꝛ hꝫ locum actio de do'o, vt in. l. actione ꝑm vnam lecturam. C. de transac. de qua per Raph. Fulgo. in d. l. si pecuniā in princi. ff. de condi. ob cau. ¶ Sexto fallit si deficit causa que fuit causa faciendi contractum si sit causa remota ꝛ non proxima ꝛ am plius non superest, nam tunc cessat ꝯdictio ob causam ex quocunqꝫ capite, secus si deficiat causa obligans. seu causa proxima, vt in. l. j. C. de pactis, ꝛ ibi per Bal. ¶ Septimo fallit in ꝯctu facio vt des vel in contractu facio vt facias, si factum sit non repetibile, nam tūc datur actio de dolo si aduersarius nō vult implere, vel prescri. ver. seu in factum, de quo hꝫ in. l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de pre scrip. ver. ꝛ in. l. cū proponas. C. de dolo. ꝛ per gl. in. d. l. si pecuniā ꝛ per Bar. ꝛ doc. in. l. fi. ff. de cond ob cau secus si factū esset repe tibile, vt ꝑ Bar. in d. l. si pecuniā. Idē dicit ibi Barto. si datio nō eēt repetibilis. ¶ Octauo fallit si cā vtrinsqꝫ est secuta, vt in. d. l. si pecuniā, de quo ibi ꝑ Bart. q dicit ꝙ rō est, qꝛ iam sumpsit suam ꝑ fectam vim ꝛ obligationem. ¶ Nono fallit in illo qui impleuit con tractum pro parte sua ob causam impossibilē de iure vel d̄ facto sciē ter, nam tunc cessat repetitio, vt. d. l. dictam. C. de cond. ob causam. ¶ Decimo fallit si repetens non vult soluere interesse aduersarij ꝙ ipse aduersarius pretēdit, vt in. d. l. si pecuniā. in prin. sed certe hoc procedit in conditione ob causam ex capite penitentie, secus si ex ca pite cause non secute ꝑm Bald. in. d. l. si pecuniā. ꝙ ego intelligo veꝝ, nisi aduersarius esset paratus adimplere ꝯctum etiam pro pte sua, seu si nō fuisset in mora implendi pro parte sua. arg. d. l. si pecu niam. quicquid ibi dicat Bald. ¶ Undecimo fallit si de tali ꝯctu innominato est factum publicū instrumentum in quo solet apponi stipulatio, nā tunc dat̄ ꝯdictio ob cau. vt per Bar. in. l. ij. ad fin. C. de ꝯdi. ob cau. tene mēti. ¶ Duodecimo fallit in ꝯctibus nomina tis, nā in eis esset ꝯdictio ob causam. l. fi. ff. de ꝯdi. ob cau. ¶ Capio ꝑm caput qō est vtrū ex capite penitētie habeat locū ista condictio ob causam in ꝯtractibus innoiatis, ꝛ certe sic, per. d. l. si pecuniam. Et hoc procedit qn̄ aduersarius tenebat̄ implere pro parte sua con tractū ad cōmodū agētis ꝯdictione ob cau. de quo ibi per gl. bart. ꝛ Pau. de ca. Itē ꝓcedit ēt si sit factū instr̄m publicum de contra ctu innominato ꝑm Bal. in. c. j. de feu. dato mini. valuasoribus in vsibus feudoꝝ. Idē si i instrumēto dr̄ talis promisit permutare ꝛc. ꝑm Bal.

93 gesimatertia est actio. † Ista stipulatio interponitur & prestatur ab omni persona que in iudicio alieno nomine comparet ex parte rei. l. minor. §. fi. & l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procura. Et hodie nemo suo nomine consuetus tenetur satisdare iudicatum solui, vt in. §. sed hodie. institu. de satisdan. & l. vnica. C. de satis.

¶ Centesimanonagesimaquarta Actio.

Ex stipulatiõe de dãno infecto. ¶ Centesimanona-
94 gesimaquarta est actio. † Hec stipulatio interponitur quando domus tua minatur ruinam supra meam & committitur quando postea mihi ruina contingit ex vitio ipsius rei, secus si casu fortuito. l. damni. §. sabini. & l. fluminum. §. hec stipulatio. & l. idem seruus. §. q̃ q̃. ff. de dam. infec. & in ea venit damnum & sic diminutio patrimonij, non autem lucrum cessans. d. l. fluminum. in fi. & l. proculus. in fi. & veniunt etiam pensiones inquilini qui migrauit propter timorem ruine. Idem etiam si ex hoc non potui rem locare. l. in hac. & l. damni. eo. titu. Et de ista stipulatione loquitur totus titulus. ff. de dam. infec.

¶ Centesimanonagesimaquinta Actio.

Ex stipulatione interposita de opere demoliendo in causa nũtiationis noui operis.
95 ¶ Centesimanonagesimaquinta est actio. † In hac actione dic qd ista stipulatio cõmittitur contra illũ qui fecit opus post nũtiationez noui operis & satisdationẽ prestitam de opere demoliendo si iniuste opus faceret. ¶ Et per illam satisdationẽ prestitã vel habitam pro prestita quando stat per nuntiantẽ nouuz opus quominus sibi promittatur, censet remissa nuntiatio noui operis. & durat dicta stipulatio, vt habetur, in. l. pretor. §. j. & §. si quis paratus. & §. qui remissionem. ff. de operis noui nuntia. ¶ Et ista actio ex tali stipulatiõe datur stipulatori contra promissorem vt destruatur edificatum indebite in casu quo ille promissor non iure edificasset, vt in dictis iuribus. Alias secus, vt ibi.

¶ Centesimanonagesimasexta Actio.

Ex stipulatione quã interposuit vsufructuarius. ¶ Centesimanonagesimasexta e
96 actio. † Ista stipulatio interponitur per vsufructuarium in fauorez proprietarij stipulantis duo. Primum quod vsufructuarius debet promittere est, de vtendo re arbitrio boni viri, id est iudicis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & quod not. institu. de vsufruc. in princi. Secundum quod debet promittere est, quod quicquid supererit finito vsufructu restituer. De qua in. l. j. ff. vsufruc. quemad. caue. ¶ Et ista stipulatio ex primo capite committitur etiam durante vsufructu, toties quoties vsufructuarius re male vtitur. Sed ex secundo capite tantum semel committitur. s. finito vsufructu, & non ante, vt ibi habetur. de quo etiam vide quod habetur institu. de vsufructu. §. constituitur.

¶ Centesimanonagesimaseptima Actio.

Ex stipulatione pro rebus que vsu consumuntur. ¶ Centesimanonagesimaseptima
97 est actio. † Hic quod ista stipulatio interponitur per vsufructuarium

rũ super rebus que vsu ɔsumunt̃ de restituendo ꝓprietario estima tionẽ bax rerũ finito vsufructu. vt habet̃ in.l.hoc senatus.ff. de vsu fructu ea.re. que vsu ɔsumunt̃. & in. d.§.constituitur.insti. ď vsufru.

¶ Centesimanonagesimaoctaua Actio.

Ex stipulatione ex titulo.ff.vt legatoꝝ vel fideicõ mis.nomine caueat̃. ¶ Cẽtesima
98 nonagesimaoctaua est actio. †Ista actio locũ habet quoties est factum legatum vel fideicommissũ iudicis vel sub cõditione quo casu grauatus ad prestandum tale fideicommissum debet per stipulationez promittere ipsi legatario vel fideicõmissario de re sic relicta prestanda illesa, & integra adueniente die del conditione, vt habetur in toto ti.ff.vt lega. vel fideicommis. nomine caueatur.

¶ Centesima nonagesimanona Actio.

Ex stipulatione contra illum qui rogatus est restituere quicquid post mortẽ eiꝰ ex hereditate supererit. ¶ Centesimanonagesimanona est actio
99 †Ista locũ habet quoties quis est grauatus post mortẽ suam restituere quicquid ex hereditate grauantis penes grauatũ supererit, quo casu tenetur iste talis grauatus per stipulationẽ promittere illi cui talis hereditas erat restituenda de ipsaz sibi restituendo.i. de restituendo id ꝙ supererit penes ipsum tẽpore mortis sue, & debet cauere de conseruãdo ad minus quartã partez bonorũ, qꝛ reliquas tres partes potest alienare, vt in auct. contra rogatus.C.ad trebellianum. que est extracta ex.§.si quis.in auct. de restit. colla. nona.

¶ Ducentesima Actio.

100 **Ex stipulatione** de iudicio sisti. ¶ Ducẽtesima est actio. †Ista datur ex stipulatione de iudicio sisti interposita tã ex parte rei ꝙ̃ actoris q nõ possidet bona immobilia. de qua in toto titulo.ff.si quis cautioni. & in.l. ij.§.si quis eo.ti. & l.sciendum. in prin.ff.qui satisda. cogantur, & nota. in aucten. offeratur.C.de litis contesta. & in.§.hodie.insti. de satisdando. & in auct. generaliter.C.de epis. & cle.

¶ Fragmentum Centurie tertie.

SVMMARIVM

1 Venditor sanum promittens, & morbosum prestans qua actione, & per quem conueniatur.
2 Legatarius quãdo teneatur heredi grauato per stipulationez promittere de restituendo.
3 Arrogator quid arrogato pupillo per stipulationem promittat.
4 Actio quid sit, & in quo ab exceptione, & accusatiõe differat, & quo iure inducta.
5 Agere sine actione an quis possit.
6 Actio nunquid in iudicio exprimenda maxime inepta.
7 Sententia super actione inepta est nulla.
Actio ab officio iudicis in quo differat.
8 Actio nunquid de iure canonico nascatur ex pacto nudo.
9 Actio ab obligatione in quo differat.
Actio quot modis, & qualiter tollatur.
10 Actio quomodo tollatur per prescriptionem.
Actio directa in quo ab vtili differat.
11 Actio quot modis detur.
Actionem in genere vtrum sit dare.
12 Ecclesie prefectus quo nomine agat.
Agi ciuiliter dicit̃ qñ agitur ad priuationẽ beneficij ꝓpter crimẽ.

¶ Ducentesimaprima Actio.

1 **Ex stipulatione** pro rebus morbosis. ¶ Ducentesimaprima est actio. †Ista locum habet qñ venditor per stipulationem promisit iumẽtum vl' seruum esse sanum, & nõ est, & promittit de euictione & forte ad duplũ. Et datur emptori contra venditorem ad interesse emptoris, vt habetur in.l.si fundus, & in.l.euicta.§.duple.ff. de euictio. & habet̃ insti. de diuisiõe stipulationis, de ista & fere de omnibus supradictis stipulationibus vt plurimum necessarijs.

¶ Ducentesimasecunda Actio.

Ex stipulatione per quam legatarius vel fideicõmissarius promittit heredi dare sibi relicta, & tradita restituenda ratione legis falcidie. ¶ Ducen
2 tesimasecunda est actio. †Ista competit quando heres seu grauatus ad prestandum legatum vel fideicommissum exigitur ab ipso legatario seu fideicommissario, quo casu sit grauatus dubitat vtrũ legata seu fideicõmissa sint defalcanda ratione legis falcidie, tunc ipse legatarius vel fideicõmissarius tenet̃ per stipulationẽ promittere de restituendo ipsi grauato quicquid ipse legatarius vel fideicommissarius debet de eo qđ spectat ad ipsum grauatũ ratione legis falcidie, vt habetur.ff. si cui plusꝙ̃ per legẽ falcidiam lege prima. & in.l.fi.§.hec actio. Et ista stipulatio interponetur etiã in donatione causa mortis, vt in dicta.l.j.§. hec stipulatio. Et prestatur etiam legatarijs, & fideicommissarijs grauatis ad tale legatũ prestandum alteri legatario vel fideicommissario vt in. d.l.j.§. sed & legatario. nisi legatarius vel fideicommissarius velit cauere heredi euitato circuitu, vt in.l.videamus.eod.titu.

¶ Ducentesimatertia Actio.

Ex stipulatione arrogati seu arrogatoris. ¶ Ducẽtesimatertia. & vltima est actio.
3 †Ista stipulatio interponitur quando quis arrogat aliquem pupillum, quo casu tenetur per stipulationem promittere pupillo seu tabellioni tanquam publice persone stipulanti de restituendo omnia bona que ipse arrogator habuit de bonis pupilli arrogati, & vltra hoc quartam partem suorum bonorum, & debet promittere facere talem restitutionem illis ad quos bona pupilli peruentura fuissent si arrogatio facta non fuisset, & hoc ipso pupillo manente in pupillari etate, vt in aucten. de adop. & l.his verbis.ff.de adopti. & in.l. non autem. in.l.si arrogatio.ff.de adoptioni. & in.§.cum autem. instit. de adoptio. ¶ Ultimo aduerte quia etiam in istis omnibus stipulationibus de quibus supra dixi competit quandoqꝫ certi conditio, quandoqꝫ certum est in obligatione, quandoqꝫ actio ex stipulatu, quandoqꝫ incertum debetur per.l. si quis certum.ff. si certum peta. & institu. de verbo.obliga. in prin. de quibus scilicet actione ex stipulatu. & certi conditione supra dictum est. Ueruntamen vt clarior intelligentia earum habeatur volui in specie de his describere. argumen.§.sed ne in primis. institu. de lega.

¶ Actionum generalia.

Nunc vero condescendo ad aliqua generalia in materia actionum. Et quia omnis bona cognitio debet incipere a diffinitiõe, vt in.l.j.ff.de testa. & l. oĩs diffinitio ff. de regu. iur. incipiens a diffinitione actionis. ¶ Primo quero
4 †quid sit actio. Respõ. vt in.l.nihil.ff.de act. & obli. & ibi per glos. & insti. de acti.§.j. & ibi el's plenissime scripsi. ¶ Secũdo quero in quo differt actio ab exceptione. Respon. qđ actio datur actori sed exceptio datur reo, vt habetur insti. de actio. in prin. & inst. ď exce. in prin. ¶ Tertio quero, quo iure fuit introducta actio, & quo iure exceptio. dic ꝙ actiones fuerunt inducte a iure ciuili, vt habetur per docto. in.l.ex hoc iuregentiũ.ff.de iusti. & iure. De exceptionibus autẽ. dic vt per Ant. de bu. & Abb. in rub. extra de excep. & ꝑ Ang. de are. insti. de excep. sup rub. De iudicio vero vnde habuit originẽ. dic vt late dixi dist. vij. in princi. in versicu. reuoco in dubium &c. & tetigi in rub.ff.de iudicijs ad finem. ¶ Quarto quero in quo differt actio ab accusatione. Respõ. ꝙ actio est ciuilis. accusatio vero criminalis, vt in.l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi. Itẽ accusatio expeditur non iure actionis sed officio iudicis nobili, vt per Bar. in.l.imperium.ff.de iurisdic. om. iudi. Itez vbicunqꝫ aliquis applicatur parti, illud dicitur expediri iure actionis regulariter, sed vbicunqꝫ aliquid applicatur fisco, illud dicit̃ expediri iure accusationis, & sic iudicio criminali vt habetur in.l.agraria. vbi ꝑ Bar.ff.de termino amoto. & qđ notatur in.§. in summa institu. de
5 iniurijs. ¶ †Quinto quero vtrum quis possit agere sine actione. Respondeo qđ non si ei deficiat etiam officium iudicis. de quo institu. de offi. iudicis. per totum. & extra de officio iudicis per totũ. vt probat̃ in.l.si pupilli.§.videamus.ff.de nego. gest. de quo dic, vt per Bar. in.l.si titius.ff. de verborum obligationibus. Et dic qđ agens sine actione potest per iudicem ex officio suo, etiã parte non opponente repelli. Secus quando cõpetit actio que intentatur cõtra quem tamen potest opponi aliqua exceptio iuris que nõ opponitur, nam tunc iudex non potest supplere de facto. Ista habentur in.l.actio. de transactio. in.l.j.C.vt que desunt aduocatis partiũ iudex suppleat. Et qđ notatur in.l.j.ff. de officio assesso. facit.l. quos prohibet.ff.de postul. arguendo de personis ad res. Iuxta.l.si qs

inquilinos.§.si ita legatum.ff.de legatis primo. Et vide per Ange
luꝫ in cōsilio.ccxci.in fine columne. Et in.l.si vnus.§.pactus ne pe
teret.in glo.in opponendo.ff.de pactis. Ubi tamen Bartolus di
cit notanter quod si ex actis ⁊ productis in causa constat quod reo
competit exceptio, iudex potest supplere quamuis reus aliter non
excipiat.ratio est, quia acta faciunt notorium, vt in.c.vnam.⁊.c.
fina.de coha.cle.⁊ mu. Et in notorijs iudex potest supplere, vt ha
betur in.l.emptorem.ff.de actio.empti. Facit.c.ad nostruꝫ de iure
iuran. vbi in notorijs non est ordo iuris de necessitate seruandus.
facit quod habetur per Salice.in.l.ea quidem.C.de accusa.⁊ per
docto.in.l.si vero pro ꝯdemnato.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satis.
6 cogan. ¶ †Sexto quero vtrū actio sit exprimenda in iudicio. Re
spon.ꝙ non.dummodo narretur apte factum ex qua resultat actio
vt in.c.dilecti.⁊.c.examinata. de iudicijs. ⁊ habetur ꝑ legistas in
l.j.in prin.ff.de edendo.⁊ in.l.edicta.C.de edendo. ⁊ vide in Spe.
de actio.⁊ petitio.§.sequit.ver.sed nūquid quis tenetur,vide etiaꝫ
in.§.j.princ.eo.ti. Fallit quando ex aliquo negotio ad idem alicui
plures actiones competerent,nam tunc vna est eligenda,vt in.l.ꝙ
in heredem.§.eligere.ff.de tributoria.quod intelligo si reus de hoc
excipiat alias libellus generalis admitteretur per.l.j. in fin .C.de
annali exceptione . ¶ Septimo quero, quid si exprimitur actio,
sed inepta,vbi actio nō erat exprimenda vel vbi erat exprimenda,
vt patet ex dictis in precedenti questione. Respondeo quod tūc iu
dicium est nullum,⁊ debet de nouo intētari actio apta, vt in dicto.
c.examinata. Et sic reus debet absolui ab obseruatione iudicij.l.
j.§.j.ff.si mēsor falsum modū dixerit. ¶ Octauo quero quid si ꝓdu
citur libellus sed ineptus. Respondeo qd vbi opus est productio
ne libelli,vt est regularis,vt in auct.offerat.C.de litis cōtesta.⁊.c.
j.de libelli oblatione paria sunt non producere libellum vel produ
cere sed in quoties.ff.qui satis.cog. Sed vbi non est opus libelli in
eptum,arg.l.oblatione. Ibi si offertur sed ineptus non vitiat iudi
cium,vt dixit gl.in.ff.vinū.ff.si cert.pet. Ex predictis patet ꝙ aliud
est exprimere actionem ineptam etiam vbi nō est opus exprimere
actionem vt dixi.§.proxima quest. Et aliud est offerre libelluꝫ ine
ptum vbi non est opus libello,vt per gl.in dicta.l. vinuꝫ.quod no.
7 ¶ †Nono quero qd si fertur sententia in meritis cause,⁊ sic nō ab
solutoria ab obseruatione iudicij super tñ actione inepta. Respon.
qd tūc sententia est nulla, vt est glo. insti.de obli. in prin.in verbo,
secundū nostre ciuitatis ad fi.glo.facit pro ea.d.c.examinata. Itē
facit ratio, q: vbi deficit fundamentum ibi nō potest subsistere edi
ficium,vt.j.q.j.c.cū paulus.facit.l.j.ff.de ori.iur.vbi principiū est
potētissima pars vniuscuiusqꝫ rei.⁊ qd late dixit in simili in.c.ma
la consuetudo.viij.dist.in not.iij. ¶ Decimo quero in quo differt
actio ab officio iudicis. Respō. ꝙ actio presupponit obligationē,
vt in diffinitione actionis,in verbo, debetur. Sed officium iudicis
datur ex quadā equitate.l.qd ephesi.ff.de eo quod cer.loco ⁊ nullā
presupponit obligationem.l.qui per collusionem.ff. de act. empti.
⁊.l. iiij.C.depositi. hinc dicimus quod ille contra quem competit
actio constituitur in mora solam interpellationem etiam extraiudi
cialem,⁊ vnicam,vt no.in.l. si ex legati causa.ff.de verbo.obli.⁊ est
glo.in.l.qui rome.§.coheredes.eo.ti. Sed ille contra quem cōpe
tit officium iudicis , non constituitur in moram per aliquem actum
extraiudicialem nec iudicialem citra litis contestationeꝫ.vnde per
litis contestationem in mora constituitur,vt per Bartoluꝫ in.l.cū
postulassem.ff.de damno infec . ¶ Undecimo quero que sunt ille
actiones que dicuntur ex varijs figuris causarum, respōdeo dic vt
no.in.l.j.in princ.ff.de actio.⁊ obli.⁊ insti.de actio.§.omnium.⁊ ꝙ
ibi plenissime scripsi vltra alios,⁊ tetigi supra circa princi. arboris
8 actionū in glosis meis. ¶ †Duodecimo quero vtrum saltē de iu
re canonico ex pacto nudo nascatur actio, dic ꝙ sic,secundū cōmu
nem opi.vt in.c.j.ff.de pact. Qualis seu que autē erit illa actio,cre
do quod sit condictio ex illo canone primo de pactis,argu.l.j.ff.de
condic.ex lege.⁊.l.j.C.eo.tit. ¶ Decimotertio quero vtrum agēti
aliqua actione possit obijci exceptio prescriptionis, dic qd sic,nisi
nos loquamur in debitore,seu in illo qui scit se debitoreꝫ,⁊ sic q est
in mala fide propter peccatum etiā in terris imperij,vt no.in.c.fi.
de prescri.⁊ in.c.possessor male fidei.de regu.iur.li.vj. ⁊ ꝑ Ang.
in repeti.l.j.C.de iudi.quicqd dixit Bar.in.l.sequitur.§.si viā.ff.
de vsuca.⁊ in.l.hec aūt iura.ff. d serui.vrb.predi.⁊ ibi dixi. ¶ De
cimoquarto quero vtrum in vno, ⁊ eodem iudicio actor possit ꝯtra
vnum,⁊ eundem reū cumulare plures actiones, dic ꝙ sic,regulari
ter fallit in certis casibus de qbus per Bart. ⁊ alios in.l.edita.C.
de edendo.⁊ vide per Inno.in.c.querelaꝫ.de elec. ⁊ per Hyn.in
c.nullus pluribus.de regu.iur.lib.vj ⁊ per Jo.an.in addi.Spe.
in ti.d libel.cōceptio.§.ista. ¶ Decimoquinto quero vtrū plures
possint in vno,⁊ eodeꝫ libello cōueniri ab vno ⁊ eodē, ⁊ quid ꝯtra

vtrū plures possint in vno, ⁊ eodē iudicio agere ꝯtra vnū ⁊ eundē,
respōdeo dic vt dixi late in.l.eo ꝙ a multis.C.si cer.pet.⁊ ꝑ Bar.
in.l.iij.ff.de duo.reis.⁊ ꝑ Bal.in.l.edita.C.de edēdo. in.q. xiij.⁊
per Lud.de ro.in suo cōsi.ccxlviij.⁊ per Inn.in.c.fi.de collu.de
tegen.⁊ per doc.in.c.cū dilectus.de relig.domi. ¶ Decimosexto
9 quero †in quo differt actio ab obligatione,respōdeo ꝙ ex cōtracti
bus vel quasi ⁊ ex maleficijs vel ex varijs figuris causarū nascunt
obligationes.l.ex hoc iure gentiū.ff.de actio.⁊ oblig.⁊ ibi ꝑ Bar.
⁊ alios. Sed ex ipsis obligationibus.s.naturalibus, ⁊ ciuilibus iū
ctis propter approbationem factam de illis obligationibus natura
libus per ius ciuile,vt no.instit.de obli.in prin. tanquā ex duabus
radicibus originalibus nascuntur,⁊ producūtur actiones tanqꝫ sint
filie ipsaruꝫ obligationum.l.licet si ea obligatio.ff.de procu. ¶ De
cimoseptimo quero vtrum quando intentatur actio in iudicio sit ex
primenda causa proxima vel remota, respondeo quod in persona
libus actionibus debet exprimi causa proxima ipsius obligatiōis,
que causa dicit remota ipsius actiōis , vnde debet exprimi species
cōtractus vl' quasi delicti vel quasi. Sed in realibus debet exprimi
causa immedita.l. dominiū vel quasi in rei vendicatione vel publi
ciana,vel ius hypothece in hypothecaria, de quo per docto.in.c.
ij.de libel.obla.⁊ ibi per Abb.in.iij.col.in ver. sed querit que cuꝫ
sit exprimenda ⁊c.⁊ in.c.abbate sane.de re iudi.li.vj.⁊ per. Cy.⁊
alios in.l.edicta.C.de edendo.⁊ in.l.j.in prin.ff.de eden. ⁊ vide qd
late dixi in.c.quo iure.dist.viij.in ver. ex quinta parte glo.⁊c.sup
gl.ij. ¶ Decimooctauo quero quomō,⁊ quibus ⁊ quot modis tol
litur actio. Rn.vt ꝑ totū ti.inst.q mo.tol.obli.⁊ ꝑ totū ti.ff.de pac.
⁊ per totū tit.ff.de sol.⁊ C.eo.ti.⁊.l.nihil tā naturale.ff.de re.iu.⁊ ꝑ
totum titulū.ff.⁊ C.de accepti.⁊ in ti.de noua.⁊ in.c.j.de regu.iur.
10 ¶ Decimonono quero †vtrum actio tollatur per prescriptionē ip
so iure vel ope exceptionis. Resp.quod vsucapiōe rei mobilis vel
prescriptione longi tēporis in qua requiritur titulus possessio, ⁊ bo
na fides,stante de hoc statuto quod ipsa actio tollatur actio tollitur
ipso iure,sed prescriptione longi temporis tollitur ope exceptionis
prescriptionis,vt per Bartolum in lege nam ⁊ postea.in princip.
ff.de iureiu.vbi Bar.dicit quod q̃uis lex deneget actionē,tñ non
tollit eam ipso iure.⁊ qd not. Paul.de cast.qui tamen loquitur in
vsucapione qd ipso iure in ea tollatur actio in.d.l. nam ⁊ postea.§.
si minor. Et quod no. Bar.in.l.ij.in ver.quero quid si statutum.ff.
de vsuca.vbi dicit quod si cauetur statuto quod prescriptiōe quera
tur dominū,intelligitur de directo vt sic statutum aliquid addat iu
ri communi,per.l.si quando.in princip.ff. de lega.j. ⁊ ideo tūc per
prescriptionem talem,tollitur actio ipso iure cuꝫ rei vendicatio de
tur soli domino.l.in rem.in prin.ff.de rei vendi.⁊.l.j.C.de aliena.iu
di.mu.cau.fac. Ad idē facit quod no. Bar.in.l.fi.in fi.ff.rem ra.
ha.⁊ vide gl.summe.xvj. qd.iij. ¶ Uigesimo quero,in quo dif
fert actio directa,⁊ actio vtilis,⁊ vtrū actio vtilis sit natiua,an ꝓo
datiua. Respō.vt habet in.l.j.C. de act.⁊ obli. Et si queris que sit
actio directa directo vel directa vtiliter vel vtilis directo,vel vtilis
vtiliter. Dic vt no.per glo.⁊ docto.in.l.curatoris.C.de nego.gest.
Et si queris quādo cōpetit actio directa,⁊ qñ actio contraria.c.vt
per Bar.⁊ alios in.d.l.curatoris.⁊ aliqui ponūt in.d.l.j.C.d act.
11 ⁊ obliga. ¶ Uigesimoprimo quero †quot modis datur actio. Re
spon.⁊ no. per gl.etiam docto.⁊ ibi dixi in insti.d actio. in princi.
Et adde quod actio proprie loquendo dicitur in personam,petitio
in rem,persecutio in rem ⁊ personā,vt in.l.actio.ff.de actio.⁊ obli.
de hac questione vide latissime per Hernaldum in suo repertorio
in litera actio.vbi melius oibus dicit. ¶ Uigesimosecundo quero
vtrū sit dare actionē in genere. Respon.dic, vt no.per gl.⁊ docto.
⁊ ibi dixi.insti. de actio. in prin.⁊ in.§. actiones.⁊ per glo. ⁊ doc.
in.l.j.ff.de peti.here.⁊ per Bar.in.l.si seruus fructuarius.ff. d sti
pu.ser. ¶ Uigesimotertio quero vtruꝫ ex cōtractu vel actu inutili
queratur vel oriatur actio,dic vt ꝑ Bart.in.l.j.ff.de noua. ⁊ in.l.si
id quod aurum.ff.de verbo.oblig. ¶ Uigesimoquarto quero vtrū
deducto cōtractu in stipulationem oriatur actio nedum ex illa sti
pulatione,sed etiam ex illo cōtractu. Respon.dic per Bar.⁊ Ra
phe.cumanū in.l.si stipule.ff.de verb.obligatio.⁊ per Bar. in.l.
certi cōditio.§.quoniā. ad fineꝫ.ff.si cert.peta.⁊ in.l. singularia in
v.col.eo.tit.⁊ in.l.bonefidei.ff. de eo quod certo loco.⁊ in.l.si quis
cum aliter per Bar.ff.de verborū obligatio. ¶ Uigesimoquinto
12 quero †vtrū rector vel prelatus ecclesie debeat agere nomine suo
proprio an vero nomine ecclesie sue. Respōdeo quod aut petit. be
neficium,⁊ tunc debet agere nomine ꝓprio,⁊ sic potest dicere bene
ficium esse suū,sed si agit pro bonis ecclesie, ⁊ nō contēditur de be
neficio,⁊ tunc debet agere nomine ecclesie sue,nō autē nomine pro
prio,vt ꝑ Abb.i.c.literis.de rest.spolia.⁊ dixi.i.c.quo iure.dist.
viij.circa lecturas illius capituli.in notabili.xj. Qua actione quis

petat

petat prelaturã, dignitatẽ, ecclesiã, castrum, vel villaz, pro iure q̃ habet in illa. vide Inno. in. c. cũ venerabilis. de reli. domi. in gl. ij. Et adde quod dicitur agi ciuiliter quando agitur ad priuationem beneficij propter crimen, de quo per Inn. in. c. ex parte. ĩ test. dic tamẽ q̃ non, tunc dicitur agi petitorio nec possessorio, vt no. glos. in cle. j. de seque. pos. & fruc. ¶ Ultimo si vis videre de pluribus circa actiones vide id quod scripsi in repertorio ad consilia Angeli in litera actio, vbi plurima notanda inuenies.

FINIS

Placentini de personalibus actionibus, Tractatus.

¶ Proemium.



Diligenter satisq; compẽdiose pertractate sunt huiusq; rerum vendicationes. Nunc transeamus ad explicãdas personales actiones, quarũ quedaz reperiũtur directe, alie contrarie, alie vtiles. Nullus tñ nos plenarie dicturos expectet, quid in has veniat actiões, iure seu iudicis officio ne, si singula diffusius prosecuti fuerimus operis cepti modus producatur in amplius, quam proposuerimus. Uerum quoniam prolixitas fastidium creat, nimia breuitas obscuritatem generat, inter vtrũq; cõsistam, vtiliter dilucideq; expositurus, quibus cõpetant, & quales sint, in quos dentur, & quãto tẽpore durent. Nec vero, in audiendis his omnibus, inq; legendis actionum varietatibus, torpescat auditoris animus. Siquidem actionibus lis instituitur, instituta dirimitur, pecunia queritur, quesita seruatur, perdita recuperatur, iniuria illata propellitur.

SUMMARIUM

1 Actionum personalium quedam ex contractibus, quedam ex maleficijs, & quedam ex diuersis causarum figuris oriuntur.
2 Contractus res quedam sunt, non autem maleficia.

¶ De diuisione personalium actionum. Titu. j.

1 Personalium † itaq; actionũ, alie descendunt ex cõtractibus, alie ex maleficijs, alie ex varijs causarum figuris vt superius diximus. De actionibus autem, que ex contractibus
2 originem trahunt, vtpote dignioribus, primũ videamus. † Quippe contractus res sunt, maleficia vero siue vitia ab re sunt. Earuz aũt actionum, que ex contractibus descendunt, alie rebus informãtur, alie verbis, alie literis, alie consensibus. Item earum alie sunt quibus precise intenditur oportere dari vel fieri, he sunt conditiones. Alie sunt quibus non precise agitur, sed & subalternatione intenditur, vt fiat vel detur, aut interesse prestetur, vt in venditis, locatis, similibusq;. De conditionibus que obtinent monarchiam personalium actionum, & habent expressam formam, agamus primum.

SUMMARIUM

1 Condicere quid sit, & quid condictio.
2 Actio quelibet personalis condictio dici potest.
3 Condictio incerti tribus competit casibus.
4 Certum quid sit.
5 Condictio certi generalis in duas secatur species.
6 Pecunie nomine venit omnis res in quantitate consistens.
7 Condictiones certi tres sunt & que.
8 Condictio certi propter mutuum cui competat.
9 Condictio certi contra eum datur qui mutuum suscepit.
10 Condici que res possint.
11 Usura per nudum pactum venit in aridis fructibus.

¶ De condictionibus certi propter mutuum, & quid certi appellatione contineatur. Titu. ij.

Exponamus itaq; quid sit cõdicere, qdq; sit condictio, & quot modis
1 condicatur. † Condicere est denuntiare prisca lingua, vt in. ff. de actio. Moderna autem lingua & noua nihil aliud est hodie condicere, quam in personam agere. Sicq; nihil aliud est condictio quam in personam actio, vt. ff. de ac. l. actionuz.
2 † Inde est quod omnis personalis actio non absurde potest vocari condictio. Nam & rerum amotarum actio in hac significatione dicitur condictio, vt. ff. re. amo. l. rerum. ij. Obtinuit tamen per excellentiam, vt si absolute dicatur cõdictio, debeat intelligi certi, indebiti, seu ob causam, vel quecunq; aliarum que continent expressam formam personalium actionum. Condicitur autem alias in certũ,
3 sicq; condictio, alias certi alias incerti. † Incerti condictio competit in tribus casibus, puta si quis sine causa obligatus liberatus ve, incerti conditione agit, vt liberetur, vel in obligationez reponatur, vt. ff. condi. sine causa. l. qui sine cau. Sed est in locum furtiue condictionis, que non nisi domino datur, vt. ff. de con. fur. l. j. Condictio incerti non dominis tribuitur, puta creditori, similibusq;, vt. ff. de condi. fur. l. & ideo. §. neratius. Condictio autem certi generalis est ex communi causa competens, ex qua certum debetur, siue ex causa contractus vel quasi, siue ex causa maleficij vel quasi, vt. ff.
4 si cer. pe. l. certi condictio. † Certum est quod ex ipsa pronuntiatione apparet quid quale, & quantum sit, vt. ff. de verb. ob. l. stipulationum. Item certum est cuius species vel quantitas, nomine proprio vel digito demonstratur, siue aliquibus vocabulis, que vice ꝓprij
5 nominis fungantur, vt. ff. si. cer. pet. l. certum. † Scinditur autẽ condictio certi generalis in duas species. altera cadit in nomen speciale, & vocatur Triticaria. altera statim nomine sui generis, & vocatur certi condictio. Nam & alias adoptionis vna species speciale nomen admittit, & vocatur arrogatio. Altera stat in nomine sui generis, & dicitur adoptio. Speciali autem certi condictione repetitur pecunia data mutuo. Nempe mutuum non contrahitur nisi
6 pecunia proficiscatur, vt. ff. si cert. pet. l. ij. §. item. † Pecunie autez nomine, hinc intelligimus omnes res, que in quãtitate consistunt. puta quas numeramus, metimur, & appendimus. In his namq; solis consistit mutuum, vt insti. qui. mo. re con. ob. in prin. Alias autem nomine pecunie omnes res significamus, vt. C. de const. pec. l.
7 ij. & C. de test. l. testandi. & ff. de ver. signi. l. pecunie. † Ex predictis colligi potest, quia tres sunt, vt ita dixerim certi cõdictiones, vna est que vocatur triticaria que species petiĩ ex quocũq; debito. Altera est qua repetitur mutuum, non idem sed tantundem sub eodez genere, & pereq; bonum, puta frumentum, oleum, aurum, vt. ff. si cert. per. l. iij. Tertia est condictio qua petitur etiam pecunia numerata, stipulatione promissa non ex mutuo debita. Siquidem ex stipulatione, due proficiscũtur actiones, vna vocatur ex stipulatu, que competit vbi quid incertum promissum est, puta insulam fieri, fossam fodi. Altera vocatur certi condictio qua petitur certa res. Et certe si res illa certa fuerit species, transit condictio certi in nomen speciale, & vocatur triticaria. Si vero fuerit illa certa, pecunia puta, aliave quantitas ea actione petitur, que constat in nomine generali, nuncupaturq; condictio certi, que certi condictio cum sit in sui generalitate precipua, merito ponitur in tractatu prima. De qua certi condictione super mutuo specialiter prodita quod re contrahitur audiamus. Exponamus itaq; cui competit, in quem,
8 & qualis sit, & quatenus durat. † Competit autem certi condictio propter mutuum ei qui numerauit pecuniam, aliamve quantitatẽ, eius quoq; heredi, sed & ei cuius nomine numeratum est, competit directa certi condictio, quippe hoc in casu ex pacto alterius alteri queritur directa certi condictio, propter singula precepta que sunt circa pecuniaz creditam, vt. ff. si cer. pe. l. singularia. Sed & directa hypothecaria hoc in casu queritur, vt. C. per quas per. no. ac. l. ij.
9 † Competit autem in eum directa certi condictio qui suscepit mutuum, & in eius heredem. In eum quoq; cuius nomine susceptum est. Utilis autem datur, & qui alterius nomine numerauit eo non habente ratum. In eum vero dirigitur vtilis qui alterius nomine recepit, illo non accõmodante consensum vt. C. si cer. pe. l. ij. & iiij.
10 † Uenit autem in hanc actionem, vbi condicam non id quod datum est, sed tantundem, sicut & superius dictuz est, & nihil amplius. Actione enim condictionis ea sola quantitas petitur que profecta est, vt. C. de condi. inde. l. ij. Nec tamen vsura fenebris pecunie citra vinculum stipulationis petitur, vt. C. de vsur. l. iij. nisi priuatis a ciuitatibus sit credita, tunc enim ex nudo pacto debentur vsure, vt
11 ff. de vsur. l. etiam. † In speciebus autem puta in fructibus aridis venit vsura etiam per nudum pactum, magis tamen proprie dicitur accessio vel additamentum, vt. C. de vsur. l. frumenti. Constat autẽ quod hec actio ciuilis est, & personalis stricti iuris, & perpetua.

SVMMARIVM

1 Indebitum accipiens perinde obligatur atq; is qui mutuum accipit.
2 Obligatio tacita quandoq; nascitur extra id quod agitur.
3 Condictio indebiti directa cui & contra quem competat, & cui & cōtra quem vtilis.
4 Indebitum ciuiliter licet debitum naturaliter non repetitur solutū.
5 Indebitum a sciente solutum non repetitur.
6 Condictio indebiti ad quid detur, seu quid operetur.

De Condictione indebiti. Titu. iij.

Post tractatum cōdictionis certi, que intenditur nomine mutui, non incompetenter adnectitur condictio indebiti.
1 qui enim accipit indebitum re obligatur, & perinde sicut qui accipit mutuum, nisi quod hec obligationis species potius ex distractu, quam ex contractu proficiscitur, si quidem non solum proponit, negotium distrahit, & con contrahit, vt instit. qui. mo. re
2 cō. ob. §. is quoq;. & ff. d act. l. ex maleficijs. §. is quoq;. † Plerūq; tamen id accidit, vt extra id quod agitur tacita obligatio nascatur velutí cum per errorem indebitum soluendi causa datur, vt. ff. com. mo. l. si is. §. si libero. Competit autem condictio indebiti, & directa
3 & vtilis. † Directa competit ei qui indebitum soluerit, siue per se, siue per alium. & eius heredi, ei quoq; cuius nomine solutum est. Datur autem in eum qui susceperit, & eius heredem, in eum quoq; cuius nomine susceptum est. Utilis autem datur ei qui alieno nomine soluerit, illo non habente ratum. Sed & vtilis datur alij, quam ei qui soluerit, puta si scriptus heres soluerit testamenlo rupto, legitimus vtiliter condicit, vt. ff. eod. l. idem. cum. l. seq. & l. nec nouū. Datur autem vtilis in eum, qui alterius nomine susceperit indebitum, illo non habente ratum. Sed & in eum quem, qui soluit, credidit procuratorem in rem suam factum, vt. ff. eod. l. si procurator. §. idē
4 labeo. & C. eod. l. creditoris. Indebitum. † Nempe licet ciuiliter sit indebitum, si tamen vel naturaliter sit debitum, solutum non repetitur, superest enim causa naturalis, qui repetitionem inhibet, vt. ff. quod quisq; iur. in. al. sta. l. sed quis. §. vlti. & ff. eo. l. naturaliter. & l. si pene. §. quamuis. Sed & indebitum intelligo, etiam si alij, vel ab alio sit debitum, non tamen ei, cui, vel a quo soluitur. Quamuis em̄ debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat, non debitum dat, repetitio competit, vt. ff. eod. l. si pene. §. quamuis. & l. in summa. §. vl.
5 † Aliquando tamen indebitum solutum non repetitur, a sciente puta, vt. ff. eo. l. j. & l. si is. nisi minor etas adiuuet. Sed & ex causa iudicati solutum non repetitur, vt. ff. māda. l. si fideiussor. §. in omnibus. nisi iudicatum sit ex falsis instrumentis. vel corruptis testibus, vt. C. si ex fal. instrumen. l. j. Ex transactione quoq; solutum non repetit̄ nisi per falsum sit extorta, vel per calumniam, vt. ff. eod. l. in summa. & C. de transac. l. penulti. Ex causa quoq; que per inficiationem crescit, & legati venerabilibus locis relicti, indebitum solutum non repetitur, vt. C. eod. l. ea que per. Sed & si ex pietate quid etiam indebitum soluatur, non repetitur. Sublata enim falsa opinione relinquitur pietatis causa ex qua solutum repeti non potest, vt. ff. eodem l. cum is. §. mulier. His autem casibus cessantibus, & si qui similes inueniantur, indebitum solutum repetitur, alias ex errore facti, al's ex errore iuris, puta in muliere que intercessit, vt. ff. eod. l. qui exceptione alias siquis ancipiti animo soluerit, vt. C. eod. l. vlti. Alias ex priuilegio persone, vt. ff. eod. l. interdum. Reuocat autem hec actio, alias id quod solutum est, alias tantundem, alias soluti estimationem, alias prorsus aliud, vt predij fructum & pretium, vt. ff. eo. l. si non. Est autem hec actio ciuilis, naturalis tantum, vt. ff. eod. l. indebiti. j. responso. personalis, stricti iur. & perpetua.

SVMMARIVM

1 Triticaria actio cui competere censeatur.
2 Triticaria actio contra quem detur.

De Conditione triticaria. Titu. iiij.

1 Sequitur vt videamus de conditione Triticaria. † Competit autem Triticaria ei cui debetur quecunq; res, & ex quacunq; causa, preter pecuniam numeratam, siue sit res mobilis, siue immobilis, incorporalis etiam, puta vsufruc. vt. ff. eod. l. j. Ita tamē res petitur hac actione, si fuerit certa, & aliena, quippe rem suam nemo condicere potest, preterquam a fure, vt. ff. quemad. vsufruct. ca. l. vlt. nisi forte ratione possessionis, & res propria dicatur, vt. ff. eo. l.
2 ij. & ff. de condi. inde. l. indebiti. † Competit autem triticaria in eum qui debet speciem quancunq;, & eius heredem, non distincta causa, see nec re, dummodo fuerit, sicut dictum est, & certa & aliena. In hac autem actione si queratur, res que petita est, cuius temporis estimationem recipiat, verius est quod omne tempus spectetur, presertim si fuerit species debita & inestimata. Idem si estimata, si tamen is, cui debetur, malit rem possit petere. In quantitate non distinguitur fuerit estimata necne sola quippe pecunia numerata a nexibus huius actionis excipitur, & certe si quantitas estimata debebatur sola estimatio prestabitur, nisi forte vsura accesserit, nempe debitor contrarium non postularet. Est autem hec actio personalis, ciuilis, stricti iuris & perpetua.

SVMMARIVM

1 Condictio datorum ob causam cui competat, & contra quem.
2 Condictio ob causam vtilis cui & contra quem detur.
3 Actio que competat quando dolus causam contractui dat.

De Conditione datorum ob causam. Titu. v.

Sequitur vt dicamus de condictione datorum ob causam, siue ob rem datam, faciendamve, futuram & honestam. Superior enim condictio. i. indebiti respicit in preteritum. Hec contempla-
1 bitur in futurum. † Competit autem ob causam directa conditio ei, qui dedit ob causa non secuta, suo quoq; heredi, ei quoq; cuius nomine ob causam datum est, sed & si causa fuerit secuta, non tamen in re, hec condictio habet locum, vt. ff. eod. l. iij. §. si liber. Datur autem in eum directa ob causam condictio qui suscepit, ei eius heredem, in eum quoq; cuius nomine susceptum est. defectus ergo cause huius conditionis, causa est, id est, cessatio, sed & mora, preter moram quoq; eius qui facturus fuerat licebit ei penitere qui dederit, si tamen eius duntaxat gratia negotium contractum fuerit, vt. ff. eodē.
2 l. v. † Utilis datur ei, qui alieno nomine ob causam dederit alio nō habente ratū. Utilis datur in eum qui alieno nomine suscepit illo infirmante negotium. Illud sane notandam est quoniam illud qđ datur ob causam, causa nō secuta, cum datur ex contractibus duntaxat innominatis preterquam ex datione que condictioni ob causam mixta est vt. C. eo. l. ea. Nisi forte innominato cōtractu id conuenerit, vt C. de pac. inter emp. l. iij. & C. de contraben. emp. l. si do
3 lo. † Sed & vbi dolus dederit causam contractui puta venditioni, ex empto agitur, & forsan condictione, vt res vendita reddatur, vt. ff. de act. empt. l. tenetur. Ciuilis est hec actio, personalis, stricti iuris, & perpetua.

SVMMARIVM

1 Condictio ob turpem causam directa cui & contra quem competere dicatur, & cui & contra quem vtilis.
2 Condictio ob turpem causam quando competat.
3 Possidentis conditio in pari causa potior est.

De condictione ob turpem causam. Titu. vj.

1 Condictio ob turpem causam † directa ei competit, qui dederit ob turpem causam & suo heredi ei quoq; cuius nomine datū est, in eum dirigitur qui acceperit, & suum heredem, in eum quoq; cuius nomine acceptum est. Utilis autem datur ei qui alieno nomine dederit illo non habente ratum. in eum datur vtilis, qui alieno nomine suscepit illo non accommodante consensum, & hoc procedit, siue res secuta
2 fuerit, siue non. † Ita demum condictio ob turpem causam competit, si turpitudo continet solum accipientem, puta si quis accipit nummum, vt restituat depositum. si vero turpitudo continet solum dantem condictio cessat, puta si quis meretrici dederit ob coitum, licet enim meretrix turpiter facit quia est meretrix, noua tamē ratione minus turpiter facere creditur qđ accipit cum sit meretrix vt. ff. eod.

vt.ff.eod.l.idem.§.sed quod. Et vbi vterqz turpiter agit, condictio
3 cessat. † In pari enim causa potior est conditio possidentis, vt.ff.de excep.do.l.apud.§.marcellus.τ.ff.de condi.ob tur.cau.l.si ob turpem.τ.ff.ne quis.eo.l.ij. Hec condictio, ciuilis actio est, τ personalis, stricti iuris, τ perpetua.

SVMMARIVM

1 Condictio furtiua cui τ contra quem detur.
Fur semper est in mora.
2 Condictiua vnde dicatur orta.
3 Condictio furtiua non dicitur vtilis, sed est personalis, ciuilis, perpetua, τ stricti iuris.

De condictione furtiua. Titu.vij.

1 Nunc audiamus de condictione † furtiua, que soli domino competit, τ eius heredi, τ in solum furem, τ eius heredem. Is enim qui prebuit opē licet teneatur furti actione, non tamen conuenitur furti condictione, vt.ff.eodem.l.v. τ.ff.de verb.signi.l.sepe. Habetur autem ratio, τ eius quod intersit agentis, veluti si heres fuerat institutus seruus, τ periculum subeat dominus hereditatis perdende, sed etiam si seruus subtractus fuerit mortuus, dominus consequitur hereditatis pretium, sed τ serui, in quantum vnquam post furtum factum plurimi fuerit. Semper em̄ fur moraz facere videtur, vt.ff.eo.l.in re.§.si ex causa.τ.l.odicatur.
2 † Queri solet vnde hec condictio nascatur, τ certe ex contractu nō oritur, quippe noxalis datur, τ non nisi in quantum peculium locupletius factum est, vt.ff.eo.l.si seruus.τ.ff.de pecu.le.l.licet.§.ex furtiua causa. Sed nec ex maleficio oritur hec actio, qz rei duntaxat habet persecutionem, vt.ff.eo.l.si pro fure.§.condictio rei furtiue. Sed τ quia in heredem furis datur, siue res ad eum peruenerit furtiua, siue non. vt.ff.eod.l.in condictione. Sed τ si seruus quid surripuit, liber factus eius nomine furtiua cōdictione, licet furti sit actio, non conuenitur, vt.ff.eod.l.si seruus. Accedit his tribus argumentis quartuz, que scilicet condictio non sit ex maleficio. Ecce enim si plures rem vnam subtraxerint, τ vnus rem vnam restituit, vel eius estimationem, ceteri liberati sunt condictione furtiua, vt.C.eo.l.j. Ubi autem agitur actione ex maleficio puta ex lege aquil. quod alius prestitit, alium non releuat, cum sit pena, vt.ff.ad leg.aquil. Item Mela.§.sed si seruum. Cum ergo condictio furtiua, ex contractu non proficiscitur, nec ex maleficio, sicut ostendimus, constatqz quia nec ex quasi contractu, vel ex quasi maleficio, necesse est vt aliunde nascatur, sicqz ex varijs causarum figuris, sicut su-
3 perius diximus, oriri dicatur. † Condictio autem furtiua non innuitur vtilis, sed in locum directe incerti condictio tribuitur, non domino cui res surrepta est, vt τ superius dictum est, vt.ff.eo.l.τ ideo §.neratius. Est autem hec condictio personalis, τ ciuilis, τ perpetua, τ stricti iuris.

SVMMARIVM

1 Condictio ex lege quando, τ in quibus locum habeat.
2 Philosophia operam mercenariam spernere dicitur, τ sapientia ciuilis non estimatur nummis.
3 Locatio non contrahitur inter mensorem, τ eum qui ipsius vtitur opera.

De Condictione ex lege. Titu.viij.

1 Condictio ex lege erit, cuz obligatio † lege noua introducta est, nec in lege cautum ex quo genere actionis experiamur, in donatis puta, sicut τ superius dictum est. Sed τ aduocatus honorariū sibi simplici pacto promissum, ex condictione ex lege petere
2 debet, vt.C.de suffra.τ non actione locati. † Philosophia em̄ mercenariam operam spernit, τ ciuilis sapientia que pretio nummario non est estimanda, nec dehonestanda, locationis vinculum asper-
3 natur, vt.ff.de var.cog.l.j.§.an philosophi. † Nam nec inter mensorem, τ eum qui mensoris opera vtitur, locationem contrahi veteres crediderunt, quodqz datur mensori non merces sed honorarium appellatur, vt.ff.si mensor fal.mo.l.j.§.ideo autem.

SVMMARIVM

1 Condictio sine causa vel ex iniusta causa quando, cui, τ contra quem competat.

De condictione sine causa vel iniusta causa. Titu.ix.

1 Restat vt de conditione sine causa, τ ex iniusta causa dicamus. † Competunt autem iste due condictiones, τ vbi cetere competunt, τ vbi nulla aliarum competit. Datur autem hec condictio ei, cuius quid, apud alterum sine causa, deprehenditur, τ in eum datur, qui quid ad alium pertinens habet, alias respectu proprietatis, alias respectu possessionis. Competit autez sine ab initio causa nulla fuerit, nullaqz est, puta si quis ex chyrographo se obligauerit, nihilqz acceperit condictione sine causa chyrographum condicit. Sed τ si causa precesserit finitaqz est, puta si is qui accepit solum chyrographum, recte condicit. Sed τ si causa dandi iusta fuerit, redijt tamē ad iniustam condictio sine causa vel iniusta causa competit. Ecce enim si fullo vel commodatarius vestimentis emissis, domino pretium prestiterit, posteaqz dominus vestimenta inuenerit, pretium quod datum est condicitur, aut rem recuperatam prestare dominum oportebit. vtrum maluerit, vt.ff.eod.l.j.§.fin.τ.l.ij.τ.C.eo.l.dissolute.τ.ff.commo.l.in commodato.§.vl. Sed τ si conuentus cōmodatarius condemnatusqz, si nondum exoluerit, aduersus dominum indicati agentem recte excipiet, si id, quod furto videbatur amisisse, receperit, vt.C.de re iu.

SVMMARIVM

1 Actio directa commodati competit ei qui commodauit, τ eius heredi, vtilis autem ei cuius nomine commodatum est.
2 Actio commodati pro quibus rebus concedatur.
3 Contraria commodati cui competat.
4 Commodati actio furti competit τ predoni.

De commodato. Titu.x.

Explicite sunt superius condictiones omnes quarum quedam ex contractibus descendunt, qui re contrahuntur, vt condictio certi. Alie ex quasi contractibus vt in conditione indebiti. Nunc ponamus de alijs actionibus, que similiter non nisi rebus interuenientibus locum habent, vt quod actio commodati, τ pignoratitia, τ depositi. τ de alijs que se tales inueniātur. Et primum de actione commodati, quia celebrior est iste contractus atqz vtilior. Commodati autem actio, τ directa inuenitur, τ vtilis, τ contraria.
1 † Directa commodati actio ei competit qui commodauit, τ eius heredi, in commodatarium, τ eius heredem. Utilis competit ei cuius nomine commodatum est ad instar forte depositi, vt.C.ad exhi.l.penul. Sed τ patri dominoqz si filius cōmodauit seruusve. Datur quoqz vtilis non domino, puta si seruus, quem bonafide qs possidebat, vel in quo vsufructuum habebat commodauerit. Datur autē vtilis in eum qui loco heredis ponitur, puta in bonefidei possessorem, τ in eum cui ex trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas. In pupillum quoqz locupletiorem vtilis datur, vt.ff.eo.
2 l.iij.i.responso. † Uenit autem in actionem directam commodati τ vtilem res commodata, eiusqz sequela, dolus omnis, culpa, diligentia, custodia. Aliquando tamen solus dolus venit, puta si commodatarij tantum gratia commodatum fuerit, idve conuenerit. Fortuitus autem casus non venit, nisi pacto promissum fuerit, aut nisi commodatarius nullo suo vitio inciderit, vt.ff.eo.l.si vt.§.nunc
3 videndum. † Contraria commodati commodatario competit, siue quod in rem commodatam impenderit nisi modica impendia fecerit, vel si damnum passus est per rem cōmodatam, puta per seruum si commodatum intempestiue fuerit reuocatum, vt.ff.eo.l.in cōmodato.τ.l.in rebus.τ.l.si seruus. Quod autem contrario iudicio cōsequi potest, id etiam si directa secum agitur, iure compensationis, saluum faciat, vt.ff.eo.l.in rebus.§.quod autem. In summa distinguendum est, scierit necne, seruum commodatum esse furē per quē commodatarius furtim passus est. Nam si scierit commodati contraria tenebitur ad interesse, si non scierit liberum erit ei seruuz pro
4 noxe deditione relinquere, vt.ff.eo.l.si seruum. † Et sciendum est qz etiam furi, τ predoni cōpetit actio commodati, sed τ depositi, vt.ff.

eo.l.ita.ff.depo.l.j.§.si predo. Ex improbitate tamen, nec sic fur, z predo consequetur agendi potestatem, sed ratione contractuum in quibus bonafides exuberat. Est autem hec actio personalis, bonefidei, z perpetua.

SVMMARIVM

1 Pignoratitia directa debitori competit qui rem propriam dedit pignori.
2 Pignoratitia quando detur debitori ex facto creditoris.
3 Pignoratitia nascitur post solutionem vel post id quod pro solutione habetur.
4 Pignoratitia actio est personalis, bonefidei, z perpetua.

De pignoratitia actione. Titu. xj.

Equitur vt videamus de pignoratitia actione. Pignoratitia inuenitur directa
1 vtilis, contraria. † Directa pignoratitia competit debitori, qui rem propriam pignori dedit, alienamve, domini tamen voluntate precedente vel sequente. Tunc enim aliene rei pignus tenet, vt.ff.eod.l.aliena. Debitoris quoqꝫ heredi directa competit. Vtilis datur ei cuius filius seruusve rem obligauerit. Datur autem vtraqꝫ scilicet, z directa, z vtilis in creditorem, z suum heredem. Datur autem debitori directa sine vtilis, alias ex suo facto, alias ex facto creditoris. Ex suo facto, puta si soluerit, vel aliter prout voluit, creditori satisfecerit. Nec enim alias satisfacere paratum esse debitori prodest, vt.ff.eod.l. si rem. z.l. quod si. Soluit autem debitor, alias naturaliter vt si numerat, alias ciuiliter vt si remittit ei creditor, vel ipso iure, vt per acceptilationem, vel
2 exceptione, vt simplici pactione. † Ex facto creditoris pignoratitia debitori datur, si ex re pignorata fructum creditor perceperit, inve eam damnum dederit, vt C.eo.l.j.z.vj. Creditori ex facto debitoris contraria datur, puta si rem alienam pignorauerit vel alteri obligatam, vt.ff.eod.l.si rem.j.responso.z.l.tutor.§.contrariam. nisi ad modicum eris res ampla fuerit pignorata, vt.ff.eo.l.si quis.§.sed z si quis. Ex facto creditoris cõtraria creditori competit si in pignus impenderit, vt.ff.eo.l.si necessarias. † Illud sane pretermittendum
3 non est quod post solutionem demum, vel id quod pro solutione habetur, pignoratitia nascitur vt.ff.eo.l.si rem.§.omnis pecunia. Nec ergo pignoratitiã creditor prescriptione sustulit, z si per. xl. ann. pluresve pignus habuit, nec obloquitur quod dicitur ius offerendi vlterius locum non habiturum. Ius enim offerendi in secundo tantum creditore legitur. Sed z si quis instet dicatqꝫ, debitorem indignum fore pignoratitia post. xxx. vel. xl. ann. cum debitor voluerit soluere, vel alias satisfacere, sicqꝫ efficere vt pignoratitia nasceret, nullatenus monet, alioquin filius emancipatus non ageret, qui in patris potestate per. xxx. ann. mansisset, si vt emanciparetur nõ studuisset, quo nihil falsius est. Nemo enim poterit incusare filium si
4 non egerit, cum nec, si voluerit obuiante patria potestate, potuerit, vt.C.de anna.except.l.j.in fi. † Est autem pignoratitia, personalis bonefidei, z perpetua.

SVMMARIVM

1 Actio depositi directa deponenti competit, z eius heredi.
2 Actio depositi directa, z vtilis in depositariũ, z eius heredẽ daᵗ.
3 Dolus venit in actione depositi, z lata culpa, non autem leuis.
4 Actio depositi est personalis, z bonefidei.

De Actione depositi. Titu. xij.

Ctio depositi directa inuenitur vtilis z cõtraria.
1 † Directa cõpetit dponẽti, z eiᵘ heredi vtilis daᵗ alias ratiõe rei, puta ꝑpter ea que principaliter deposita nõ sunt, vt ꝑpter capistrũ pullũ, z ea que in cista fuerãt, vt.ff.eo.l.j.§.que depositis. z.§.si.cista. Alias cõpetit ratione persone, puta si seruus bonafide possessus, fructuarius seu hereditarius deposuit, vt.ff.e.l.j.§. non solum. z.§.item. Sed z extranei pacto, puta si rem meam deposuit, legemqꝫ dixerit, vt mihi restituat, vtilis actio depositi mihi iure singulari competit, vt.C. ad
2 exhi.l.penulti. † Dirigitur vtraqꝫ in depositarium, z eius heredẽ, sed z in dominum patremqꝫ vel peculiotenus, nisi filius emancipatus seruusve manumissus depositam rem teneat, vt.ff.eod.l.j.§.filiusfa.z.l. si apud. Contraria autem depositi depositario datur, si in rem depositam impenderit, vel per eam damnum passus est, vt
3 de pignoratitia dictum est, † Venit autem in actione depositi, tam directa quam vtili, etiam dolus si in cõtractu conuenerit, vt.ff.eo.l. j.§.si conueniat. z.§.si quis. Et dolus solus lataqꝫ culpa, vt.ff. de reg. iur.l.contractus. z.ff.eo.l. quod nerua. Culpa autem leuis non venit nisi id conuenerit vel depositarius se obtulerit, vt.ff.eo.l.j.§. sepe, vel nisi pretium depositionis acceperit, vt.ff.vi bo.rap.l.ij.§.si in re deposita. vel nisi depositarij gratia depositũ fuerit, vt.ff.si cert.
4 pet.l.iiij. † Est autem hec actio personalis z bonefidei, vt instit. de act.§.actionum autem. z.ff.eo.l.j.§. hanc actionem. In simplum, z perpetua nisi depositũ sit causa tumultus, incẽdij, ruine, naufragij. His enim in casibus in duplum datur, ex inficiatione aduersus depositarium, z aduersus eius heredem ex suo proprio dolo. Ex dolo autem defuncti depositarij, heredes eius non tenentur nisi in simplum, z infra annum, vt insti. de act.§. in duplum. z.ff.eod.l.j. z.l. quod tumultus.

SVMMARIVM

1 Actio depositi sequestraria que sit, z cui, z pro qua re competat.
2 Sequestratio specierum admittitur, pecunie autem prohibetur.

De Actione depositi sequestraria. Titu. xiij.

1 St z quedam etiam specialis † actio depositi, que appellatur sequestraria, que cum sequestro agitur, cuius fidem, q deponunt, plures tamen sequuntur vt.ff.eo.l. proprie. z
2 l.si in asia.§.cum sequestro. z.ff.de verbo.sig.l. sequester. † Sequestratio enim specierum admissa est, licet prohibita sit sequestratio pecunie, vt C.de probi. sequest. pecu.

SVMMARIVM

1 Actio prescriptis verbis vnde nascatur, cui cõpetat, z cõtra quez.
2 Permutatio in quibus differat ab emptione.
3 Actio prescriptis verbis est bonefidei, ciuilis, z personalis ex contractu innominato orta.

De rerum permutatione, z prescriptis verbis actione. Titu. xiiij.

St quia permutatio re contrahiᵗ, a re quoqꝫ initiũ sumit, z ex permutatione quedam prescriptis verbis actio nascitur, de hac prescri
1 ptis verbis actione dicamus. † Competit autem ei, qui speciem dederit, vt aliam speciem certam acciperet, hoc quoqꝫ, si non acceperit, verum est, siue quidez acceperit ei tamen euicta est. Nam cum ex emptione debeatur, euictio, ex permutatione quoqꝫ debebitur, que olim fuerat vetustissima emptio. Ex permutatione quoqꝫ, sicut ex emptione sequitur dominij translatio, procedit z vsu
2 capio. † Differt autem permutatio ab emptione, quia emptio nuda consentientium voluntate perficitur, permutatio re demum contrahitur. Item emptor cogitur nummos facere venditoris, permutatori autem sufficit possessionem tradere, seqꝫ per euictionem obligare idest vt adsint, z absint que adesse, z abesse in venditione oportebit,
3 vt.ff.eo.l.j.z.ij. † Est autem hec actio.s. prescriptis verbis que proponitur de permutatione bonefidei, vt institu. de act.§. actionum autem ciuilis, z personalis, z ex contractu nascitur innominato, vt ff.eo.l.j. Nec enim duntaxat, vt fiat quod conuenerat, prescriptis verbis agitur. sed z quod datum est cõdicitur, quod sicut superius dictum est, non nisi innominatis contractibus preterꝙ̃ in donatione, contingit.

SVMMAVIVM

1 Actio prescriptis verbis orta ex contractu qui re perficitur cui cõpetere dicatur.
2 Actio prescriptis verbis ex contractu orta personalis est, ciuilis, perpetua, z bonefidei.

De prescriptis verbis actione, que de estimo ꝓponiᵗ. Tit. xv.

Tem prescriptis verbis que preponitur de estimato ex contractu oritur q re per
1 ficitur. † Competit autez hec actio ei qui rem estimatã vendendam

vendendam dederit in eum qui acceperit. Tenetur autem qui accepit, vt aut rem ipsam incorruptaz restituat, aut estimationē de qua conuenit, prebeat, vt. ff. eo. Tenetur quoqꝫ idem rei suscepte periculo. Hoc tamen intelligo ita, si periculum contingit non casu fortuito, qui ex ordine nature in nullo bonefidei iudicio prestatur. Tenebitur autem si res perierit. vel sua culpa leuissima, verum hoc ita, si vel is qui accepit rogauerat, eiusve gratia hoc ciuile negotium gestuz fuerat. Si vero ille qui dedit rogauit, eius periculo res est, aut neuter, periculum culpa contingens iure communi prestabitur, vt ff. si cer. pe. l. rogasti. ꝛ. ff. de prescriptis ver. l. si gratuitam. §. si mar
2 garitas. † Est autem hec actio personalis ꝛ perpetua, ꝛ ciuilis, ꝛ bonefidei, vt. ff. eo. ꝛ insti. de acti. §. actionum autem omnium.

SVMMARIVM

1 Actio prescriptis verbis ex contractu innominato orta cui, ꝛ contra quem detur.
2 Actio prescriptis verbis ex contractu do vt facias, est ciuilis, personalis, perpetua ꝛ stricti iuris.

¶ De prescriptis verbis actione, que ex do vt facias innominato contractu oritur. Titu. xvj.

1 Ex do quoqꝫ vt facias contractu † innominato, q ꝛ re perficitur prescrip. ver. actio orit̄, que competit ei qui dederit, vt quid possibile tamen, ꝛ honestum, quis sibi faceret. quo vero facto, non tantū prescriptis verbis agitur, sicut ꝛ de permutatione diximus, sed ꝛ quod datuz est, cōdicitur. Hoc ita, si aliud q̄ꝫ pecunia detur, vel in specie pecunia. Sed aliquando si pecunia detur vt quātitas. i. ad numerū, vt quid fiat non locati, vtpote locatione cessante, sed prescriptis verbis agitur. Cessat autē locatio vbi etiam pecuniam quis numerat, vt aliquis quid sibi faciat, al's ratione persone, al's ratione rei. Ratione persone puta q̄ꝺ qui facturus fuerat, locare operas suas solitus non erat. Ratione rei. i. facti locatio cessat, si quis quid dederit ad manumissionem vel aduocationem. hec enim locationē nō recipiūt, vt. ff. de prescr. ver. l. naturalis. §. at cū do. ꝛ. ff. de var. cog.
2 l. j. §. in honorarijs. † Est atuem hec actio ciuilis, personalis, ꝛ perpetua, ꝛ stricti iuris. Nam cū in. ff. dicatur prescriptis verbis actio que de estimato, ꝛ permutato redduntur fore bonefidei, relinquitur per contrarium intellectum certas prescriptis verbis actiones stricti iuris esse.

SVMMARIVM

1 Actio prescriptis verbis ex contractu do vt des cui competat, ꝛ contra quem.
2 Actio prescriptis verbis orta ex contractu do vt des, est ciuilis, perpetua, ꝛ personalis.

¶ De prescriptis verbis actione, que ex do vt des innominato contractu proponitur. Titu. xvij.

1 Ex do quoqꝫ vt des innominato † contractu, qui re similiter contrahitur, quarta prescriptis verbis actio nascitur. Competit autem ei qui, quid dederit vt sibi inuicez alius daret. Competit autem in eum qui accepit, nec dedit, vel si id quod dedit euictum sit. Illud sane non inargute distinguitur. Quod si pecuniā dedit sub numero, tamen, vt rem acciperem ꝛ in genere, nondumqꝫ etiam in rebus humanis constitutam, emptio ꝛ venditio est, vt. ff. de prescrip. ver. l. v. Si vero rem dederit, idest speciem, ita vt certam acciperem speciem, permutationis contractus initur, vt. ff. eo. Si vero speciem dederim seu pecuniam vt speciem, ita vt rem acciperem non certam, sed in genere, puta vna de rebus suis, quam in domo habet, qui mecum contrahit contractus initur, qui in appellatione generali consistit, ꝛ do vt des simpliciter vocatur. Articulus ergo iste do vt des, sicut dictum est, trifariam spargitur.
2 † Est autem hec actio, scilicet que nascitur ex do vt des, sicut ꝛ ea que nascitur ex do vt facias, ciuilis, perpetua, personalis. De reliqs duabus, puta de ea q̄ ex facio vt facias, ꝛ facio vt des innominato ꝯtcu oriuntur, vide paulo inferius in tit. xvj. ꝛ vij. eiusdē lib.

SVMMARIVM

Stipulatio verbis contrahitur ex congrua interrogatione, ꝛ responsione.
2 Actio ex stipulatu directa ei q stipulat' est cōpetit, ꝛ eius heredi.
3 Actio tacita ex stipulatu ex fauore inducitur.
4 Actio ex stipulatu pro quibus detur rebus.
5 Actio ex stipulatu stipulanti, ꝛ eius heredi competit.

¶ De verborum obligationibus. Titu. xviij.

Extractate sunt actiones personales ex contractibus proficiscentes que rebus
1 contrahuntur nunc de verbis conficiuntur. † Et certe verbis stipulatio contrahitur ex interrogatione ꝛ responsione congrua, ꝛ insti. eo. in princ. Et ex ea nascitur actio gemina. s. certi condictio, ꝛ actio que ex stipulatu vocatur. Ut vero stipulatio definiatur, diuidatur, contrahatur, committatur, purgetur, ꝛ quot modis responsio incongrua sit estimanda, in summis quas fecimus exposuimus. Cum itaqꝫ de certi cōditione superius dictum sit, de actione ex stipulatu agamus. Et sciendum est, quia actio ex stipulatu
2 inuenitur directa, ꝛ vtilis, expressa, ꝛ tacita. † Directa competit ei qui stipulatus est, ꝛ eius heredi, quid incertum, ꝛ datur in promissorem, ꝛ eius heredem. Utilis competit ex stipulatione filij, serui, tutoris, curatoris, procuratoris, institoris, magistri nauis, orphanotrophi, syndici, vt. ff. de preto. stip. ꝛ. ff. de dam. infec. ꝛ de institu. Expressa ex stipulatu actio competit, si quis expressim sibi stipulatus est, vel si filius, seruusve patri vel domino. Item si tutor, curatorve, vel similis persona. tacita autem ex stipulatu actio inducitur alias ex presumptione, alias ex fauore. Ex presumptione puta si instrumentum perhibet intercessisse, responsionem probabiliter intelligitur precessisse interrogationem, vt instit. de inuti. stip. §. item
3 verborum obligatio. ꝛ. C. eod. † Ex fauore inducitur tacita ex stipulatu actio, vt in dotibus petendis ꝛ repetendis, vt. C. de rei vx. act. l. rem in presenti. Sed vbi quisquam arrogauerit, nec ea, que ipsi arrogato vel eius necessarijs promittere debet, promisit, vtiliter ex stipulatu agetur, vt. ff. de adop. l. bis. Sed, ꝛ si damnum contigerit cum pretor, super cautione damni infecti interponenda, deliberaret, vtilis puta ꝛ tacita ex stipulatu actio competit, vt. ff. de dā. infec. l. si finita. §. eleganter. Sed ꝛ fideiussores a tutoribus nominati, si presentes fuerunt ꝛ nō contradixerunt, ꝛ nomina sua in acta referri passi sunt, perinde tenebuntur, atqꝫ si iure legitimo stipulatio interposita fuisset, vt. ff. de fideiusso. tuto. l. iiij. §. fideiussores.
4 † Uenit autem in hanc actionem id solum quod promissum est, vt instit. de oblig. q. con. §. fin. nisi propter causam que precesserit. puta propter euictionem, stipulatio fiat, tunc enim stipulatio etiaz vacuam possessionem tradit, non nudum factum sed etiam causam bonorum continet. ff. eod. l. in conuentionalibus. Est autem hec actio ciuilis, personalis, stricti iuris, nisi in dote ꝛ perpetua. Item actio ex stipulatu, alia est principalis, puta qua tenentur promissores. s. principales rei debendi. alia est accessoria qua. s. tenentur ad promissiones fideiussores. Admittit interdum hec actio. i. ex stipula-
5 tu accidentale nomen vocaturqꝫ arbitraria. † Competit autem stipulanti, ꝛ suo heredi, in eum qui promisit certo loco eiusqꝫ heredi, vt. ff. de eo quod cer. lo. Post moram demum. vt. ff. eo. l. vl. Introducta est autem hec actio, vt promissoris malitie eatur obuiam. Iniquum enim erat, si promissor in loco destinato nunquam inueniretur, sicqꝫ stipulator suum non consequeretur, post itaqꝫ non in promissoris est arbitrio vbi velit soluere, sed in stipulantis vbi velit petere, vt. ff. eo. l. ij. ꝛ. l. vlt. Ubiqꝫ ergo arbitraria agi potest, vt. ff. de consti. pec. l. si duo. Uenit autem in hanc actionem quod interfuit, etiam vltra legitimas vsuras. damni quoqꝫ ꝛ lucri habetur ratio q̄ interfuit alterutrius loco suo potius q̄ꝫ in eo, in quo petit̄ solui. Fit autem arbitraria non tantum ex stipulatu, sed ex quacūqꝫ stricti iuris actione propter loci adiectionem, vt. ff. eod. l. si heres. ꝛ. l. aut Bonefidei non fit arbitraria. Talis est autem arbitraria, ꝛ tanto tempore durat, qualis est simplex est stipulatu.

SVMMARIVM

1 Obligatio literis contrahi potest.
2 Creditor qui scripsit se recepisse nulla iuuatur exceptione.

¶ De literarum obligatione. Titu. xix.

1 Literis quoqꝫ † contrahitur obligatio, puta per chyrographum, ꝛ ex ea obligatione nascitur certi conditio. Ex chyrographo

ei qui quem chyrographo obstrinxerit in eum datur qui se chyro-
grapho obligauit spe future numerationis. Tenetur autem is in-
fra biennium efficaciter, propter exceptionem non numerate pecu-
nie. Post biennium cum effectu, nisi infra biennium iuri in testan-
do sit paritum. Biennium enim pro numeratione habetur, ⁊ obli-
gationis substantiam implet, biennioqꝫ transacto, obligatio que fue
rat tantum ciuilis, efficitur naturalis, adeoqꝫ vt si debitor paratus
sit probare se pecuniam non accepisse, restrictis calumniarum fo-
mentis, audiri non debeat. Nam ⁊ si pupillus fuerit post bienniū
omnino compellendus est soluere, vt. C. de non nu. pe. l. in contractibus.
2 Creditor autem qui scripsit se recepisse alias nulla exceptione siue
replicatione iuuatur, puta si scripsit se recepisse dotem, tributa, de-
positum, alias biennij temporis exceptione munitur. xxx. scilicet
dierum pro feneratitijs vc3 debitis que sibi scripsit esse soluta, vt C.
de non nu. pu. l. in contractibus. Est autem hec actio ciuilis, ⁊ per
sonalis, ⁊ stricti iuris.

SVMMARIVM

1 Actio mandati directa cui competat, ⁊ cui vtilis.
2 Mandatum dicitur quasi manu datum.
3 Usura venit in actione mandati contraria.
4 Usura in contraria mandati applicatur ex mora.
5 Actio mandati est ciuilis, personalis perpetua, ⁊ bonefidei.

De actione mandati vel contra. Titu. xx.

Estat vt videamus de actionibus que veni
unt ex contractibus, qui contrahū
tur puris, ⁊ nudis consensibus. i. non intercedentibus
extrinsecus quibuscunqꝫ adminiculis superius exposi-
tis rerum. s. vel verborum, vel literarum. ⁊ quia in libro responsorū
constitutionumqꝫ prius agitur de mandato, primum de actione mā
dati dicamus. Nam ⁊ mandatum, sicut commodatum, quod supra
prius est pertractatum, est gratuitum. Inuenitur autem mandati
1 directa, vtilis, contraria, expressa, tacita. † Directa competit man-
dāti, ⁊ suo heredi in mandatarium, ⁊ suum heredem. Utilis com-
petit ex alterius mandato puta filij, serui, ⁊ procuratoris. Contra-
ria datur mandatario, ⁊ heredi eius. Expressa competit siue sit mā
data tibi mea gratia tantum siue aliena tantum, siue mea ⁊ aliena, si
ue mea ⁊ tua, siue tua ⁊ aliena. Tacite mandati competit, si quis
puta fideiussit pro quopiam presente ⁊ patiente, vt. ff. e. l. si remune
randi. §. si passus sim. sed ⁊ qui patitur ab alio mandari vt sibi cre-
datur dare intelligitur, vt. §. eo. l. qui patitur. Sed ⁊ si vnus ex reis
debendi soluerit, cum se ⁊ alterum liberauit mandati tacita experi-
tur. vt. ff. ad velle. l. nec interest. Sed ⁊ in stipulatiōe adiectus, si ei
solutum fuerit tacita mandati a stipulante conuenitur, vt. ff. de ver.
2 ob. l. iulianus. † Est autem dictum mandatum quasi manu datum.
Inde est vt id demum quis debeat mandare quod ipse iure valeat
explicare, vt. C. de peda. iudi. l. j. Competit autem mandati actio
qualis ita demum si intersit, ⁊ quatenus intersit, vt. ff. eo. l. si procura
tor. §. mandati actio. Ueniunt autem in actione mandati tam vtilis
quam directa, expressa, vel tacita, puta predij empti traditio, vt. ff.
eo. l. si procuratorem. Sed de suo facto cauere debet, vt. ff. eo. l. de
tuo. periculum est ne pignorauerit vel manumiserit seruum, vt. ff. de
rei ven. l. si post. Pretium quoqꝫ quod de re redigerit ex mandato
distracta. Consequenter quoqꝫ dominis debere mandatarium pre
stare quantumcunqꝫ emolumentum sensit, siue ei mandatum sit, siue
non, quia bonefidei congruit de alieno lucrum sentiat, sed ⁊ in vsu-
ras conuenietur que legitimo modo in regionibus frequentantur.
vsurarum quoqꝫ vsuras, vt. ff. eo. l. idemqꝫ. §. si procurator. Hoc aūt
procedit siue in mora fuerit restituendi pecunias, siue eas in suos
vsus conuerterit. Contrario autē iudicio experitur mandatarius,
si suo pretio mandanti rem emerit, vel alias in rem ex mandato que
3 sitam impenderit, vt. ff. eo. l. si vero. §. si mihi. † Usura quoqꝫ veniet
in mandati contraria, puta si iam absit, vel ad eam prestandam obli
gatus sit. Nam ⁊ id abesse intelligitur ad quod quis obligatus est,
vt. ff. de neg. gest. l. si quis. Sed ⁊ abesse intelligitur pecunia fide-
iussori, etiam si debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is soluen
do non fuerit, quia bonum nomen facit creditor qui admittit debi-
torem delegatum, vt. ff. eo. l. inter. §. abesse. Imputet sibi qui admise
rit talem, ipsumqꝫ idoneū esse comprobauerit, vt. ff. de fideius. l. iij.
4 † In contraria quoqꝫ mandati ex mora applicabitur vsura, sed ⁊ si
propriam pecuniam mandatarius impenderit vsus habebit, vt. ff.
eo. l. si vero. §. si mihi mandaueris. si tamen fenerare solitus fuerat,
vt. ff. de vsur. l. qui semisses. Sed ⁊ in contrario mandati iudicio dā
ni habetur ratio. Nam si seruus, quem mandato tuo emeram, dam
num dederit mihi, ipsum pro noxe deditione debebis penes me re
linquere, si tamen id sine culpa tua acciderit, quod si scisses talē esse
seruum nec predixisses, ad interesse teneris, vt. ff. eo. l. inter. §. sed cū
5 seruus. † Est autem mandati actio ciuilis, personalis, ⁊ perpetua,
bonefidei, vt insti. de. acti. §. omnium autem actionum.

SVMMARIVM

1 Actio directa pro socio competit socio, ⁊ eius heredi.
2 Damna, ⁊ impendia attendi debent in actione pro socio.
3 Societas non transit ad heredem socij.

De actionibus pro socio. Titu. xxj.

Et quia socius non tantum suum sed alienum
quasi ex mandato gerit negotiū, sub
1 ijciamus ilico de actionibus pro socio. † Intenditur au
tem directa pro socio actio ex vtroqꝫ latere, competit
quoqꝫ pro socio, socio, ⁊ suo etiam heredi, ⁊ in socium suum, ⁊ suum
heredem, ita tamē si tractatu habito societas sit coita, vt. ff. eo. l. nā.
Nascitur autem hec actio, dissolata demum societate, vt. C. eod. l.
tandiu. Nec intenditur ea durante nisi in causa vectigalium, vt. ff.
2 eo. l. actione. §. nonnunqꝫ. † Habetur in hac actione ratio percepto
rum impendiorum, ⁊ damnorum pro socio enim actio non ad diui-
sionem, sed ad personales pertinet inuicem prestationes, vt. ff. com.
diui. l. j. s. vt lucra, ⁊ damna communicentur, vt. ff. eo. l. quibus. ⁊. l.
pro socio. ⁊. l. sed si. ⁊. l. cum. ⁊. l. si fra. ⁊. l. si id. Equū est vt si quis
participet lucrum participet ⁊ damnum, vt. ff. eo. l. si igitur. Nisi
forte ob suum maleficium alter ex socijs subierit dispendium. Sed
⁊ pacti in societate super partibus puta, ratio habebitur, nisi forte
ita conuenerit, vt alter lucrum tantum captaret, alter tantum dam-
num sentiret. Esset enim hec societas leonina, vt. ff. eo. l. si non. §. ita
coiri. Res quoqꝫ conferenda est in societatem operaqꝫ, sicut conue
nerat, vt. ff. eo. l. societas. ⁊. l. si societatem. Ratio quoqꝫ debitorum
sua conditione socijs, vel a socijs iudicis officio interpositis cautio
nibus, id est vicarijs stipulationibus, debet expediri, vt. ff. eod. l. si
3 vnus. † Illud quoqꝫ sciendum est quod societas non ad heredem
socij, sed nec ad arrogatorem transit, vt. ff. eo. l. actio. §. societas. In
heredem tamen socij pro socio datur. Heres enim licet emolumen
ti sit successor, cogaturqꝫ negotia per defunctum incohoata, explica-
re, non tamen eius est socius, nisi in vectigalibus, ⁊ is ita demum si
fuerit accitus, vt. ff. eo. l. heres. ⁊. l. adeo. ⁊. l. verum. §. in heredem.
Est autem hec actio ciuilis personalis, bonefidei, ⁊ perpetua.

SVMMARIVM

1 Actio directa venditi venditori competit, ⁊ eius heredi contra em
ptorem, ⁊ eius heredem.
Actio empti directa cui competat, ⁊ contra quem.
2 Actio venditi directa, ⁊ vtilis pro quibus detur rebus.
3 Actio empti directa, ⁊ vtilis ad quid intentetur.
4 Pretia rerum certa sunt.
5 Uendens scienter pecus morbosum longe preter rem condēnatur.
6 Uenditor non tenetur de vitijs animi.
7 Uenditor an cogatur prius rem prestare quam emptor pretium nu
merare.

De actione empti, ⁊ venditi. Titu. xxij.

Expedita est actio pro socio quia id qđ alie-
nuz est pro parte fit alterius. Nūc
audiamus de actionibus empti, ⁊ venditi, quibus id qꝫ
1 est alienum, in alterius redigit̄ dominiuz. † Et qꝫ actio
venditi directa cōpetit venditori, ⁊ eius heredi, in emptorez, ⁊ eius
heredē. Utilis datur ei cuius nomine res a procuratore vēdita est.
Actio empti directa datur emptori, ⁊ suo heredi in vēditorē, ⁊ suū
heredē, in eū quoqꝫ qui alterius nomine vēdidit, vt. ff. de pig. act. l.
2 Eleganter. ⁊. ff. eo. l. iuli. † Uenit aūt in actione venditi, taz directa
qꝫ vtilis, in primis pretiū rei vēdite, quodqꝫ specialiter ꝯuenit, puta
vt in domo vendita habitare liceat, quippe si ob hoc vendidit mino
ri pretio id estimatur loco pretij, vt. ff. eo. l. fundi. ⁊. l. si sterilis. §. qui
domum. Sed ⁊ ruta veniunt ⁊ cesa, fructus quoqꝫ ante venditionē
percepti, vt. ff. eo. l. fundi. §. ruta. ⁊. C. eo. l. ij. Usure quoqꝫ veniunt
quas vel mora generauit vel preter morā perceptio fructuū. Equū
namqꝫ est vt emptor qui re fruitur prebeat ⁊ vsuram, vt. C. eo. l. cura
3 bit. ⁊. ff. eo. l. iulian. §. ex vendito. † In actiōe empti tam directa qꝫ
vtili in

vt illi in primis venit',vt res vendita tradatur,non quidem precise, sꝫ vt vel interesse prestetur,si res non traditur. Qđ dupliciter ƺtingit venditoris.s.vitio seu procacia,puta qꝛ alij vendidit ⁊ tradidit. vt.C.eo.l.iiij. Vel qꝛ res vendita propter sui conditionem tradi in re nequeat,puta si fuerit sacra,religiosa,vel persona libera. In his enim ratione rei non tenet emptio,licet teneat, agaturqꝫ ex empto ratione bonefidei,vt.ff.e.l.si sterilis.§.q̃uis.⁊.ff.de contrab. emp. l.qui officij.§.qui nesciens. Stipulatio autem in talibus nulla est. Sed ⁊ si stipuleris tibi ⁊ alteri pro parte tantum stipulatio tꝫ, licet non emeris tibi ⁊ alteri insolidum tantum valeat emptio,vt.ff.de ꝯ ben.emp.l.fundi.⁊ insti.de inu.stipu.§.quod si quis sibi Interesse autem intelligo singulare rei pretium quod quandoqꝫ pluris est, q̃ꝫ
4 conuentum pretium. †Quippe certa sunt rerum pretia,vnum vocatur conuentum,quo.s.res venit. Alterum singulare ꝙ excedit conuentum. Alterum commune quod est quanti res communiter vendi potest,vt.ff.ad.l.aqui.l.Si seruum.⁊.ff.ad.l.fal.l.pretia. Venit quoqꝫ in actione empti,⁊ ꝙ rei vendite post emptionem accessit, ẽt si qd ꝑuo vẽdito vẽditoris intuitu donatũ fuerit,vt.ff.e.l.iuli.§.si qd seruo. Nã cum ad emptorem spectet periculum, equum est vt percipiat commodum,hoc tamen ita,si species venit vel quantitas vt species,vt.ff.de contrahen.emptio.l.quod sepe.§.in his. Excipitur vnum quod ⁊ si fuerit in specie venditum,non tamen transmittit nisi post degustationem,periculꝫ,preter q̃ꝫ si pacto remissa fuerit degustatio,vt.ff.de peri.⁊ com.rei ven.l.i.§.sed si venditor. Veniunt quoqꝫ in actione empti affixa,inserta,inclusa,vt.ff.e.l.fundi. Multipliciter quoqꝫ ⁊ differenter venditor emptor caueri debet. Ecce enim in brutis esse,bibere,vt oportet. In hominibus errones eos, fugitiuosue non esse. Secernitur autẽ sciens venditor ab ignorãte.
5 †Ecce enim si quis sciens venditor vendidit pecus puta morbosꝫ, tignumue vitiosum. condemnabitur etiam longe preter rem, puta si contagione pecoris morbosi vitione tigni,pecora pierunt, edes corruerunt. Si vero ignorans vendidit non tenebitur nisi quanto minoris emptor emisset si scisset,vt.ff.eo.l.iulianus.§.si venditor. In vase autem vendito conscius non distinguitur ab ignaro,vt.ff.eo.l.tenetur.§.sed si vas. Idẽ in locatione,vt.ff.loca.l.sed addes.§.j.secus in
6 vase commodato,vt.ff.com.l.in rebus.§.item.⁊.l.penul. †De vitijs autem animi venditor non tenetur nisi conscius dixerit abesse ⁊ non abfuit.i.promiserit,vel nisi alias temere asseuerauerit,vt.ff.eo.l.iulia.§.j.ignorans itaqꝫ venditor,alias tenetur insolidum vt in vase. alias tenetur in modicum.i.quanto minoris,vt in pecore morboso, seruo fugitiuo. Alias tenetur in nihilum vt in fure,seruo vendito ⁊ seruitute non dicta.vt.ff.eo.l.iulianus.in prin. Nisi bone frugi ipsum esse venditor asseuerauerit quod ergo in.C.legitur.tit.eod.l.si minor.venditorem ignarum nomine tributi teneri.speciale in tributo dictitio vel eo cotingere,qꝛ minorem esse capitationem dixit ma
7 ioreqꝫ inuẽta est. †Ad hec queri solet compellatᷣ ne venditor prius rẽ prestare,q̃ꝫ emptor pretium numerare? Et certe nulla lege id expressim cautũ est verũ ex lege quadam.ti.e.l.q pendente.vicũqꝫ dici potest venditorẽ predium debere tradere,per alteram aũt.l.sub eo.ti.l.ex empto.vtrunqꝫ conijcitur emptorem prius debere numerare. Quid ergo si alter alteri fidẽ nõ habeat,satis estimo vtrãqꝫ.i. rem venditam pecuniamqꝫ debitam,apud tertium tanquam apud sequestrum debere deponi qui dirimat omne quod est inter emptorem ⁊ venditorem,litigium. Sunt autem he actiones.i.empti,venditi,Ciuiles,bonefidei,⁊ perpetue.

SVMMARIVM

1 Actiones edilitie quot sint ⁊ que.
2 Redhibitio quid sit ⁊ quid redhibere.
3 Actiones edilitie quibus ⁊ pro quibus rebus competant.
4 Actiones edilitie ex quatuor oriuntur causis.
5 Homo redhibetur ex vitijs animi si fugitiuus vel error fuerit.
6 Pecus vel mancipiũ non morbosum redhibetur ꝑpter morbosꝫ.
7 Restitutio pretij ⁊ vsure veniunt in redhibitoria actione.
8 Actio quanto minoris quando competere censeatur.
9 Actio in factum competit ad pretium recuperandum.
10 Actio redhibitoria sex sopit mẽsibus,q̃ꝫto minoris vero vtili ãno.
11 Actio redhibitoria est arbitraria in simplũ prodita vel in duplum.

¶ De edilitijs actionibus. Tit.xxiij.

Dictum est superius de actionibus empti ⁊ venditi,que sunt principales ⁊ domine, nunc dicamus de edilitijs actionibus que sunt illarum quasi pedisseqꝫ. Videamus itaqꝫ quot sint actiones edilitie,in quibus reb⁹ sint prodite,quibus competant,in quos dentᷣ,ex quibus causis oriã
1 tur,quales sint,⁊ quanto tempore durent. †Sunt autem tres edilitie actiones. Redhibitoria quanto minoris ⁊ in factum actio. illud ante omnia sciendum est redhibitionem quoqꝫ contineri empti ciui
2 li iudicio,vt.ff.de act.emp.l.ex empto.§.redhibitionem. †Est autẽ redhibitio venditionis resolutio,vt.ff.de acqui.pos.l.Pomponius §.preterea queritur. Estqꝫ redhibere facere vt rursus habeat venditor quod habuerat,⁊ qꝛ reddẽdo id fit,id circo redhibitio est ap
3 pellata quasi redditio,vt.ff.eo.l.redhibere.in prin. †Cõpetunt autem he actiones emptoribus,permutatoribus quoqꝫ qui loco emptorum habentur,⁊ eorum heredibus in venditores,permutatores, ⁊ eorum successores,vt.ff.eo.l.j. Sunt autem prodite he actiones in duobus generibus rerum,fundis scꝫ ⁊ annimalibus, tam brutis q̃ꝫ rationabilibus. Vlpianus tamen dicit Labeonẽ scribere. edilitiuꝫ edictum pertinere non solum ad immobilia seseqꝫ mouentia,sed ad
4 mobilia quoqꝫ,vt.ff.eo.l.j. †Oriuntur tamen iste ex causis quatuor ex morbo,vitio,pacto,⁊ si venditores non cauerent,prout ediles iuberent vt.ff.eo.l.venditor. Est autem morbus habitus corporis contra naturam,qui vsum eius,ad id faciat deteriorem cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit,leuis tamẽ febricula vt vetus quartana que iam sperni potest,modicumqꝫ vulnusculum non induẽt edictũ,vt.ff.eo.l.j.§.sꝫ sciẽduꝫ. Vrgebitᷣ aũt redhibitoria vẽditor tam ignarus quam conscius,debuit enim hec habere nota vẽditor,nec interest emptoris cur fallitᷣ ignorantia vẽditoris an calliditate,vt.ff.eo.l.j.§.causa. Hec autem ita vera sunt si emptor ignorauerit,nisi nosse potuit,puta homo effossis luminibus veniebat vt ff.eo.l.queritur.§.si nominatim. Si autem emptor sciuit non redhibebit. Remisisse enim tunc videtur tacite,nec enim intelligitur esse celatus qui sciuit,⁊ certiorari non debuit qui non ignorauit, sed nec volenti ⁊ scienti infertur dolus,vt.ff.de act.emp.l.j.§.j.⁊.C.de transac. Sed ⁊ si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo,nomi
5 ne eius morbi nõ conuenitᷣ nisi ꝑfunctorie exceperit,vt.ff.e. †Ex vitijs autem animi redhibetur homo dũtaxat si fuerit fugitiuus vel erro,alias non redhibetur homo ex vitio,nisi dictum fuerit vitiuꝫ abesse ⁊ non abest. Ex empto tamen agi poterit si sciens id vitium animi reticuit,vt.ff.eo.l.j.⁊.l.ob que.§.idem Pomponius. Fundus quoqꝫ pestibulas herbas habens siue letiferas redhibetᷣ,vt.C. eo.l.si predium.⁊.ff. eod. Fit autem redhibitio ex ordine proposita redhibitoria actione. Aliquando tantum redhiberi mancipiuꝫ debebit,licet quanto minoris agatur,puta si nullius sit pretij mancipium,forte furiosum vel lunaticum,vt.ff.eo.l.bouem.§. aliquando,
6 †Sed ⁊ interdum non morbosum pecus vel mancipium redhibetᷣ propter morbosum,vt.ff.eo.l.ediles.ij.§.si iumenta.⁊.l. plerunqꝫ.⁊ l.iustissime. Ex pacto quoqꝫ redhibetur per actionem in factuꝫ, vt ff.de rescin.ven.l.si conuenit.C.eo.l.supra allega.⁊.ff.eo.l.ꝙ si.§.in factum. Sed ⁊ sicut dictum est supra si venditor non caueat redhibi
7 tio locum habet,vt.ff.eod.l.si venditor. †Venit autem in actiõe redhibitoria restitutio pretij,⁊ vsure veniunt,⁊ si quid accessionis nomine dederit voluntate tamen debitoris,vt.ff.eo.l.cum autem.⁊.l. debet. Sed ⁊ si damnum emptor passus est,per hominem quẽ redhibeat ei restitui debet. econtrario cum emptor redhibet mancipium,restituere debet ipsum non deterioratum suo facto, familieve sue,vel procuratoris,sed restituere debebit emptor,quicquid ad se peruenerit,vel culpa sua non peruenit,legatum quoqꝫ ⁊ hereditatem,etiam si ea seruus perceperit, emptoris contemplatione, qꝛ si venditio remãsisset,nihil res hec emptori profutura fuisset. Nam ⁊ per contrarium si contemplatione venditoris,seruus qui est in cã redhibitionis institutus proponeretᷣ tamen diceretur restituere emptorem non debere si nollet redhibere.⁊ generaliter dicendum est quicquid extra emptoris rem per eum seruum,acquisitum est,id instum videri oportere,vt.ff.eo.l.cum autem.§.fi.⁊.l.⁊ generaliter ex his que sunt colligi potest,quia redhibitoria actio nomine morbosum,vitiorumqꝫ duorum in homine competit,sed ⁊ in fundis, sicut
8 dictum est,vt.ff.eo.l.si tamen. †Quanto minoris vero actio competit,puta si quis venditor de mancipio adfirmauerit,non vt laudaret,sed vt ⁊ prestaret,⁊ tunc tamen redhibitorium iudicium intẽdi potest,vt.ff.eo.l.sciendum. Et notandum est quod quanto minoris actione sepius agi potest,ita tamen ne lucrum emptor faciat, ⁊ bis eiusdem rei estimationem consequatur.vt.ff.eo.l.quod si.§.si quis
9 egerit. †In factum autem actio competit ad pretium recuperandũ puta si mancipium sine iudice sit redhibitum. Sed ⁊ si venerit, vt nisi placuerit intra tempus prefinitũ redhibeatur. Nomine quoqꝫ cautionem omissarum,sed ⁊ ornamentorum non prestitorum redhibitorum iudicium vel in factum intenditur,vt.ff.eo.l.ediles.ij.§.nõ
10 tantum. †Sopitur autem actio redhibitoria sex mensibus,quanto

minoris anno vtili, vt.ff.eo.l.sciendum.§.tempus.&.l.ediles.ij.&.l.si tamen.&.l.cum sex. In factum autem actio, que e de redhibeda re, nisi placuerit, eatenus extenditur, quatenus conuenit, etiam si pactum intercesserit, vt in perpetuum redhibitio fieret. Ubi aute de tempore nihil conuenerit, in factu actio iter .lx. dies vtiles accomo datur emptori ad redhibendum, vt.ff.eo.l.quod si.§.in factum. Nomine autem cautionum omissarum, & nisi iumenta prestentur vti optime ornata vendendi causa fuerint, redhibitoria vel in factum emptoribus.§.lx. dies vtiles dantur, vt.ff.eo.l.si venditor.&.l.ediles.§.non tantum. Sunt autem iste actiones non ciuiles, nec proprie pretorie, sed quasi pretorie, quia edilitie, sicut enim ius pretorium iuris ciuilis pars est, sicut & ius edilitium portio est iuris honorarij, vt in
11 stitu.de iur.natu.§.pretorum quoq edicta. † Est autem actio redhibitoria, vt estimo arbitraria. estq prodita alias in simplum, alias in duplum, vt.ff.eod.l.redhibitoria. Alie vero due actiones edilitie, id est, estimatoria. Quanto minoris. Et in factum actio, fortassis sunt bone fidei.

SVMMARIVM

1 Conductor quis dici possit.
2 Actio locati locatori competit & eius heredi contra conductorem et eius heredem.
3 Instrumentum estimatum venit in actione locati.
4 Locator conductorem male versatum in re locata expellere pot.
5 Actio conducti cui competat & quid in ea veniat.
6 Instrumentum quid proprie dicatur.
7 Actiones locati & conducti personales sunt, ciuiles, bone fidei & perpetue.

De actione locati & conducti. Tit.xxiiij.

Qua vero locatio pene eisdem regulis contrahitur, quibus & venditio, de actione locati & conducti disseramus. In primis tamen sciendu est, quia locatio proprie, nisi de pecunia mercedis nomine conuenit non contrahitur, vt.ff.com.diui.l.Si conuenerit.&.ff.depo.l.j.§.si
1 vestimenta. † Aliquando tamen & conductor dicitur, & partiarius colonus appellatur, qui non ad pecuniam numeratam conduxit, sed fructus quasi societatis iure, & damnum, & lucrum, cu domino fundi partitur, vt.ff.eod.l.si merces.§.conductor. Abusiue tamen colo
2 nus talis, conductor appellatur. † Competit autem actio locati, locatori, & eius heredi, in conductorem & eius heredem. Uenit autem in actione locati, mercedis prestatio, & rei finito vsu restitutio, siue locatio fuerat temporalis, vel perpetua, in scriptis vel sine, eo dicto, quod si quis locauerit ad lustrum exactoq lustro passus est conductorem in conductione, secundo quoq anno fore nullum annum hoc ipso quod tacuerit relocasse videbitur. Hec ita in rusticis predijs. In vrbanis autem predijs alio iure vtuntur, prout quisq habitauerit, ita obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductioni co
3 prehensum sit, vt.ff.eo.l.item.§.qui impleto. † Uenit quoq in actione locati instrumentu estimatum, licet locatio non soleat dominiu mutare, vt.ff.eo.l.cum fundus.&.l.non solet. Uenit quoq damnum illatum, a colono, vel ab alio, coloni, vel vitio, vel iudicio, vt.ff.eod.
4 l.si merces.§.culpe.&.ff.sol.ma.l.pe.j.respo. † Locator quoq conductorem expellere potest, & impune si male versatus sit in re locata, vt.C.eod.l.edem. vel si biennio continuo pensiones non soluerit etiam si conuenerit de eo non expellendo, quippe tacita inest conditio si pensionibus paruerit, vt.ff.eo.l.quo.§.inter. Expellere quoq poterit non tn sine pena, nisi pbauerit domu suis vsibus necessariu vel corrigere eam opus fuerit. His enim in casibus non conuenietur ad interesse, sed nec cogetur pati conductorem inhabitare compellendus est tamen conductor mercedem pro rata temporis remittere non petere, aut habitatione non minus commodam prestare. Idem in exustis & locatis edibus. vt.ff.eod.l.si quis.i.respo, secus in venditis. siquidem & post exustionem debetur pretium, li
5 cet no merces. † Actio coducti conductori copetit, & eius heredi. Uenit autem in actione conducti, vt res locata fruenda tradat vel interesse prestetur hoc de rigore, ex equitate enim excusabit domus locator si euicta fuerit sine dolo malo suaq culpa, dum paratus sit aliam habitationem eque commoda prestare, vt.ff.eodem.l.si quis idem in similibus. Ueniunt quoq instrumenta fundorum puta.
6 † Est autem instrumentum apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus possessio excoli non potest, vt.ff.de instru. lega.l.instrumenta. & sciendum quia locatur, alias res vt domus, alias opera, vt exceptoris. & certe si exceptor operas suas exhibuerit, vel per eum non steterit, sed per aduersarium, totius temporis mercedem accipere debet, presertim si eo anno mercedes ab alio no acceperit, vt.ff.e.l.sed addes.§.fi.&.l.q opas. Stetisse aut p coductore itelligo seu locatorem, si steterit per eius vitiu, seu per casum in eius psonam contingentem, vt per egritudinem vel per mortem. ex his competenter & probabiliter colligi potest, quod si steterit extrinsecus, & per casum in alterius persona contingente nullo vel commodo vel
7 incommodo quisquam adfici debeat. † Constat autem quod he actiones sunt personales, ciuiles, bone fidei, & perpetue.

SVMMARIVM

1 Locatio & conductio non cadunt inter mensorem & eum qui ipsius vtitur opera.
2 Actio directa datur ei qui in mensura deceptus est a mensore.
3 Mensor de dolo & lata culpa tenetur.

Si mensor falsum modum dixerit. Tit.xxv.

Qvia mensoris opera tanquam conducti vtimur, vt.ff.si regun.l.iiij §.j.de actione in factum, que aduersus mensorem agrorum proponitur ex pretoris edicto quod est. Si mensor falsum modum dixe
1 rit. audiamus. † Nec enim crediderunt veteres sicut & superius dictum est, inter tales personas locationem & conductionem esse, sed magis operam beneficij loco preberi, & id quod datur ei, ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Sin autem ex locatione vel conductione fuerit actum dicendum erit nec tenere intentio
2 nem. Inuenitur autem hec actio in factum directa & vtilis. † Directa datur ei qui in agri numero deceptus est a mesore, venditori puta & emptori. Datur autem in mensorem agrorum si in numero fefellerit. In heredes aute non datur, licet heredi similibusq personis. Nam & licet a negotio originem accipit, serui quidem nomine non peculiotenus sed noxaliter intenditur, vt.ff.eodem.l.iij.§.vlti.l.iiij. Duo ergo specialia sunt in hac actione, sc3 q licet sit ex contractu
3 no dat in herede, & q noxaliter competit. † Tenetur aute mesor de dolo solo, lataq culpa que dolo comparatur, vt.ff.eo.l.j.§.Hec actio. Si falsum modum renuntiauerit siue per se, siue per alium, viua voce vel per literas, vt.ff.eo.l.j.§.vlti.&.l.ij. Ita demum aute competit hec actio emptori vel venditori contra mensore, si alter ab altero condicere vel alias suum consequi non valeat, vt.ff.e.l.iij.&.v. Utilis in factum actio datur alias ratione rei, alias persone. Rone rei, vt si in mensura no agit, sed edificij vel cuius alterius rei me sor fefellerit, vt.ff.eo.l.v.&.vj. Ratione persone, vtilis competit in eum qui mensor non fuit in modo. tamen fefellit puta aduersus machinarium, architectum, carpentarium, seu redemptorem. Tabularius quoq siue scriba hac actione vtili conuenietur, vt.ff.eo.l.vlti. &.C.de magistra.con.l.vlti. Fortassis & econtrario ad honorarium expectandu. Hec vtilis in factum actio mensori competit, qq in edicto non habeatur q est de mensore proditum. est aut hec actio pretoria no ciuilis, vt.ff.eo.l.j. Et perpetua, vt.ff.eo.l.hec actio.

SVMMARIVM

1 Actio prescriptis verbis oritur ex inominato ctu facio vt facias.

De prescriptis verbis actione, que ex facio vt facias innominato contractu proponitur. Titu.xxvj.

Ex cotractu quoq licet innominato † qui & cosensu perficitur, ex facio.s. vt facias
1 queda prescriptis verbis actio nascitur. Competit aute ei quicqd fecerit, vt quid sibi aliud quis faceret, nec id factu fuit vt.ff. de prescrip.ver.l.naturalis. est quoq hec actio, ciuilis, personalis, ppetua, strictiq iuris, sicut fere cetere prescrip.ver.actioes.

SVMMARIVM

1 Actio de dolo oritur ex contractu innominato facio vt des.

De prescriptis verbis actione, que ex facio vt des innominato contractu proponitur. Titu.xxvij.

Ex

1 Ex facio quoq; vt des † innominato contractu qui & re contrahitur, queda; actio nascit' que de dolo vocatur. Nam si feci vt dares & posteaq; cessas dare nulla erit ciuilis actio, & ita d dolo dabitur preter q in C. d trans. l. cum mota. & l. si profundo, in illis enim legum casibus ex necessitate prescriptis verbis actio, iure decernitur, quia & vetus actio perempta est, & quia de dolo actio, vtpote cessante dolo competere non potest.

SVMMARIVM

1 Constitutio pecunie licet nudum pactum sit actionem tn parit.
2 Actio de constituta pecunia cui & contra quem competat.
3 Constitui quando possit aliud pro alio.
4 Actio de constituta pecunia est personalis, pretoria, stricti iuris, et perpetua.

De constituta pecunia. Titu. xxviij.

Restat vt de actione que vocatur de constituta pecunia, videamus, † licet enim constitutio pecunie sit nudum pactum. actionem tamen parit, cumq; constitutor paciscatur licet proprie non contrahatur, magisq; constitutio contractibus accedit, quam alijs actionum matriculis, vt ita dixerim, merito in presentiarum dicendum est, cui com
2 petat hec actio de constituta pecunia, in quem, & qualis sit. † Competit autem ei cui quis constituit, in eum qui constituit se soluturu; siue pure, siue in diem, siue sub condictione, vt. ff. eo. l. id quod. Siue pro se, siue pro alio. Constituit autem pecuniam iuribus debitã,
3 vt. ff. eo. l. iij. † Aliud quoq; pro alio constitui potest dummodo debeatur hoc naturaliter tantum, vt per nudum pactum, vel ciuiliter & naturaliter, vt per stipulatum, vel naturaliter, non tamen ciuili iure sed pretorio, vt per iusiurandum. si vero quid debitu; sit ciuiliter tãtum, exceptione tamen eius petitio possit elidi, puta non numerate pecunie, vel pacti conuenti, nequaq; constituitur. Ita demum autem tenetur qui constituit si personaliter loquatur. i. si constituit se soluturum non si alium. vt. ff. eo. l. eum qui. Sed si quis constituit se pignus daturum, cum vtilitas pignorum irrepleritt debet etiã hoc cõstitutum admitti, vt. ff. eo. l. qui autem. §. si quis. S; & si certo loco fuerit constitutum exemplo arbitrarie actionis vbi agi poterit, vt. ff. eo. l. si duo. §. sed certe. Et notandum est quia licet is qui stipulati pure promisit illico tenetur ad dandum, modici dumtaxat temporis habenda ratione. Cõstitutor tamen infra. x. dies exigi non potest, vt
4 ff. de. l. promissor. §. si sine. † Est autem hec actio personalis, pretoria, stricti iur. & perpetua.

SVMMARIVM

1 Condictio ex. l. competit donatario, & eius hrdi aduersus donatorẽ & eius heredem.
2 Condictio ex lege datur vt res donata tradatur.
3 Donans scienter rem alienam si euincatur ad sumptus in ea per donatarium factos tenetur.

De donationibus. Titu. xxix.

Et quia donationis contractus in codice vltimo loco expetitur, & a Iustiniano donatio in formam contractus redacta est, cum iuregentium nudum pactum fuisset, nec actionem pareret, de actione que prodi
1 ta est ob donationem audiamus. † Competit autem ex lege condictio donatario, eius heredi, in donatorem & eius hrdẽ, ita demũ antem, si donatio sit mera, ex munificentia liberalitate q; descendat. Si vero mixtũ fuerit, donationis cãm cũ donatiõe, negotiũ vel ob mortem sit donatũ, alijs actionibus agetur. i. vel condictione ob cã;, vel actione ex testamento. Nam & mortis causa donata, tanq; legata, et si ab intestato fuerint relicta, actione ex testamento petuntur.
2 † Competit autem ex lege condictio vt res donata tradatur, vt insti. eo. §. perficiuntur. & C. eo. l. si quis. §. sinautem hoc. Non euicta resartiatur, vt. C. de euic. l. iiij. Non enim donator liberalitatis sue penam pati d;, vt. ff. de edili. edic. l. ad res. Licet tñ donatori necesse non erit repromittere ea que in rebus venalibus ediles repromitti iubent, si tñ donator euictionem specialiter promiserit, cõueniet.

3 † Sed & si sciens rem alienam mihi donauerit. & euincat, inq; eam sumptus magnos fecero, obstrictus erit, vt. ff. eo. l. Aristo §. labeo ait. est autem hec actio ciuilis, perpetua, personalis, stricti iuris, vt. ff. eo. l. eum qui.

SVMMARIVM

1 Exercitoria, institoria, & similes an sint actiones.
2 Exercitoria actio cui & in quem detur.

De actione exercitoria, & institoria, tributoria. Quod iussu, & de peculio. Titu. xxx.

Quia actiones ex contractibus descendẽtes, de quibus dictum est superius, actionesq; ex quasi contractibus de quibus dicetur inferius, propter contractus & quasi, seruorum, filiorumq; fa. in parentes dominosq; redduntur, earumq; alie sunt isolidũ vt exercitoria, tributoria, Quod iussu. alie non, vt de peculio, de in rem verso, de
1 his omnibus videamus. † In primis autem sciendum est quia hec nõ sunt actiones. i. exercitoria, institoria, tributoria, de peculio, de in rem verso. Quod iussu, non sunt actionum nomina, sed formarũ siquidem vna actio. s. cõdictio certi, vel actio venditi, vel quecunq; alia pro qualitate negotij quo agitur de peculio, deq; eo quod in rem versu; est sicq; duplicem condemnationẽ h;, & vna est actio, vt instit. q cũ eo qui in al. po. habetur, partũ obstringi iudcio tutele, negotior. gestoru;, de peculio, & de in rẽ verso. Minus ergo proprie aiunt qdã has esse actionũ spẽs, quas nõ esse actionũ spẽs, s; formas apte pbauimus. Nã & alias ↄcepti, oblati, exhibiti, nõ exhibiti forme sunt actionum furti non furti species seu gña, vt institu.
2 de fur. † Exercitoria actio competit ei qui cum magistro nauis contraxit noie tamẽ eius rei, cuius ibi ppositus fuerit, seruus liber ve, vt. ff. eo. l. j. Datur quoq; in exercitorem directa, non cum magistro agitur eodem actionis genere, sed vtiliter agitur in exercitorem, vt vt sic ea actio que datur directa contra magistrum, detur vtilis, vocetur q; exercitoria contra exercitorem. Hoc enim edicto actio nõ transfertur sed adijcitur, vt. ff. eod. l. si enim §. item. Et sciendum est, quia ita demum ↄpetit in exercitorem nomine pecunie credite condictio certi exercitoria, si in eam rem in rem in quam sumitur, fuerit necessaria pecunia. In hac. n. actiõe curiosu; op; eẽ creditorẽ, vt. ff. eo. l. vlti. Datur autem hec actio perpetuo heredibus & in hrdes etiam serui nomine, vt. ff. eo. l. si tamẽ. Est & pretoria, est alias bone fidei, alias stricti iuris, pro qualitate negotij, & actionis genere.

FINIS

Tractatus de varietate actionum vetustissimi simul & eruditissimi Iurisconsulti Placentini.

De rerum vendicationibus.

SVMMARIVM

1 Actio quid proprie dicatur.
2 Negotia plura sunt q; vocabula, & actiones sua excedunt nomina.
Actio de dolo quando competere dicatur.
3 Maleficij nomen speciale quando quid sortiatur & quando non.
4 Contractus est annullandus qui dolo fuit initus.
5 Condictio ex lege quando intendatur.
6 Actio in factum quando proprie competat.
7 Condictio ex lege tribus denegatur casibus & quare.
8 Effusorum & perperam iudicatorum eadem est ratio & censura.
9 Pacta incontinenti adhibita & veterem informant & nouam pariũt actionem.
10 Ius qualiter accipiatur in actionis desinitione.
Ius hoc in loco multis capitur modis,

11 Actio eo quod ius quoddam est ab eo quod in facto cōsistit differre dicitur.
12 Actio proprie in personam, petitio in rem, persecutio in rez vel in personam inferri dicitur.
13 Actio quelibet iudicium quoddam est.
14 Debitum naturaliter tantum nec peti nec repeti potest.
15 Contractus iure gentium, actiones autem iure ciuili ⁊ pretorio introducte sunt
16 Rei vendicatio an possit dici actio.
17 Actio que res proprie dici possit.
Conceptio verborum non est actio.
18 Obligatio non ex literaram figura sed intellectuali oratione oritur.
19 Argumentum quid dicatur apud dialecticos.

¶ De diffinitione actionis. Titu. j.



Ctio nihil aliud est
quam ius prosequendi in iudicio, quod
sibi debetur, ⁊ notandum est quia singu
la verba in definitione ista posita, pō
1 dus habent. Siquidem actio † nihil
aliud est scilicet hodie, quam oliz fue
rat. Quippe olim erat actio solenniuz
verborum ⁊ prescriptorum formata cō
ceptio, a collegio pontificum impetra
ta, id est magistratuum vel senatoruz.
Ideoqz omnes actiones quondam prescriptis verbis, id est solen-
niter conceptis atqz formatis impetrabantur, ⁊ impetrate intende-
bantur, adeoqz omnia solenniter procedebant, prout Cicero testat̃
in Rhetoricis, si quis a syllaba caderet causam amitteret. At eniz
sublatis solennibus ⁊ ab aula dimissis iurisqz formulis radicitus ex
cisis, ⁊ aucupationibus sillabarum per Constantinum principē pe
nitus amputatis actionibus postmodum non tamen omnibus nomi
2 na certa sunt posita. † Nempe plura sunt negotia quam vocabula,
⁊ plures sunt actiones q̃ʒ ea ꝓ nomina, que cum deficiūt, alias con-
fugit̃ ad actionē de dolo, alias ad conductionez ex lege, alias ad ac
tionem in factum, alias ad actionem prescriptis verbis. De dolo
tunc agitur cum dolus in contractu, vel extra, admittitur, nec alia
via agendi vel excipiendi suppetit vt.ff.de dolo.l.j. sed ⁊ tunc de-
muz cum in speciali nomen maleficij non cadit. Nempe sicut se ha
bet in criminalibus stellionatus criminatio, sic ⁊ se habet in ciuili-
3 bus de dolo actio, vt.ff.de cri.stel.l.iij.§.itē si quis. † In speciale no
men maleficij non cadere id intelligo, quod non coercetur lege ali
qua certa, sed nec ⁊ eius sententia. Naz ⁊ de seruo corrupto soluto
licet non agatur Aquilia id est ex directis verbis legis Aquilie, si
ue in subsidiuz subrogata, vt insti. de lege aquilia.§.vltimo. Sz nec
abhorreat quod dixerim. nomine maleficij in contractu admissi, ac
tione de dolo agi. Nam cum contractui dolus causam dederit, non
4 actiōe ex ꝯtractu sed de dolo agitur, si fraditio sequat̃. † Quippe ꝯ
ctus est nullus dolo initus, vt.ff.de dolo.l.eleganter primo respon-
so. presertim si sit bone fidei, tunc enim nec actio oritur. Si vero sit
stricti iuris, actio quidem nascitur, sed exceptione perimitur, vt.ff.
de verborum oblig.l.si quis eum, ⁊.C.de inutili.stipu.l.pen. ex do-
lo aūt qui admittit̃ extra contractum, quin de dolo competat actio
nemini venit in dubium. ecce enim si permisisti mihi vt i fundo tuo
sererē, fructusqz colligerem, nec tollere me patiaris, ciuilis actio nō
nascitur nec competit, sed de dolo extrinsecus a pretore tribuit̃, vt.
5 ff. de prescriptis ver.l.permisisti.§.permisisti. † Condictio ex lege
tūc itēdit̃ cū lege aliq̃ noua obligatio iducit̃ nec tm̃ quo gn̄e actiōis
agi debeat, ea lege cauetur, vt.ff.de cōdictio. ex lege. Ecce eniz do
nator etiam citra stipulationis vinculū ex nudo duntaxat pacto cō-
ditione ex lege noua Justiniani, vt.C.de do.l.si quis. ij.§.finautem
hoc ad tradendum compellitur. In factum actio subsidiaria, vtpo-
te cuius tenor in multis ac varijs iuris articulis proditus est, vt.C.
de sac.sanc.eccle.l.sancimus. i. tunc intenditir, cum alia actio defi
cit, equitasqz suadet actionē dari, nulla tamen lege actionem dādaz
esse nominatim exprimit̃. Quoties enim deficit actio, vel exceptio
vtilis actio vel exceptio. i. in factum competit, vt.ff.de interro. act.
6 l. Qui seruum. † Et sciēdū est q in factū actio tunc proprie dat̃, cuz
ex maleficio, vel quasi agitur, vt si quid effusum deiectumue est vel
perperam per imprudentiam iudicatum. In his enim casibus nul-
la ex nomine prodita actio nascitur, sed nec ex lege cōdictio, seu de
dolo prescriptis verbis actio. Cum itaqz cetere actiones deficiant
⁊ necesse est aliquam competere, in defectum non immerito decur-
ritur ad actionem in factum, vt.ff.de prescrip. verb.l. quia ⁊ .l. quo
ties. Ecce enim si .x. numismata fuerint sub conditione legata Ti-
tio, ⁊ eorundez vsusfructus pure Pamphilo, heresqz illa numisma
ta, non exacta cautione Pamphilo prestiterit, Titio post cōditio
nis euentum per actionem in factum succurretur aduersus fructua
riuz, hoc tamen ita si nec legatarius stipulatus fuerit, nec heres do
lo malo in exigenda cautione cessauerit, vt.ff.ad exhi.l.iulianus.§.
7 si tibi decez. † Conditio ex lege, in prefatis tribus casibus, id est
vbi quid deiectum effusumue est, vel perperam iudicatuz ideo, non
datur, quia nulla noua lege obligatio noua inducitur, sed vetus ⁊ iu
re gentium parta a pretore formatur, sed nec de dolo actio compe-
tit. Ecce enim vbi quid deiectum est, nec aduersus eum qui deiece
rit (vtpote cum alio iure. id est lege Aquilia teneatur) de dolo ac-
tio datur, sed nec aduersus eum ex cuius domo deiectum fuerit, cū
nequaq̃ʒ dolum admiserit, sane q aliquatenus culpe reus est, eo q
opera malorum hominum vtitur, actione in factum tenet̃, vt.ff.nau.
cau.sta.l.vlti.§.hac actione, ⁊ insti. de ob. ex q. de.§. Item exerci-
8 tor. † In effusis ⁊ perperaz iudicatis eadez ratio est, eadez ergo cē
sura. illud autem certissimuz est quod in predictis tribus casibus ⁊
similibus prescriptis verbis actio cessat, eo q ex ꝯtractibus dumta
xat innominatis, ⁊ ex quasi contractibus, ⁊ ex pactis inconntinenti
in contractibus adhibitis, prescriptis verbis datur vt.ff.de prescri.
ver.l.ij. ⁊ hoc tam in iudicijs stricti iuris quam bone fidei, vt.C. de
pactis.l.in bonefidei. ⁊.ff.de pac.l.iurisgentium. ⁊.ff.de contrahen.
emp.l.pacta conuenta. ⁊ in iudicijs stricti iuris vt.ff.de pac.l.rescri
9 ptum.§.vlti. cum.l.seq.ff.si cer.pe.l.lecta.C.de dona.l.lege. † Istis
itaqz legibus euidenter ostenditur pacta incontinenti adhibita taz
in contractibus stricti iuris quam bonefidei. ⁊ veterem, secundum
qualitatem negotij, actionem informare, ⁊ nouam prescriptis ver-
bis actionem parere. Quippe donationis species cuius memini-
mus, sicut nec stipulatio in bone fidei contractibus non reputatur,
vt.ff.de dona.l.eum qui. Prescriptis autem verbis actio, sicut ⁊ su
perius dictuz est, ⁊ ex contractibus innominatis oritur, puta ex do
vt des, ex do vt facias ⁊ ex facio vt facias, vt.ff.de prescri.ver.l.na
turalis. Ex quarto aūt articulo q est facio d vt des actio dolo dat̃.
cus tamen casualiter reperitur, vt.C.de transa.l.cum mota. de his
tamen actionibus. id est in factum ⁊ prescriptis verbis latius dicet̃
10 inferius. Sequitur Actio nihil aliud est quam ius ⁊c. † Jus, id est
quedam iuris ratio siue forma qua edita species future litis demō
stratur, vt.C.de eden.l.edita. ⁊ per quam actionem lis omnis initia
tur. Nam ⁊ Paulus actionem hypothecariam nominat vulgarē
formulam, vt.ff.de fur.l.si seruus. Alias autem iuris nomine signi
ficatur constitutio siue censura hominum, id est ius ciuile vel gētiū
vel nature, id est ius naturale. Sed ⁊ ius dicit̃ quod pretor iniq̃
decernit, habita relatione non ad id quod fit a pretore, sed ad id q
fieri debet. Jus quoqz dictum est ius necessitudinis, id est sangui-
nis. sed ⁊ locū in quo ius redditur ius appellamus, vt.ff.de iustit. ⁊
iur.l.pe. ⁊ vlti. ⁊.ff.de iter. actio.l.iiij.§. q ait pretor. Jus quoqz ap
11 pellatur cibus delicatior. † Et sciendum est q per hoc q actio ius
est, differt ab eo q in facto consistit, sicut est venditio, traditio, solu
tio, hec enim nomina facti designatiua sunt ⁊ nō iuris, vt.ff.de cur-
furio.l.consilio.§.quesituz. Adijcitur persequendi. ad differentiaz
exceptionis, que est ius excipiendi vel retinendi. Persequēdi au
tem verbo, ⁊ agendi ⁊ petendi verbum intelligatur. Quippe actio
nis verbo, continentur in rem, in personā, directa, vtilis, preiudiciū.
Stipulationes quoqz pretorie que instar actionem habentur, sed ⁊
interdicta actionis verbo clauduntur, vt.ff.de actio. ⁊ oblig.l. actio
12 nis. † Proprie tamen actio vocatur que in personam infertur, peti
tio in rem, persecutio in rem vel in personam rei persequēde gratia
vt.ff.de actio. ⁊ obli.l.actio. ⁊.ff.de verbo.singnifica.l.pecunie. Se-
quitur ꝑsequēdi iudicio, id est iudiciali conflictu. siue contentiosa
iurisdictione, que expeditur in iudicio, ad differentiam voluntarie
iurisdictionis, que peragitur in concilio, qualis est manumissio,
emancipatio, adoptio. Alias autem iudicij nomen pro intellectu si
13 ne discretionē ponitur vt insti. Qui.n.e.per.fa.t.§.preterea. † Ac-
tio quoqz omnis iudicium appellatur, vt.C.fami. herciscū.l.j.ff.de
mino.l.in cause. ⁊.ff.de iu.l.si longius.§.si filiusfamilias. Sed ⁊ cau
se exercitium dicitur iudicium, vt.C.de procur.l.licet. ⁊.C.de iudi.
l.j. iudicis quoqz sententia iudiciū nuncupatur. ⁊ notandum q ac-
tio per iudicij verbum in sui definitione positum differt ab his cau
sis quibus quid persequimur non nostro iure sed per iudicis officiū
vt in restitutionibus a bone fidei possessoribus perceptis quas cum
vendicantes vincimus, per iudicis officium nobis restitui postula-
mus, vt.C.de rei vend.l.si fundum. ⁊.l.certum. Sz ⁊ per iudicij ver
bum secernitur actio ab eo iure quod omnibus communites est in-
dultum puta vt cuiqz liceat impune euz occidere qui nocturnus ad
agros populator intrauit aut itinera frequentata insidijs aggressio
nis

nis obsederit. Quippe nemo debet parcere militi cui obuiare oporteat vt latroni, vt.C.quan. lic.vni.si.in.se vin.l.j. Annectitur q̄ sibi debetur, debitum autem intelligo, siue ciuiliter tantum, vt p chyrographum spe numerationis factum, siue ciuiliter ⁊ naturaliter vt
14 per mutuum. † Id autem quod naturaliter tantum debetur, id est per nudum pactum actione nec petitur nec repetitur. Nēpe ex nudo pacto actio non oritur vt.C.de pac.l.legem.⁊.C.loca.l. si tibi. interdum tamen ⁊ quod nudo pacto promissum est petitur, vt in cōstituta dote ⁊ donatione, sed ⁊ si solutum fuerit, a minore puta aliquādo non repetitur, vt.ff.de condit.inde.l.interdum. Sed ⁊ mulier q̄ intercessit, licet naturaliter debuerit, si soluerit, repetit, vt.ff.de condit.inde.l.qui exceptionem. Sed ⁊ hoc verbum quod sibi debetur, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue bonoraria, siue fideicommissi fuerit persecutio, vt.ff.de verb.si
15 gnifi.l.pecunie verbum. † Et sciendum est, q̄ licet contractus pene omnes sint naturales, id est a iure gentium introducti vt inst. ð re. diui. actiones tamen omnes, id est agendi formulas ius ciuile induxit atq̄ pretorium, quod est viua vox ⁊ portio iuris ciuilis. Sane quodā in loco iuris habetur mentio naturalis actionis, vt.ff.de fideius.l.fideiussoribus. Exposita est paulo superius sufficienter actionis definitio, que est, actio nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Hec inquam definitio conuertitur cum suo definito. Omnis enim actio est ius persequendi ⁊c. ⁊ omne ius
16 persequendi est actio. † Ex his oritur questio, sit ne actio rei vendicatio? profecto minime. Nempe qui in rem actionem intendit, siue rem vendicat, nihil sibi debitum petit, sed quod suum est, sibi restitui postulat. Quod autem alicuius est, id amplius eius fieri deberive seu dari nulla ratione potest vt.ff.de excep.rei iud.l.⁊ an eadē §.actiones.⁊ insti.de leg.§.sed ⁊ si rem legatarij.⁊ insti.de actio.§. sic itaq̄ discretis actionibus. Relinquitur itaq̄, vt rei vendicatio, inspecta definitione predicta, nequaquam sit actio. eo tamen decursum est, licet per abusum vsurpatumq̄ contra definitionē superius expositam, vt rei vendicatio nuncupet̄ actio. Quippe actionis verbum latius porrigitur ⁊ generale est, vt.ff.de verb.signi.§.pecunie.
17 † Ad hec non absurde queri potest que res sit actio? finge enī q̄ꝺ quis acturus, ait, rei vendicationem intendo seu rem vendico, petitionem hereditatis propono, vel hereditatem peto, vtrum ne horū verborum conceptio, vel significatio erit actio, quidve tertiū. ⁊ cer
18 te verborum conceptio nullatenus est actio. † Non enim figura literarum, id est figura literali vel vocali, sed oratione quam exprimunt litere, id est oratione intellectuali obligamur, vt.ff.de actio.l. non figura. Veruntamen si certam rationem sequamur, nec intellectualis oratio.i.vocalis oratiōis significatio erit actio. Quippe iuris nomen non recipit, nec ergo actionis. Sicq̄ quid tertium actionem necesse est esse. erit itaq̄ actio non quecunq̄ petitio vel intentio, sed que subijcitur petitioni fundande intentionis causa ratio. ecce enim inquit actor, rem vendico, quia res mea est, hereditatē peto, quia heres sum. He certe subiecte rationes proculdubio sunt ac
19 tiones. † Nam ⁊ in dialecticis reprobatis alijs ambagibus, nihil aliud est argumentum quam ratio que subijcitur ⁊ quod inducitur ad probandum positum dubium, puta, si in questione vertit̄ an Socrates sit animal, ⁊ allegetur q̄ est homo, competenter a necessario infertur quia est animal.

SVMMARIVM

1 Actionum quedā ciuiles ⁊ quedā pretorie sunt.
Actionum multiplex hic ponitur diuisio.
2 Actionum alie in rem, alie in personam ⁊ alie mixte sunt.
3 Actionum alie ad heredes transeunt, alie vero non.
Actiones quedam sunt temporales ⁊ quedam perpetue.
4 Actiones ex quibus oriantur contractibus.
5 Actio oritur ex obligatione literis contracta.
Actio induci potest consensu tacito.
6 Actio oriri potest ex obligatione que venit ex maleficio.
7 Actio directa non differt ab vtili.
8 Actionum alie ex maleficijs, alie ex obligationibus nascuntur.
Actionum alie insolidum alie non insolidum redduntur.
9 Actionum quedam vniuersales ⁊ quedam speciales sunt.
Actio in rem plus confert iuris q̄ actio in personam.

De diuisione actionis. Titu.ij.

Exposuimus non multo superius qualiter actio definiatur, nūc explicemus quēadmodum diuidatur. Et notandum quia a singulis verbis, que sunt posita in definitiōe actionis, diuisio sumitur. Ecce.n.
1 in primis a verbo iuris, q̄ sicut ius aliud ciuile, aliud pretoriū † sic ⁊ actionum alie sunt ciuiles, alie pretorie, vt.ff.de actio.l.act.§.vlti. A verbo persequendi sumitur diuisio, quod actionum alie sunt ī rē, alie in personam, alie mixte. A verbo iudicij sumitur diuisio, quia sicut iudicium aliud est bone fidei, aliud stricti iuris, aliud arbitrarium, ita ⁊ actionum omnium alie sunt bone fidei, alie stricti iuris, alie arbitrarie. A verbo debiti diuisio gemina trahitur secūdū qualitatem eius ⁊ quantitatē. Secundum qualitatem hoc modo, q̄ sicut debetur alias res, alias pena, alias vtrumq̄, ita ⁊ actionum omnium alie sunt persecutorie rei, alie pene, alie vtriusq̄. Secundum q̄titatē h̄ mō, q̄ sicut alias debet̄ simplū, alias duplū, alias triplū alias quadruplum, sic ⁊ actionum omnium alie in simplum, alie in duplum, alie in quadruplum concipiuntur, vlterius enim nulla actio extenditur, vt institu.de act.§.omnes autem actiones. licet pena aliquando ⁊ in amplius extra ordinem producatur vt.C.de his. q. a.n.do.ma.l.vlti.⁊.ff.de incen.ra.n.l.j.statim a principio. Possumus tamen ⁊ adhuc commodius diffusiusq̄ partiri, omnium actionum, quibus inter aliquos disceptatur, alie sunt ciuiles, alie sunt p̄
2 torie. † Harum omnium, id est ciuilium ⁊ pretoriarum alie sunt ī rē alie sunt in personam, alie sunt mixte, vt fa.herc.com.diui.fi.regū. pet.heredi.⁊ fortassis actiones in factum, que pro interdictis retinende possessionis hodie redduntur. Item harum omniū alie sunt bone fidei, alie sunt stricti iuris, alie arbitrarie, vt actio q̄ꝺ metus causa, de dolo in rem actio, ⁊ redhibitor, vt.ff.de edil.edic.l. redhibitoria actio. Item actionum omnium alie sunt persecutorie rei, alie pene, alie cuiusdam mixture, alias in simplum, alias in duplū, alias in triplum, alias in quadruplum. Alie certe, alie incerte, alie famo
3 se, alie non famose. alie priuate, alie publice siue populares. † Alie transeunt ad heredes, alie non transeunt. Alie de re familiari proponūtur, alie extrinsecus ex equo ⁊ bono ad vindictā prodite sunt vt iniuriarum ⁊ in factum actio, que redditur de libero homine occiso, vt.ff.de deiec.l.si vero.§.hec autem act.⁊.ff.ð redhibito.l. qua vulgo.⁊.insti.si qua.p.fe.d.§.penul. Item actionum omniū, alie sunt temporales, alie perpetue. Item alie descendunt ex contractibus, alie ex quasi, alie ex maleficio vel quasi, sed ⁊ ex varijs causarum figuris. vt.ff.de act.l.i. Varie figure fortassis sunt pacta incōtinenti adhibita, vel dices propter condictionem furtiuam id dcm̄
4 esse. † Ex contractibus autem proficiscuntur actiones alias nominatis, alias innominatis, alias re, alias verbis, alias literis, alias consensu. Re, alias specie, alias quantitate. Verbis, alias adfirmatiuis, alias negatiuis, alias in dando alias in faciendo, alias pure, alias in diē, alias sub conditione. In diē, alias certum, alias incertum. Sub conditione, alias potestate, alias casu, alias mixta, alias possibili, alia impossibili seu probrosa, alias natura, alias iu
5 re, alias moribus. † Literis contrahuntur obligationes, ⁊ ex illis prodeunt vniformiter actiones, vt ex chyrographis que spe numerationis conficiuntur. Consensu, alias expresso, alias tacito. expresso vt ex venditione, emptione, locato, conducto. Tacito cōsensu inducuntur actiones, puta actio ex stipulatu pro dote, ⁊ hypothecarie actiones in pluribus iuris articulis, vt in hominis tutorum cura ⁊ quasi, puta, orphanotrophorum, ⁊ pro legatis pensionibus, ⁊
6 pro his que debita sunt fisco. Ex † maleficijs autem veniunt obligationes, ⁊ ex illis oriuntur actiones, alias nominatis, alias innominatis, alias priuatis, vt ex furto, damno, rapina, iniuria. Alias publicis, vt de vi ⁊ de libero homine occiso, in duobus casibus superius positis, alias extraordinarijs. Nam ex stellionatu, quod constat esse extraordinarium crimen actio pignoratitia nascitur, vt ff.de pig.actio.l.tutor.§.contrariam.⁊.ff.de cri.stel.l.j. Quippe criminum alia sunt priuata, alia publica, alia neutra, vt.C.de vet. iu.enu.l.tanta circa nos.⁊.ff.de cri.stel.l.j. Item actionū, alie sunt
7 directe, alie vtiles, alie contrarie. † Inter directas tamen ⁊ vtiles nō est dr̄ia. Non enim refert, directa quis an vtili actione agat, vel cōueniatur, q̄ in extraordinarijs iudicijs qualia sunt hodie omnia iudicia, ⁊ in quibus conceptio formularum non obseruatur, hec subtilitas superuacua est maxime cum vtraq̄ actio eiusdem potestatis est, eundemq̄ h̄ effectum vt.ff.de nego.gest.l.actio.⁊ instit.de
8 inter.§.fin. † Item actionū, alie dant̄ ex maleficijs, vt de dolo, in factum, prescriptis verbis, alie ex obligationibus nascūtur, vt.ff.de actio.l.ex malefi.⁊.ff.de procu.l.licet. Item actionum, alie redduntur insolidū vt venditi, mandati, locati, alie non insolidum. hoc autē fit tripliciter, alias enim peculiotenus agitur ex contractibus scilicet filiorum fa. suorumq̄, alias, nisi in id q̄ꝺ ei abest, predoni, puta, quod improbe adulterius accessit negotia. Actio enim neg.gest. datur, sed in id in quo ille alter locupletior factus est, vt.ff. de nego.gest.l.si pupil.§.sed ⁊ si quis, id est alias agitur inquantum res

facere potest, hoc est quod non totum quod habet ei extorquetur, sed ipsius ratio, ne egeat, habetur vt.ff.de re iud.l.inter eos, agitur autem sic adversus maritum, socerũ & socium, vt.ff.de re iudi.l. sunt qui.cum duabus.ll.sequentibus. Sic quoq; agitur adversus quondam filium exheredatum vel ex modico institutum absentem ve, nisi patrẽfamilias forte mentitus est, vt.ff.q cum eo.q.in.a.po. l.ij.& .iiij.hoc tamen ita, si contractus nomine secum initi, cum esset
9 in potestate, conveniatur.† Item actionum omnium, alie sunt vniversales sive generales vt pet.here.mandatum, tutela.pro soc.alie sunt speciales, sive singulares, vt rei vendicatio, condictio furtiva, Triticaria. Et q in actionibus in rem plus iuris habemus, vtpote per quas petimus nostrum proprium, q̃ in personalibus, qbus exigimus nobis debitum, de rerum vendicatione in primis despiciamus. & q in rem agitur, alias pro vniversitate puto hereditate, que hereditatis petitione proposita, petitur, alias pro re singulari, constatq; quia vniversitas dignior est, quam res singularis a petitione hereditatis sumamus initium.

SVMMARIVM

1 Petitio hereditatis alia directa alia vtilis.
Petitio hereditatis directa cui & quo iure competat.
2 Petitio hereditatis directa adversus quem dari possit.
3 Titulus nullus qui dicatur.
4 Petitio hereditatis vtilis ex persona actoris que sit & cui & contra quem competat.
5 Petitio hereditatis vtilis adversus quem detur.
6 Petitio hereditatis datur tantum contra possessorem sine titulo sz rei vendicatio contra omnem possessorem.
Petitio hereditatis in quibus differat a rei vendicatione.
7 Possessor hereditatis titulum sue possessionis dicere cogitur, non autem possessor rei specialis.

¶ De petitione hereditatis. Titu.iij.

v Videamus itaq; cui petitio hereditatis competat, & in quẽ, & qualis sit, bone fidei
1 an stricti iuris, temporalis an perpetua.† Petitio hereditatis, alia directa invenitur, alia vtilis. Directa compet[?] heredi vero, abintestato, vel ex testamento. Abintestato aut iure veteri. i.ex lege.xij.tabu. Aut iure novo vt ex senatuscon.& constitutioni-
2 bus, vt.ff.eo.l.i.& .iij.† Datur autem adversus eũ, qui possidet hereditatem totã, partẽ, vt ius hereditariũ, remve hereditariã, lz vnã & minimã, quo quidẽ casu, ẽt tota hereditas ab eo, qui ex asse est heres, mero iure inspectoq; rigore, petitur, sz hoc solũ e i iudicis officio restituaẽ, q adversarius possidet, vt.ff.eo.l.lz.& ff.si pars her. pe.l.j.§.is qui hereditatem. Sed & adversus eum datur qui possidet resquasi hereditarias, vt.ff.eodem.l.item videndum.§.vlti.& l. non tantum. Itẽ adversus eum qui possidet res, que neq; sunt hereditarie, neq; quasi, puta fructus qui post aditam hereditatẽ accesserunt, vt.ff.eo.l.item veniunt.§.item non solũ.& §.fructus.& C. eo. l.ij. Datur autem adversus eum directa, qui nullo titu.possidet.i.
3 pro herede, vel possessore, vt.ff.eo.l.pro herede.† Nullum autem titulum estimo, qui vel prorsus & de facto nullus est, aut, & si de facto processit, iuris ratione deficit. Deficit autem alias ratione persone vt si quis sciens a furioso emerit, alias ratione rei, vt si post motam controversiã quis cõparaverit, vt.ff.eod.l.qui interroga.& l.nec vllã.& C.eo.l.ij. Vtilis petitio hereditatis distinguiẽ, alias ex perso-
4 na actoris, alias ex persona rei.† Ex persona actoris, dicitur vtilis petitio hereditatis, & possessoria, que cõpetit bonorũ possessoribus, quos pretor vult heredes facit, & fideicõmissaria, que preponiẽ his quibus hereditas ex trebelliano restituiẽ, vt.ff.de pos.& fideicõ. here.pe. Ex persona rei, puta adversus eũ qui dolo possidere desijt, li
5 tive se obtulit, vt.ff.eo.l.ẽt.§.itẽ si quis.& l.qui se.† Datur autẽ vtilis & adversus emptorẽ aliasve acceptorẽ bone maleve fidei. adversus aũt bone fidei possessorem, duobus duntaxat in casibus, puta, si vẽditor non cõpareat, modicove distraxerit, vt.ff.eo.l.ẽt.§.j. Nz autẽ hec actio tã directa q̃ vtilis multa cõia cum speciali in rem actione, multaq; singularia. Ecce enim petitio hereditatis sicut & rei vẽdicatio, ꝯ possidentẽ datur, dolũ coercet ẽt ante litẽ contestatam ad missum, vt.ff.de rei ven.l.sinautẽ.§.sed & is. Singularia autem hec
6 sunt.† Petitio hereditatis nõ daẽ, nisi ꝯ possessorem sine ti.preter quã in casu. Rei vendicatio ꝯ oẽm possessorẽ. Item petitione hereditatis non petitur, nisi vniversitas, rei vendicatione non nisi salvo grege, res singularis, vt.ff.de rei ven.l.j.§.per hanc. Itẽ petitio hereditatis augeẽ fructibus, rei vendicatio minime. Itẽ petitione hereditatis nõ teneẽ bone fidei possessor nisi locupletior. Rei vendicatiõe ẽt de facto, qñ puta petitor erat distracturus. Itẽ in peti. hereditatis bone fidei possessor fit male fidei ex sola denuntiatione. in rei vẽdicatione nõ nisi contestatione. Itẽ peti.hereditatis nõ datur nisi pro herede & hrdi. Rei vendicatio cuiq;. Itẽ peti. hereditatis ꝯ possessorẽ & iuris & corporis. Rei vendicatio nõ nisi ꝯ possessorez corporis. Itẽ petitio hereditatis non daẽ ꝯ emptorẽ habentem regressũz adversus venditorẽ, eũq; bonẽ fidei possessorẽ nec vtilis cõpetit, sz rei vẽdicatio cõpetit ꝯ quẽcũq; possessorẽ. Itẽ possessor hereditatis impensas & necessarias & vtiles per exceptionem conservat. Rei possessor non nisi necessarias vt.C.de rei vendi.l.domum
7 vtiles sicut voluptuarias aufert.† Itẽ possessor hereditatis, sive possessionis titulũ cogitur dicere, & pro qua parte possideat, sed rei specialis possessor minime. Cõstat aũt q hereditatis petitio mixta est id est in rem & in personã vt.C.eo.l.heredita.& ff.eo.l.sed & si.§.petitio Sed & in hrdẽ transit vtpote cũ ex quasi ꝯctu proficiscaẽ. Aliquãdo tñ & ex ꝯctu actio ꝯ heredes non competit vt inst.de perpe. & tempo.actio.§.aliquando tamen.perpetua quoq; est vt inst.eod. Et bone fidei vt.C.eo.l.vlti.

SVMMARIVM

1 Species venit rei appellatione non autem genus.
2 Rei vendicatio directa alias domino alia non domino competit.
Rei vendicatio directa cui competat & contra quem detur
3 Vendicatio directa in rem est actio qua quis rem suaz ab alio possessam exigit.
4 Sacra aut religiosa vendicari non possunt.
Rei vendicatio cui competat.
5 Legata ab adita hereditate recta ad legatarium transeunt.
Hereditaria efficiuntur heredis per aditionem hereditatis.
6 Possideri quando quid dicatur.
7 Vendicari a quibus possit.
8 Possessor male fidei tenetur si res penes se existens deterioretur.
Possessor bone fidei non tenetur si res ipsa sine dolo suo deterior efficiatur.
9 Damna & impendia in rei vendicatione percepta attendi debent.
10 Actio sive exceptio nulla tribuitur male fidei possessori.
11 Possessor bone fidei sumptus factos in predium quod apparuit alienum retinere potest.
12 Edificanti mala fide nullum tribuitur auxilium.
13 Possessorum & fructuum multiplex est divisio.
14 Possessor bone fidei fructus facit suos quos sua percepit opera.
15 Possessor bone fidei fructus consumptos censetur lucrari.
16 Possessor male fidei nullos fructus suos facere petest.
Possessor male fidei titulo munitus excusaẽ a pcipiẽdis fructib9.
17 Possessor quare fructus inhoneste quesitos restituere teneatur.
18 Possessor male fidei an fruitus sit non attenditur in fructibus estimandis.
19 Officium iudicis in quo versetur in rei vendicatione.
20 Rei vendicatio est arbitraria actio.
Actio que & quare arbitraria dicatur.
21 Actionem vtilem suo nomine habet qui sua culpa possidere desijt.
22 Iudex mitius agit per arbitrium q̃ per vltimum calculum.
23 Rei vendicatio per que tolli possit.
Rei vendicatio quanto tempore tollatur.
24 Rei vendicatio ecclesie romane competens in centesimum protrahitur annum.

¶ De rei vendicatione. Titu.iiij.

i In rem actio que appellatur rei vendicatio. Rei.s.singularis, et dire
1 cta reperiẽ & vtilis.† Appellatio enim rei, non genus, sed spẽm significat, que & designanda est, & virum tota, an pars, & quota petaẽ expressim dõm est, vt.ff.eo.l.si in rem. In rubrica autem de rebus creditis Rei verbum vt generale pretor elegit, vt.ff.si cer.pet.l.j.§.omnes.n.in titulo aũt huius actionis, id est
2 rei vendicationis, singularis rei significatione idẽ accipiẽ.† Directa rei vendicatio, alias domino cõpetit, alias non dño. Dño directa ꝯpetit, alias directo, alias nõ. Directa directo cõpetens daẽ in possidentem. Directa non directo cõpetens, datur in eum, qui dolo possidere desijt, vel liti se obtulit. licet enim hec sit vtilis pp eum qui convenitur, directa tamen potest dici ratione eius.i.domini q experiẽ. Non domino directa datur in rem actio non tamẽ directo, id

cto, id est nō nomine suo, sed procuratorio, puta, si a domino fuerit cessa mandataqꝫ, nam ⁊ actionem in rem, ⁊ cedi ⁊ mandari posse, certo certius est vt. C. de actio. vendi. l. vlti. Hoc tamen in casu l3 cessa fuerit rei vendicatio, si non precessit delegatio, penes cedentem remanet, si dominus fuerat cū rei dominio vt . C. ꝺ noua. l. si de legatio. De directa rei vendicatione primo videndum, postea ꝺ vtili, imo de vtilibus disputabitur. Dōm itaqꝫ est, quid sit in rē actio, vnde nascatur, cui competat, ⁊ in quem quid in eam veniat, ⁊ qꝺ sit
3 in ea iudicis officium, ⁊ qualis sit hec actio. † In rem autem vendicatio directa, est actio per quam rem nostraꝫ que ab alio possidetur petimus, ⁊ semper aduersus eū qui rem possidet, vt. ff. de actio. l. actionum. Nascitur ergo rei vendicatio, non ex obligatione vt insti. ꝺ actionibus, sed ex possessione. Quippe possessio parit aduersario actionē in rem vt. C. de alie. iudi. mu. cau. f. Competit autem in reꝫ actio ei, qui dominium acquisiuit iure ciuili, vel gentium, non iure
4 naturali. nempe ea iure omnia sunt communia, nulla priuata. † Ex his colligitur, qꝫ nec sacra aut religiosa vendicare possumus, sed nec liberos nostros, nisi quis adiecta causa, id est ex iure quiritum vendicet, vt. ff. eo. l. j. §. per hanc autem. Datur autem ei qui dñium quesiuerit traditione, quasi traditione, ⁊ mō neutro. Traditione, vt ex donatione, venditione, similibusqꝫ. Quasi traditione, vt si quis in re sua vsumfructum sibi exceperit, vsusfructus enim exceptio ꝓ rei traditione habetur. vel si quis rem suam propriam, non errans, a domino qui donauit, conduxerit, vel si possessor rei aliene, presentis tñ estimationem prestitit, si tantum res illa in dominio petitoris fuit
5 vt. ff. eo. l. quedam. ⁊ l. eius. cum. l. seq. † Modo neutro vt in hereditarijs ⁊ legatis, siquidem directa via, legata, ab adita hereditate ad legatarium transeunt, vt. ff. de fur. l. a titio. Hereditaria, quoqꝫ fiūt heredis, aditione hereditatis, ēt sine apprehensione possessionis, vt. ff. de cri. expi. here. l. ij. §. apparet. ⁊. C. eo l. j. Datur autē hec ac
6 tio, sicut et dictum est, in eum qui possidet corpus qꝺlibet † possidere autem illud corpus intelligo, qꝫ censetur per se ⁊ extat, secus si quid fuerit inclusum, iniunctum, intextumve, in his eniꝫ casibus nō h3 vendicatio locū, nisi, qꝫ sic h3, fuerit exhibitum separatumqꝫ aliquando tñ nec, vt exhibeatur agitur, vt si sit tignum iniunctū Sed ⁊ alias nō vendicatur qꝫ inuenitur exutum, vel abruptū, vt. ff. eod. l. in rem. §. itē quecunqꝫ puta si fuerit ferruminatum. Corpus autem intelligo quale, siue solidū vt lapidē, siue discretum vt gregem siue coniunctim, vt ita dicā, cuiusmodi sunt edificiū, nauis, armariū vt. ff. de vsucap. l. rerum. Et sciendū est qꝫ vt omnis generis corpus hac actione petitur, sic ⁊ possessio qualis qualis etiam naturalis lo
7 cum facit huic actioni. † Quippe ⁊ a commodatario ⁊ depositario sed ⁊ ab omnibus qui tenent, ⁊ habent restituendi facultatē, vēdicari posse puto, vt. ff. eo. l. officium in fi excipitur, qui rem immobilem alieno nomine t3, hic namqꝫ si conuenitur, dñm in iudicio nominare permittitur. vt. C. vbi in rem actio. l. ij. Venit autē in hanc actionem rei ipsius restitutio, sed ⁊ omnis causa ⁊ accessio presertim post litē contestatam, vt. ff. eo. l. iulianus. §. item iulia. ⁊. l. preterea.
8 ante litem contestatam non. † Nomine rei deterioris facte, male fidei possessor tenet, ⁊ iudicis solertia coercebitur, in hac actione remissa Aquilia, prout actor maluerit, vt. ff. eod. l. non solum. ⁊. l. qꝫ si Bone fidei autem possessor ⁊ si rem petitam neglexerit, deterioreꝫ sine dolo tñ, reddidit, nulli querele subiectus est ante petitionē, po
9 stea vero ⁊ ipse predo est, vt. ff. de petitio. heredi. l. qꝫ si. † Habet ergo in hac actione, scdm ea que dicta sunt, ratio dānorum perceptorum, sed ⁊ ipendiorum. Ecce enim si bone fidei possessor edificium fecerit, vel refecerit, ei consulitur per retentionē, sine doli mali exceptione, non tñ quatenus impensum est, sed inquantū res melior facta est, hoc tñ ita, si petitor diues fuerat, eadēqꝫ facturus ⁊ si pauper illico erat distracturus, vt. ff. eo. l. in fundo. ⁊ non per actionem, vt. ff. de excep. do. ma. l. cum vir. Nec qꝫ ab aliquibus iactatur, actionē negotiorum gestorum, debere cōpetere, ad instar predonis qui ad cessit ad aliena negotia sui lucri causa quecunqꝫ gerit. si quidē predo est, ⁊ q̄uis suo cōmodo studeat, alienū tñ negotiū se gerere nō
10 ignorat, vt. ff. de neg. gest. l. si pupil. §. sed ⁊ si quis. † Male fidei autē possessori, siue qd ex nouo fecerit, siue refecerit, nec actiōis nec exceptionis remediū tribuit̄. Nos eniꝫ gerit̄ in tollendis talibus impendijs, id est, in voluntarijs, vt. C. eo. l. domū. Si vero ex nouo male fidei possessor edificauerit, nec abradere poterit. Quippe tā materiam q̄ operam donasse creditur, vt. C. eo. l. ij. ⁊. ff. eod. l. in fundo. Eo tñ saluo, qꝫ si bone fidei emptor aree fuerim inqꝫ ea edificauerim, eo tempore quo iam alienam compererim, ⁊ si non prosit exceptio, sine dispendio tamen domini aree, edificium, quod posui, tol-
11 lere potero vt. ff. eod. l. iulianus. † Illud tamen non inargute distingui potest, qꝫ sumptus in predium facti, quod alienum esse apparuit, a bone fidei possessore per retentionem seruatur, ⁊ male fidei nullo modo, id est nec actione nec iudicis officio, nec exceptione, nisi necessaria in rem factam impenderit, non, si rem ex nouo fecerit. Quippe longe aliud est facere quam reficere vt. ff. de itine. actuqꝫ pri. l. vnde. §. reficere. inutilibus vero sumptibus ⁊ voluptuarijs nulla ratione iuuatur, nisi qꝫ abradere permittitur, vt. C. eo. l. domum. ⁊. ff. eo. l. sumptus, nisi forte tantum dare paratus eēt, q̄tū his ablatis possessor habitur⁹ foret nihil latur⁹ nisi vt officiat, nec enim malitijs indulgendum est vt. ff. eodē. l. in fundo. §. consti-
12 tuimus. † Si autē mala fide edificauerit, sicut ⁊ dictū est, omni carebit auxilio, qꝫ nec aget, nec excipiet, nec iudicis officio ei subueniet̄, sed nec tollere, nisi in casu predicto, concedetur.

¶ Fructuū quoqꝫ in rei vendicatione ratio habetur, differenter ta
13 men ⁊ varie, ꝓ varietatem possessorum, † Alij sunt bone fidei, alij male, alij cum titulo, alij sine titulo. Alij faciunt fructus suos, alij non. Fructuum quoque, alij sunt percepti alij non. perceptorum alij sunt extantes, alij consumpti, alij naturales, alij industriales. Necnon perceptorum alij sunt tales, quos male fidei possessor percipere potuisset, ⁊ si non neglexisset. Alij sunt tales, quos
14 vetus possessor, id est petitor ꝑcepisset, si ei possidere licuisset. † Et certe bone fidei possessor, siue cū titulo, siue sine titulo, fructus suos facit quos tantū sua opera percepit, nempe naturales ad dominū soli pertinent. vt insti. de rerum diuisio. §. si quis a non domino. ⁊. ff. de vsur. l. fructus. Quod enim in. ff. de acqui. re. domi. l. bone fidei, dicitur, bone fidei emptores omnes fructus suos facere, intelligi d3 ⁊ ex sua opera alteriusve possessoris nomine prestita prouenientes hos autem fructus suos factos bone fidei possessor victus restituere cogitur, si tñ extēt, vt. ff. e. l. iulianus. ⁊. l. ⁊ ex diuerso. §. vbi autem alienum. ⁊. C. eo. l. certum. ⁊ insti. de in. offi. §. ⁊ si in rem. ⁊ de re
15 rum diuisio. §. si quis a non domino. † Consumptos autem fructus bone fidei possessor lucrifaciat, nisi duobus in casibus, puta si sumptus quos fecerit repetit, vsurasve pecunie creditori solute. Quippe in istis duobus casibus fructus etiam consumptos cum sumpti-
16 bus ⁊ vsuris compensatur, vt. ff. eo. l. sumptus. ⁊. l. emptor. † Male fidei autem possessor, nec fructus, quos sua opera percipit, ⁊ si titulum habeat suos facit sicqꝫ eos extantes etiam actionis iure victus restituit, consumptos autem, iudicis officio vel sine causa conditione compulsus, redhibebit, vt insti de iudi. offi. §. ⁊ si in rem, ⁊. ff. eo. l. ⁊ ex diuerso. §. vbi autem. ⁊. l. si homo. ⁊. C. de condic. sine cau. l. mala fide. A percipiendis autem fructibus, etiam male fidei possessor excusabitur, si tamen titulo muniatur, vt. C. eod. l. si fundum. si vero titulo careat, ⁊ de non perceptis tenebitur, si tamen percipi ho
17 neste potuerunt, vt. ff. eo. l. fructus. ⁊. l. si nauis. §. generaliter. † Fructus tamen ⁊ inhoneste quesitos, possessor restituere cogitur, ne honesta interpretatio non honesto questu lucrū possessori faciat, vt. ff. de peti. heredi. l. si possessor. ij. Sane mater similisqꝫ persona, etiaꝫ si titulo non gaudeat, de percipiendis non tenebitur vt. C. de vsufr. l. si pater. Male fidei autem possessor sine titulo, ēt de percipiendis condēnabit̄, quos. s. ipse potuit ꝑcipere, vt. ff. e. l. fructus. s3 nō in omnes, quos vetus possessor, id est petitor fuerat percepturus, nisi male fidei possessor fuerit inuasor. C. vnde vi. l. iiij. Hoc enim in casu male fidei possessor condemnabitur, ⁊ in fructus, quos vetus possessor percepisset. Sane notandū qꝫ in casu vnico de fructibus quos ēt percipere potuisset bone fidei possessor, tenetur etiam cum titulo, puta si quis conscius a debitore eodēqꝫ fraudatore, in fraudē creditorū emerit, vt. ff. que in fraud. credi. l. ait pretor §. per hanc.
18 † Generaliter autē cū de fructibus estimandis queritur, ꝯstat animaduerti nō debere an male fidei possessor fruitus sit, s3 an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, vt. ff. eo. l. si nauis. §. ḡnaliter. si ergo fruitus est possessor, ⁊ petitor fruiturus fuisset, puta naue, tabernave prestabit fructus, ⁊ mercedes vecturasqꝫ, s3 ⁊ si fruitus est possessor, l3 non esset fruitus petitor, similiter prestabit vt. ff. de petitio. hēdi. l. cū hēditas prestabit quoqꝫ possessor fructus, ēt si non esset fruitus, cum tñ petitor fuerat fruiturus. si vero naue seu taberna nō est fruitus possessor, s3 nec fuisset fruitus petitor, possessori nō im
19 putabit̄ vt. ff. eo. l. si nauis. † Officiū autē iudicis in hac actione in hoc versabit̄ vt iudex inspiciat an reus possideat nec ad rē pertinebit ex qua cā possideat vbi eniꝫ probaui rem meam esse necesse habebit possessor restituere qui non obijcit aliquam exceptionem vt. ff. eo. l. officium. S3 ēt in eo iudicis erit officium. vt si contra petitorē iudicauerit reum debeat absoluere si vero pro petitore contra reus ipsū debeat condēnare. vt rem ipāꝫ restituat cū fructibus secundū distinctiones superius positas s3 si in presenti neget sine frustratione se posse restituere tempus ei dabitur a iudice fideiussoria tamen ab eo prestita cautione de lit. estimatione, vt insti. de offic. iudi §.
20 ⁊ si in rem. † Constat autem qꝫ rei vendicatio est arbitraria id qꝫ ꝓbatur ex lege que est. ff. sub. eo ti. l. qui restituere. Sed ⁊ per aliam

titulo eo. l. ⁊ ex diuerso. Ex eo quoqꝫ arguitur ꝙ etiam actiões in rẽ
vtiles veluti Publiciana, Seruiana sunt arbitrarie vt insti. de ac-
tio. §. preterea. Arbitraria autem dicitur hec actio, ⁊ quecunqꝫ alia
arbitraria, eo quia primum iudex arbitraretur rem restitui. s. interlo
quendo, ⁊ postea pronunciat definiendo, ⁊ quantum aduersarius in
litem sine vlla legis taxatione in infinitum iurauerit, condemnando.
Hoc tamen ita si dolo desijt posse restituere, si vero culpa, non plu-
ris quã quanti res est, reus condẽnandus est. Si vero rem quidem
habet, sed non posse restituere contendit, manu militari possessio ab
21 eo iudicis officio transferatur, vt. ff. eo. l. qui restituere. † Et notan-
dum, quia vbi quis culpa possidere desijt, litisqꝫ estimationem pre-
stitit, etiam preter directe in rem actionis cessionem, suo nomine ha
bebit vtilem, vt. ff. eod. l. si culpã. Illi tamen. s. possessori qui litis esti
mationem subijt, sicqꝫ rem non restituit, petitor de euictione cauere
nõ cogitur, vt. ff. eo. l. Et ex diuerso. §. petitor. Si vero possessor con
dẽnatus, dolo malo possessionem amiserit dũtaxat ei cauebit petitor
per se nõ fieri, possessionem eius rei non traditum iri, vt. ff. eo. l. hec
22 si. † Notandũ quoqꝫ est quod per arbitrium, id est per interlocuto-
riam sententiam, iudex cum reo agit clementius, per vltimum autẽ
calculum, id est per definitiuam sententiã agit secum durius, coer-
cetqꝫ eum seuerius, puta inquantum iurauerit petitor etiam in infi-
nitum, vt est superius dictum. Nam ⁊ cũ eo, qui actione quod me-
tus causa conuenitur, quam constat esse arbitrariam, satis clementer
pretor agit, dans ei restituendi facultatẽ si vult penam euitare, vt. ff.
23 quod met. cau. l. si cum. §. si quis non restituat. † Tollitur autẽ hec
actio tẽpore, alias ipso iure vt per vsucapionẽ, que clauditur trien-
nio, ⁊ fortassis per prescriptiones. x. ⁊. xx. annorũ. Alias per exce-
ptionem, vt per prescriptiones. Alias longiores. Extenditur ergo
hec actio, alia vsqꝫ ad triennium, decenniũ, vicennium. Alia sopitur
spatio. xxx. annorum. Alia. xl. puta si fuerit in iudicium deducta,
24 vt. C. de anna. exceptio. l. j. §. ad hec. † Aliquando quoqꝫ in cente-
simum annum porrigitur, puta que competit Romane ecclesie, vt
in aucten. vt eccle. Roma. cen. an. g. pri. Et que competit ciuitati-
bus secundũ quosdam, vt. C. de sacrosanc. eccle. l. vlti. Sed ⁊ om-
nis actio nedum rei vendicatio, quam alias tricennalis, decennalis,
vicennalis prescriptio secludit, si loco cuicunqꝫ religioso competit
xxx. annis clauditur, vsucapione ⁊ quadriennij prescriptione suum
robur obtinentibus vt aucten. de eccle. titu. col. ix. consti. vj. §. quas
actiones. Exposuimus de directa rei vẽdicatione, modo videamus
de vtili que non domino competit. datur autem vtilis non domino,
alias ratione corporis vt Publiciana, rescissoria, ⁊ plures alie, alias
ratione iuris vt Censoria ⁊ Negatoria.

SVMMARIVM

1 Actio publiciana cui competere dicatur.
Traditum ex iusta causa quid dicatur.
2 Publiciana actio heredi ⁊ honorarijs successoribus competit.
3 Publiciana ex eisdem datur causis quibus directa in rem actio.
4 Patientia aliquando pro tradititione habetur.
5 Publiciana cessare dicitur in his que vsucapi non possunt.
6 Publiciana est actio in rem ⁊ arbitraria que post annum porrigi potest.

¶ De publiciana actione. Titulus. v.

d E publiciana videndũ est, qualiter pro-
dita sit, cui competat, ⁊ in
quem, quid in eam veniat, ⁊ ex quibus causis detur, ⁊
qualis sit hec actio. Est autẽ actio publiciana non ideo
comparata, vt res domino auferatur, ex bono publico contra na-
turalem rationem, eiusqꝫ rei argumentum est primo equitas, deinde
exceptio, que potest dici secunda equitas, scilicet si ea res possesso-
ris non sit. Exceptio tamen iusti dominij publiciane potest obijci,
1 vt. ff. eo. l. vlti. ⁊ penult. † Competit autem ei, qui quid sibi traditum
ex iusta causa a non domino, possidere ceperit, nondumqꝫ vsucepe-
rit. Nempe si vsucepisset directam ⁊ ciuilem haberet, nec vtilem
vel honorariam actionem desideraret, vt. ff. eod. l. j. Traditum au-
tem ex iusta causa intelligo ex venditione, donatione, dotis nomi-
ne, ⁊ ex causa legati. sed ⁊ si res ex causa iudicati sit tradita adiudi-
catave, publiciana competit, vt. ff. eod. l. ij. ⁊. vij. Estqꝫ publiciana ad
instar proprietatis tradita, ⁊ non ad instar possessionis respicit, vt. ff.
2 eodem. l. vij. §. enim qui. † Competit autem hec actio non tantum
bone fidei emptori, ⁊ legatario, similibusqꝫ, sicut dictũ est, sed ⁊ here
di, honorarijs quoqꝫ successoribus. Datur autem in heredem ⁊ in
quemcunqꝫ possessorem. Et in summa in Publiciana actione om-
nia eadem erunt, que in rei directa vendicatione diximus, vt. ff. eo. l.

3 sed ⁊. † Datur autem, ⁊ ex quibuscunqꝫ causis datur directa in rem
actio, si tamen ex causis nacti, prout diximus, rerum quesitarũ pos
sessionem amiserimus. Interdum tamen nec ex iustis possessioni-
bus competit Publicianum iudicium, vt ex pignoratitijs, atqꝫ pre
carijs, vt. ff. eodem. l. Quecunqꝫ statim a princip. Notandum autẽ
est, quod ⁊ preter traditionem possessionemqꝫ, Publiciana com-
petit, vt in hereditarijs, ⁊ legatis, partu quoqꝫ ancille furtiue apud
bone fidei emptorem concepto, nondumqꝫ possesso, sed ⁊ in eo qđ
per alluuionem accesserit, in eo quoqꝫ quod alicuius totius inte-
gri, vt statue, edificij pactio fuerit, rescisumqꝫ petitur. Sed ⁊ si de
vsufructu agatur traditio, itemqꝫ de seruitutibus rerum, Publicia
4 na datur. † Istis autem in casibus pro traditione hr̃ patientia, hic
quoqꝫ traditionem ⁊ patientiam tuendam esse constat, vt. ff. eod. l.
5 si ego. §. si de vsufructu. † Preterea sciendum est, quod in his demũ
publiciana cessat, que vsucapi non possunt, hoc tamen ita, si vsuca-
pio pp rerum vitia prepediatur, puta in furtiuis vi possessis, ⁊ ser-
uis fugitiuis, ⁊ in summa si res talis sit vt eã lex aut ꝯstitutio aliena
ri prohibeat, publiciana nõ competit, qꝛ his casibus neminem pre-
tor tuetur ne contra leges faciat, vt. ff. eo. l. cum. §. si res tales. ⁊. l. si-
ne. §. Hec actio. Si vero vsucapio rerum conditione impediatur ⁊
tunc publiciana competit, vt in vectigalibus ⁊ in superficiarijs vt
6 ff. eo. l. cum sponsus. §. si res talis. † Est autem hec actio in rẽ sicut
dictum est, vt. ff. com. di. l. iiij. ⁊ arbitraria, vt insti. de actio. Prete
rea porrigitur etiam post annũ, vt. ff. de actioni. l. in honorarijs.

SVMMARIVM

1 Rescissoria actio cui ⁊ quando cumpetat.
2 Rescissoria datur absentibus causa reipublice ⁊ aduersus eos diri gitur ne ꝙ euenit prosit vel obsit.
3 Rescissoria vsucapionem contra ius ciuile rescindit.
4 Mendacium vtile non punitur a pretore.

¶ De rescissoria. Titu. vj.

1 s Equitur vt de rescissoria videamus. † Com
petit autem rescissoria ei, cuius res
vsucapta prescriptione est, actione sua tempore perierit
cũ reipubli. causa abest, vel in hostiũ potestate fuisset,
vt inst. de actio. Rursus quoqꝫ alijs multis, hanc actionem pretor
simili equitate motus, accõmodat vt. ff. ex qui. cau. in inte. resti. l. i.
⁊. l. viij. ⁊. ix. ⁊. x. ⁊ xj. Hoc tamen ita, si vsucapio in absentia fuerit
ipleta post vt reditur, sed infra tẽpus modicũ quo hospitiũ ꝯducitr̃
sarcina componitur, aduocatus queritur, vt. ff. ex qui. cau. mai. l. ab
hostibus. §. sꝫ ꝙ simpliciter. De his autem latius que ad rescisso-
riam pertinent, in summa ꝙ̃ de restitutionibus fecimus, diligens le
2 ctor inueniet. † Sed ⁊ sicut superius datr̃ rescissoria absentibus rei-
publi. causa, ⁊ sic ⁊ aduersus eos dirigitur ne obsit vel pro sit ꝙ eue
nit, vt. ff. ex quib. cau. l. j. puta si ipsi absentes, res domi constitutorũ
vsuceperunt vel prescripserunt. Est autẽ hec actio, sicut ⁊ superior,
tum vtilis in rem, tũ arbitraria, differt tamẽ ab ea qꝛ superior vltra
annũ porrigitr̃ hec anno terminatur. Itẽ Publiciana laborat vt vsu
3 capio perficiatur. † Rescissoria ꝯ ius ciuile datr̃, id est efficit vt vsu
capio rescindatur, vt insti. de actio. §. namqꝫ si cui. ⁊. C. ex qui. cau.
ma. l. vlti. Item in eo differunt ꝙ rescissoria agentem pretor permit
tit dicere vsucaptum non esse ꝙ vsucaptum est, vt insti. de ac. §. rur
sus ex diuerso. Publiciana autem experientẽ pretor permittit di
4 cere vsucaptum esse ꝙ vsucaptum non est. † Nã ⁊ alias pretor men
dacium vtpote satis vtile admittit, ipsum quoqꝫ impunitum relinqt
Ecce enim. L. cornelia fingitur, ab hostibus captum, ibiqꝫ mortuum
decessisse, ea hora qua captus fuit, lꝫ postea diutius vixerit, sed ⁊ iu
re postliminij firmatur ab hostibus reuersum, semp in ciuitate fuis
se, lꝫ apud hostes longo tempore manserit, vt. C. de postli. re. l. j. ff. e.
l. in bello. ⁊ insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus.

SVMMARIVM

1 Actio in rem vtilis cui ⁊ contra quem detur.
2 Locatio municipum plus potest ꝙ̃ priuatorum.

¶ De vtili in rem actione agrorum vectigalium. Titu. vij.

s Equitur ⁊ alia in rem vti
1 lis, † que datur his, qui in perpetuum fundum condu-
xerunt a municipibus. Datur autem aduersus quem-
cunqꝫ

cunqz possessorem, sed ⁊ contra ipsos municipes, ita tamen, si vectigal soluant. Idem est ⁊ si ad tempus habuerunt conductum nec tẽpus conductionis sit finitum. Secus estimo si a priuato quis con-
2 duxerit ⁊ in perpetuum, †nec enim absurdum est vt plus possit locatio municipum, q̃ priuatorum, vt.ff.si ager vectig.l.j.

SVMMARIVM

1 Actio vtilis in rem cui competat emphytheote.
2 Contractus emphytheotici natura qualis ⁊ a quo statuta sit.
3 Emphytheota qua actione conueniri possit ꝓ pensione soluenda.

¶ De vtili in rem actione que datur emphytheote. Titu. viij.

c Ompetit, ⁊ vtilis i rem em
1 phytheote, †q predia Emphytheotica sine sua emponemata permutare potest ⁊ vendere, si tamen domino denunciet, vt insti. de loca. ⁊ con. §. Adeo autem. C. eod. l. cum du-
2 bitatur. †Huius autem contractus noui, ⁊ a Romanis reperti, ꝓpriam naturam Zenon statuit, non inclinantem ad venditionẽ, aut locationem, sed suis proprijs pactionibus ⁊ naturalibus proprietatibus roboratam, Has autem omnes proprietates ex. C. ⁊ institu. fa-
3 cile colligere lz. †Illud autem sciendum est, q̄ Emphytheota, vt possessionem soluat, infra triennium priuato, infra biennium loco religioso, condictione ex lege conuenitur, lz post traditionẽ Emphytheotici predij in se collatam, vtili in rẽ actione, Emphytheota cõtra quẽcunqz possessorẽ experiatur. Sed ⁊ illud sciendum est, quia contractu emphytheoseos inito ⁊ nondum ex eo predio tradito, condictione ex lege agitur vt traditio celebretur.

SVMMARIVM

1 Actio in rem vtilis aduersus quẽcunqz possessorem superficiario datur. ⁊ quis sit superficiarius.

¶ De vtili in rem actione que datur Superficiario. Titu. ix.

Uperficiario quoqz id est,
1 †ei qui in alieno solo superficiem ita hz, vt certam pẽsionem prestet. Pretor causa cognita in rem actionem vtilem, ⁊ aduersus quemcunqz possessorem pollicetur, vt.ff.de rei vendi. l. superficiario, ⁊ l. pretor, ⁊.ff.de pig. act. l. tutor §. vlti. si tamen non ad tempus modicum conduxerit, vt.ff.de super. l. j. §. qui superficiem.

SVMMARIVM

1 Actio in rem vtilis militi ⁊ minori conceditur.
2 Minor qñ predium sua cõparatum pecunia vendicare possit.

¶ De vtili in rem actione que datur Militi ⁊ Minori. Titu. x.

d Atur quoqz vtilis in rem
1 †militi, ⁊ minori, quorum pecunijs res empte fuerint, licet non eorum nomine, si tamen maluerint vendicare quam pecunias condicere, vt. C. de rei vendicatio. l. si vt, ⁊. C. arbi.
2 tute. l. curator. †Tunc autem proprie minor predium sua pecunia comparatum vendicabit si curator emerit, secus forte erit si extraneus ꝯparauit vt ex. l. predicta. curator conijcitur.

SVMMARIVM

1 Actio in rem vtilis reuocãdi rem mortis causa donatam tribuitur.

¶ De vtili in rem actione que datur ei qui rem mortis causa donatam reuocat. Titu. xj.

v Tilis quoqz vendicatio
1 datur †ei, qui rem mortis causa donatam reuocat, siue ꝯualescerit, siue penituerit, siue sic peplgerit, siue de peregre redierit, vt.ff.de dona. cau. mor. l. qui mortis.

SVMMARIVM

1 Uendicatio vtilis datur reuocanti inofficiose donata.

¶ De vtili in rem actione qua res inofficiose donata reuocatur. Titu. xij.

v Tilis quoqz vendicatio
1 †competit, vt reuocetur quod inofficiose donatum est, sed ⁊ vt reuocetur quod donatarius ingratus, ⁊ immemor accepti muneris acceperit, vt. C. de inofficio. donatio. l. si totas ⁊. C. de reuo. dona. l. his solis. Quidam tamen ad reuocanda hec, duntaxat conditionem ex lege competere inquiunt.

SVMMARIVM

1 Actio vtilis in rem datur repetenti donata propter nuptias matrimonio soluto.

¶ De vtili in rem actione que res propter nuptias donata soluto matrimonio repetitur. Titu. xiij.

r Es quoqz pp nuptias do
1 nata, †soluto matrimonio, licet non fuerit tradita, vtili in rem actione petetur, vt in auctenti. vt immo. ante nuptias. do. no. h. d. Sed ⁊ si res fuerit per metum tradita, dominiumqz sic transiuit, ideoqz directa vendicatio cessat in rem tñ vtilis tribuit, vt.ff.q me. cau. l. metum. §. ex hoc edicto.

SVMMARIVM

1 Rei vendicatio vtilis datur si pretium rei vendite die pacto prefixum non fuerit solutum res sit inempta ⁊c.

¶ De vtili in rem actione legis commissorie. Titu. xiiij.

i Tem si quis vendiderit †lege cõ
1 missoria, hoc est, vt si pecunia die pacto prefixa, nõ fuerit soluta, res sit inempta, nec fuerit facta solutio, vtilis ꝓponetur rei vendicatio, vt.ff.de leg. com. l. vlt. C. de pac. inter empto. ⁊ vendi. l. qui ea lege.

SVMMARIVM

1 Rei vendicatio vtilis datur contra eum qui rem recepit vt quem aleret ⁊ non aluit.

¶ De vtili in rem actione que datᷣ ei qui rem donauit vt aleretur ⁊ non fuit alitus. Titu. xv.

i Tem si quis rem donaue
1 rit vt †alatur, nec fuerit alitus non tantum poterit condicere. i. in personã agere. sed ⁊ vtiliter vendicare, vt. C. de dona. que sub mo. l. j.

SVMMARIVM

1 Actio vtilis in rem datur soluto matrimonio petenti estimatam in rem datam in dotem.

¶ De vtili in rem actione qua res estimata in dotam data, soluto matrimonio, repetitur. Titu. xvj.

s Ed ⁊ res estimata i dotẽ
1 †data, soluto matrimonio, vtili in rem actione petetur, vt. C. de iure do. l. in rebus. Aliqui tamen hoc intelligẽdum asserunt si intercesserit pactum vt mulieris esset arbitrium.

SVMMARIVM

1 Rei vendicatio vtilis fisco datur si alicui tacitum fideicommissum relinquatur.

De vtili in rem actione ex tacito fideicommisso. Titu. xvij.

I Tem si tacitum fideicom-
1 missum † per hoc licitum alicui fuerit relictum, fiscus illud vel vtiliter vendicabit, vt. ff. de iure fisc. l. imperator noster.

SVMMARIVM

1 Vendicatione vtili petit̃ decima vel quecunq̃ res vota.
2 Actio in rem vtilis an competat ecclesijs.

De vtili in rem actione decime quam quis voluit. Titu. xviij.

I Tē si quis bonorum suorꝝ
1 † decimam, remve quamcunq̃ suam vouerit, non equidem prius in bonis esse desinit, q̃ fuerit separata vel seorsum posita ad eam petēdam vendicatio vel vtilis proponit̃, vt. ff. de pol. l. ij. §. si decimaꝫ. Sane quod in. C. de sacrosan. eccl. l. vlti
2 ma. † notandum reperitur in rem actionem vel vtilem, ecclesie cōpetere, ex pacto donationis, venditionis, similibusq̃, falsissimū puto. Quippe ea lege cauetur actionem ecclesie competere, ad instar eorum que legati titulo fideicommissi fuerint derelicta. At enim legatarijs, ꝛ fideicommissarijs, duntaxat nomine relictorum ante traditionem, actiones in rem traduntur. Eapropter nec ecclesijs nisi i relictis ꝛ non ex pactis actio in rem vel vtilis accommodabitur.

SVMMARIVM

1 Actiones preiudiciales quot ꝛ que sint.
2 Actiones quare dicantur preiudiciales.
3 Actio legis aquilie quare penalis dicatur.
4 Actiones quando re ꝛ nomine sint preiudiciales.
5 Actio preiudicialis qua querit̃ an q̄s liber sit ciuilis est.
6 Libertus p̄ patronum actione preiudiciali petitur.
7 Actio non est prodita possidenti nomine corporum per quam neget rem actoris esse.

De preiudicialibus actionibus. Titu. xix.

1 P Rodite sunt, ꝛ adhuc tres actiones † irē vtiles, que vocantur preiudiciales. prima est per quem queritur, an quis liber sit. Altera an libertus. tertia q̃ queritur de partu agnoscendo. i. an quis sit filius, vt inst. de act. §.
2 preiudiciales actiones. † Dicuntur autem preiudiciales, q̄ actionibus secum concurrentibus antea posteave propositis preiudicare solent. Itaq̃ licet principaliter aliquoties intendantur preiudiciales vocantur, non q̄ actu ipso tunc preiudicent, sed q̄ si que actio-
3 nes cum illis concurrerent profecto preiudicarent. † Nam ꝛ alias actionem legis aquilie penalem nuncupamus; non q̄ semper penam contineat. sed quia sic nata est ꝛ prodita, vt penam valeat persequi, possit quoq̃ crescere, alias ex inficiatione, alias ex mēsis vl' anni spatij repetitione, vt. ff. ad. l. quil. l. inde neratius. §. hec actio. ꝛ l. si seruus. ff. de act. ꝛ ob. l. qui seruum. §. vlt. ꝛ insti. de leg. aquil. §.
4 his autem verbis. † Tunc autem re ꝛ nomine ꝛ re sunt preiudiciales actiones, cum alie actiones principales intenduntur, ꝛ eis preiudiciales actiones in modū exceptionis obijciuntur. Ecce. n. si a me petas hereditatem, egoq̃ tibi obijciam, quod meus seruus sis, vel libertus vel filius, in primis ventilabitur hec a me tibi obiecta questio, ꝛ si obtinuero sublata erit tua, lꝫ primo nota fuerit intentio. Nam ꝛ alias si quem de iniuria fortassis accuso, ꝛ ipse mihi cedis aut vulnerum crimen obiecerit, ipse vtpote de maiori crimine
5 ¶ Recentiores † vero legum interpretes, neglecta romani sermonis puritate, vsucapionem ⁊ prescriptionem in significatione confundunt, in qua vtiqz discrimen est, rursus in re ipsa sepe differentiam constituunt, cum nulla sit. Primum enim, vtrunqz verbum iungunt accusatiuo, vt vsucapio domum, prescribo domum, vestem, fundũ, non animaduertētes, qđ prescribendi significatio, magis ad exceptionem pertineat, etiam si effectus retinendi dominij plerũqz sequatur. Deinde vsucapionem trahunt ad res mobiles, prescriptionem ad res immobiles, per l. ij. C. in quib cau. ces. lon. temp. prescri. in seruorum (ait) proprietatis negotio, cum vsucapio locum habeat, ad questionem longi temporis prescriptionem superfluo peruenitur. Ex quo loco verisimile est natum hunc errorem, cum tamen ex diametro probet diuersum. Nam Imperatores ibi prescriptionem seu exceptionem longi temporis appellant, cum tamen tractet solum de proprietate seruorum, ⁊ sic rerum mobilium. Ergo prescriptio nō pertinet dũtaxat ad res immobiles, sicut nec vsucapio semper ad res mobiles. Paulus in l. furtum. ⁊ l. quare. ff. de vsucapi. loquens de fundo alieno sine vi possesso. Quare ipse quidez (inquit) non potest vsucapere. ⁊ in l. nunquam in vsucapionibus in princi. ff. eo. titu. sic dicit, vel post longum tempus venditionis peractũ vsucapi non posse, quia iuris error sit.

¶ Obseruandum igitur summatim sic fuerit, vsucapionem referri
6 † genuina significationis vi ad acquisitionem rerum mobilium vel immobilium. Quam ob causam titu. ff. de vsucapioni. est in lib. pandectarum tertio qui tractat de acquirendis rerum dominijs. Prescriptio autem, ad ius excipiendi principaliter pertinet. Unde titu. de diuersis tempor. prescriptioni. libro. vj. post reliquas exceptionum species, generaliter subiungitur. Latius igitur patet significatio prescriptionis, quam vsucapionis. Omnis enim ratio temporis (que vt opportunitas seruetur, exceptionem seu defensionem alicui parat) recte dicitur prescriptio, non item vsucapio. Unde nihil vetat prescriptionem triennij, nuncupari exceptionem, quam possessor bone fidei in rebus mobilibus acquirit, quanquam ⁊ recte agat.

¶ Hec omnia manifestissime apparent ex §. ⁊ cum hoc. institu. de vsucap. vt res quidem (inquit Justinianus) mobiles, per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem (id est, inter presentes decennio, inter absentes viginti annis) vsucapiantur. Enim vero quod Accursius ibi comminiscitur de propria ⁊ impropria significatione, vanum est.

Post interpretationem verborum, videamus nunc res ipsas.
7 Usucapio † itaqz est adiectio dominij, per continuationem possessionis temporis lege diffiniti, autore Modestino in l. iij. ff. de vsucap. quod autem Paulus ille Castrensis aduersus hāc diffinitionem rixatur, nihil moror, explicaturus quam possum crassissime mentem ⁊ consilium iurisconsulti. Nam si summo iure, ⁊ ad normam (vt sic dixerim) mathematicam rem exigamus, quis ignorat omnem definitionem in iure periculosam, rarumqz esse in tam magna negotiorum varietate, vt non subuerti possit. l. omnis difinitio. ff. de regu. iur.

¶ Duxit autem Modestinus hanc difinitionem ab officio vsucapionis, cuius exitus ⁊ proprium est, vt per eam acquiratur dominium, quod alioqui in rebus bona fide traditis nunquā certo constare posset, quia propter infinitam rerum varietatem incertum est plerũqz, vtrum tradens sit dominus, an non sit. Repetamus autem Modestini verba propter commodiorem interpretationem.

8 **Dominij.** In hoc articulo suborta est disputatio inter doctores iuris ciuilis, vtrum dominium † directũ videatur adijci, an vtile? Tametsi vero in re ipsa non ita magnus sit fructus, maluerunt tamen dissentire. Martinus glossator dixit, directum dominium acquiri longo tempore. Accursius vtile tantũ concessit. Bar. in auc. nisi. C. de bo. mater. sequitur Accursium, per l. j. §. vlti. ff. de aqua ⁊ aque plu. arcen. quem locum pro summa ratione sue opinionis adfert, de quo mox videbimus.

¶ Ceterum, sententiam Martini verissimam esse probabunt ea fere omnia, que de ratione temporis infra tractabimus. Interim, quod alij verba legum, que acquisiti per longam possessionē dominij mentionem faciunt, interpretantur de vtili dominio, caret ratione ⁊ autoritatis exemplo, vt in l. traditionibus. C. de pac. quid enim vrget ibi ⁊ in hac definitione, non proprie intelligi verba dominij?

¶ Imo ⁊ d. l. j. §. vlti. aduersatur Accursio, tantuz abest quod eius errorem confirmet. Quare verba ipsa Ulpiani sunt nobis excutienda. Eritqz ista (inquit) quasi seruitus, in quam rem vtilem actionem habemus, vel interdictum. Certe, hec clausula, non pertinet ad ea, que superius de vetustate dixit, sed potius ad precedentem clausulam de seruitute naturali. Ea enim seruitus, que ab inferiore agro superiori debetur natura, quasi seruitus erit, ⁊ vendicabitur vtili in rem confessoria actione. Uerum illa, que per vetustatem acquiritur, est directa, quod satis superqz ostendunt verba (velut iure impositam seruitutem.) Nam significant proprietatem, ⁊ referuntur necessario ad materiam vetustatis, quam ibi quoqz tractat Ulpianus. Ut interim videas, quam periculosum sit, non satis perspecta lege, statim pronuntiare.

¶ Et medius fidius, qui tam faciliter loquuntur de ratione temporis, hi non perpendunt vim eius, nec vident quam facile multa possint euerti, summo totius reipublice incommodo, nisi tempori plurimum tribuamus, accedente iuris autoritate. Porro, si regna mutat, adeoqz totum orbem in alios atqz alios mores transformat successus temporis, cur non etiam priuatarum rerũ dominia pleno iure possit adijcere? Proinde facessant disputationes otiose, adhereamus (quando euidens ratio diuersum non possit) verbis legislatorum. Sicut enim omnium rerum, ita ⁊ directorum dominiorum, per vsucapionem vicissitudo est.

Per continuationem possessionis. Ecce, primum omnium requi-
9 ritur possessio, ac illa quidem continua. Nam † satis constat, sine possessione vsucapionem non procedere. Licinio Rufino autore in l. sine possessione. ff. de vsucapi. rursus non potest vera atqz probabilis censeri possessio, nisi sit continua, quoniam per intercapedinem possessionis, fere semper incidere solet conscientia rei aliene, que impedit ius vsucapiendi.

¶ Continua autem possessio dicitur, non solum que penes vnum atqz eundem semper est, verũetiam que ab vno ad alium legitime
10 translata fuerit. Etenim tempora † possessionis, quibus autorēs bona fide possederunt, merito debent prodesse ⁊ reputari ad complendam vsucapionem ijs, qui in locum eorum succedunt, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate. Puta heredibus accedit possessio testatoris, ⁊ emptor vtitur tempore venditoris, nec solum immediati, sed etiam vlterioris. Nisi forte medius aliquis ex autoribus non possedisset, quia tunc non posset per rerum naturam censeri coniuncta seu cōtinua possessio. Sceuola in l. de accessionibus, in princip. Uenuleius in l. in vsucapione. §. j. ff. de diuer. tempo. prescriptioni.

11 ¶ His nihil obstat, quod hereditas † iacens nec dum adita, complet ceptam a defuncto vsucapionem, quasi hinc effici possit, etiam sine possessione vsucapionem procedere, quia hereditas antea quaz adeatur, representat personam defuncti. Neratius in l. ceptam. ff. de vsuca. Hermogenianus in l. hereditas. ff. de acquiren. rer. domi. hereditas (inquit) in multis partibus iuris pro domino habetur. ideoqz hereditati quoqz vt domino per seruum hereditarium acquiritur.

12 ¶ Ceterum, possessionem † hic iustam quoqz intelligi oportet, quoniam verba definitionis cum effectu sunt accipienda. Itaqz possessio vt suam vim ac potestatem habeat, possitqz suppeditare conditionem vsucapiendi, requirit legitimum titulum, ⁊ bonam fidem, deniqz ⁊ rem que vsucapionem admittat, que qualia sint, videamus.

13 ¶ Titulus, est † per quem indicatur nobis aliqua possidendi legitima causa, sufficiens ad dominiuz acquirendum vel directo ⁊ immediate, vel saltem mediante vsucapione, de qua nunc tractemus. Dicitur enim titulus a tuendo, quod factum autoris tueatur, indicans veritatez cuiuslibet rei; vt si quis alterius forte generis quicquam esse contendat, recurratur ad titulum. Tales in iure tituli sunt, pro soluto, pro emptore, pro herede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, his enim titulis indicantur legitime cause seu formule per iuris autoritatem confirmate ad acquirendam possessionem, ⁊ proinde ex possessionē, alias dominium, alias vsucapiendi conditionem, de quibus tractatur lib. pandectarum. iij.

vt ecce,

vt ecce, si quis impugnet possessionē vel vsucapionē meā, quasi iniu-
stā sit, mox recurro ad titulum, ⁊ indico mihi talem rem ex cōtractu,
puta emptionis ⁊ vēditionis, fuisse traditā. Certe hec demōstratio
14 tuebitur me, alioqui iure succumbentē. Adeo † sine his titulis nul-
la possessio, nulla vsucapio, bonū initiū, ⁊ felicem exitum habere po-
test. Neqꝫ enim ex omni causa licere debuit vnumquēqꝫ sibi ꝓ insa-
tiabili affectu, possessionē asserere, ⁊ sic vsucapere rem alienam, sed
oportebat cum primus dominij transferendi rationē (que maximam
inter mortales dissentionē parere solet) certo ⁊ immutabili ordine cō-
stare. Quo pertinet ꝙ Paulus in. l. ij. §. j. ff. pro hered. quod vulgo
(inquit) respōdetur, causam possessionis neminē sibi mutare posse,
sic accipiendū est, vt possessio non solum ciuilis sed etiam naturalis
intelligatur. Et ꝓpterea respōsum est, neqꝫ colonū, neqꝫ eum, apud
quē res est deposita, aut cui cōmodata est, lucri faciendi causa pro
herede vsucapere posse. ⁊ in. l. non solum. §. j. ff. de vsucapio. sic itaqꝫ
cōstat, ꝙ traditio ex legitima causa seu titulo ꝓducit possessionē, et
rursus possessio, ꝓducit vsucapionē ⁊ dominiū. Que omnia sic cohe
rent, vt intellectu iuris separari nō possint, si constare debeat vsuca-
pio. l. traditio. in fi. ff. de acqui. rer. domi. Falsum est enim Accursij
cōmentū, ꝙ verba (per hanc) non referantur ad possessionē. Unde
fit. ꝙ alias dicitur titulus possessionis, alias titulus vsucapionis.
Ulpianus in. l. j. in prin. ff. pro dot. alias deniqꝫ, species possessiōis,
15 vt in. l. ij. in prin. ff. pro suo. Est ꝑterea † titulus quidā generalis, vcꝫ,
pro suo, cum dominiū nobis acquiri putamus, ⁊ ex ea causa possidea-
mus, ex qua acquiri solet, siue iure gentium, siue iure ciuili. Qua ra-
tione ⁊ ante vsucapionē censetur quis pro suo possidere. Cōprehen-
dit enim hic titulus generaliter oēs dominij acquirendi causas, vt
quoties dico rem meā esse, nec addo causam specialē, videor omnes
causas dicere. Concurrit etiam cum titulo speciali. Nam ex causa
emptionis, ⁊ pro emptore, ⁊ pro suo possideo. Idem in re legata, vel
donata, vel alijs quibuscūqꝫ modis legitime tradita. Ulpianus in. l.
j. ff. pro suo. Paulus in. l. possideri autem. §. genera possessionū. ff.
de acquiren. vel amitten. possessio.
16 ¶ Bona fides † quoqꝫ necessario requiritur in traditione, ⁊ cum
possessione cōtinua esse debet, vt procedat vsuca. Julia. in. l. qui fun-
dum. §. qui bona fide. ff. pro emptor. Neqꝫ enim vsucapiendi condi-
tio, ad defendēdā hominū malitiam introducta est, vt alter alterius
res vtcūqꝫ nactus, sciens retineat ⁊ cōtractet, verum ad tuendā inno
centiam pertinet eorum, qui ignorantes nanciscūtur ex legitima cau
sa possessionem aliene rei, quod frequentissime accidere potest. ⁊ to
leratur, scilicet ne quis sub bona fide damnum incurrat. Unde etiā
publiciana in rem actio proficiscitur.
17 ¶ Bona fides aūt † est syncera conscientia, vnūquēqꝫ certo excu-
sans de ignorantia rei aliene, quā vel tradit alij, vel accipit ab alio.
Nemo sane cōscientiā suā velut mille testes, fallere potest, si vtcūqꝫ
aduersario vel iudici īponat. Eadē rōne mala fides, est lesa cōscien-
tia, que accusat ⁊ cōuincit aliquē nō ignorare rem alienā esse, quā ꝑ
fraudē, vel tradit, vel accipit, hanc igitur bonā fidem, causam esse se-
paratam ab alijs, facile vel hinc apparet, q̄ nō recte cōsequitur, eū
habere bonam fidem, qui titulū habet seu possessionē. Et ex diuer-
so qui bonā fidē habet, is per hoc titulū ⁊ possessionē nō probat. Si
cut qui sciens alienam rem emit, vere quidem emisse dicitur, ⁊ spe-
ciosum in hoc titulo pretextum possidendi habet, attamen non vsu-
capiet in eternum, quia bona fide caret ⁊ lesa conscientia possidet.
18 Ex contrario † si quis bona fide existimet se rem emptionis titulo
possidere, falsa tamen opinione per errorem concepta, vt cum nulla
vnquam emptio intercesserit, ei certe nihil proderit bona fides, quia
in facto circa titulum errat. Ulpianus in. l. celsus. ff. de vsuca. Pau
lus in. l. ij. in prin. ff. pro empto. ⁊ in. l. j. in princ. ff. pro dona. Nisi ta-
men iustā erroris causam habuerit ex alieno facto. Africanus in. l.
19 ꝙ vulgo. ff. pro empto. Neratius in. l. vlt. ff. pro suo. Solus † enim
error alieni facti, non etiam proprij, excusat bone fidei possessorem.
Error vero iuris, semper nocet ei, nec sinit procedere vsucapionē.
Puta, si emptio quidē vere facta sit, sed iure non valeat, q̄ a pupil-
lo sit emptū sine autoritate tutoris. Pōponius in. l. vbi lex. ff. de vsu
ca. vbi lex (inquit) inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil
prodest. Paulus in. l. nūquam in princ. ff. eo. titu. cuius diuersitatis
rationem eleganter tractat Neratius in. l. in omni. ff. de iur. ⁊ fac.
igno. Cum ius (inquiens) finitum esse ⁊ possit ⁊ debeat, facti inter-
pretatio plerūqꝫ etiam prudentissimos fallat.
¶ Et hec quidem omnia sic habent de bona fide ipsius possesso-
20 ris que cōtinua esse debet vsqꝫ ad exitum vsucapionis, presertim
apud nos hodie, qui charitatis arctissimam vim, Deo autore agno-
scimus, quam gentes olim sub vmbra naturalis rationis viuebant,
inter prima iuris precepta recēsentes, ne quē ledamus calumniose.
Innocentius Romanus pōtifex in. c. vlti. de prescrip. quoniā omne
(inquit) quod non ex fide, peccatum est. Et paulo infra, vnde opor-
tet, quod qui prescribit, in nulla temporis parte, rei habeat cōscien-
tiam aliene. Ulpianus in. l. sed ⁊ si lege. §. de eo. ff. de peti. heredi.
de eo autem (ait) loquitur Senatus, qui ab initio mente predonis
res hereditarias apprehendit. Quod si ab initio quidem iustam cau
sam habuit adipiscende possessionis, postea vero conscius, ad se
nihil hereditatē pertinere, predonis more versari cepit, quāuis ni-
hil Senatus de eo locutus est, puto tamen ⁊ ad eum mentem se-
natusconsulti pertinere. Parui etenim refert, ab initio quis do-
lose in hereditate sit versatus, an postea hoc facere ceperit. Et ha-
ctenus quidem de bona fide possessoris.
21 ¶ Sed quid dicemus de mala fide autoris † qui rem alienā sciens
tradit, nec dixit accipienti, an noceat possessori, cū sit bone fidei. In
hoc apud veteres nōnihil variatū est. Juriscōsulti Romani qm̄ fre
quentissime accidebat, res a male fidei possessoribus tradi, cum id
accipiēs diuinare nō posset, existimabāt fraudē autoris nihil obesse
successori, qui ex titulo particulari rem accepisset, nec vellet vti ac-
cessione autoris. Ulpianus in. l. an vitiū, in prin. ff. de diuer. ⁊ tem-
po. prescrip. ⁊ in. l. apud celsum. §. de autoris. ff. de dol. ⁊ met. ex-
ceptio. De autoris (inquit) dolo exceptio emptori nō obijcietur. Si
autē autoris accessione vtitur, equissimū visum est, eum, qui ex per-
sona autoris vtitur accessione, pati dolum autoris. Et per hoc eque
traditur, rei quidem coherentem exceptionem etiam emptori noce-
re, eam autem, que ex delicto persone oritur nocere nō oportere. Et
22 hoc in titulo particulari. In titulo † autē vniuersali, perfidia testa-
toris nocebat, ⁊ nunc quoqꝫ nocet heredi. Julianus in. l. cum heres.
ff. de diuer. ⁊ tempo. ꝑscrip. Cum enim heres (inquit) in ius omne
defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit.
¶ Hodie vero mala fides autoris, nocet omnibus successoribus,
etiam particularibus quātūuis bone fidei, vsqꝫ ad. xxx. annos. s. cum
verus dn̄s ignorat rei sue alienationem factam, quod si intellexerit
quocunqꝫ modo, nec voluerit persequi ius suū, sufficit longum tem-
pus ad defendēdū bone fidei possessorem, nec obstat autoris vitium.
auc. male fidei. C. de prescrip. long. tempo. Constituit hoc Justinia-
nus respiciens ad puritatem Christiane religionis, que nō admittit
vllo modo iacturam proximi ignorantis. Quod tamen quomodo in-
telligendum sit, inferius apparebit. Interim videamus quanto tem
pore debeat esse continua bone fidei possessio.

Temporis lege diffiniti.

Uarijs aūt mo-
dis ab olim diffi
nita sunt tēpora ad vsucapiēdū, alijs aliā diuturnitatē ipsis dominis
vt res suas inquirerēt, sufficere existimātibus. In hoc tn̄ cōsenserūt
oēs, ꝙ tēpus diffinitū continuo numerari oporteret. Paulus in. l.
nūquā. §. j. Caius in. l. naturaliter. ff. de vsucap. ꝙ vtiqꝫ nō tā dura
interpretatione accipiendū est vt a momēto ad momētū tēpus com-
23 putandū esse credamus, sed ita † quod dies ceptus, habeatur pro
completo. Ulpia. in. l. in vsucapionibus, cum. l. seq. ff. eo. titu.
¶ Sed quantum ad diffinitionem temporis attinet, cuius hic fit
mentio, veteres olim ad vsucapionem rerum mobilium, vbiqꝫ annū
constituebant, immobilium vero biēnium, sed in italico dūtaxat solo.
Noluerunt enim in prouincijs itidem procedere vsucapiones rerū
immobilium, sicut ⁊ ius patrie potestatis, proprium erat ciuium ro-
manorum. §. ius autem. institu. de patri. potestate.
24 ¶ Justinianus vero † sublata locorū differētia, cōstituit, vt res mo-
biles triēnio, immobiles autē longi temporis possessione, id est, inter
ꝑsentes decēnio, inter absentes. xx. annis vsucapiantur. insti. de vsu-
ca. in prin. l. j. C. de vsuca. transforman. Unde constat, apud veteres
dictam fuisse longam possessionem, duorum annorū, quam nunc. x.
⁊. xx. ann. appellamus. Et hactenus de vsucapionibus, que ad ac-
quirendum dominium principaliter pertinent.
¶ Prescriptiones vero que alio spectant quam ad rerum domi-
nia, de quibus etiam in hoc libello tractaturi sumus, hoc modo lice-
25 bit describere. Prescriptio † est legitima diffinitio temporis, ideo
constituta, vt in omnibus negotijs oportunitas cum tranquilitate re-
tineatur. Nec sane opus est hic supernacanea declaratione. Nemo
enim non videt, has omnes prescriptionum species eo pertinere, ne
quid in republica, vel tardius, vel prematurius fieret, quā equum ⁊
bonum videretur. Porro, in rebus tractandis, alias ad diligentiam
exercendam, alias ad precipitationem euitandam, vrgendi sumus
prefixis temporum metis.
¶ Ut ecce, prescriptiones. xxx. ⁊. xl. anno. primario respectu ad ac-
quirendum dominium non sunt introducte, cum. x. ⁊. xx. annorum
sufficerent, nec igitur ad hoc principaliter spectant. Uerūtamen si
quis tāto tempore possederit, ex iusta causa ⁊ bona fide, haud dubie
vsucapiet. Quia si. xx. anni sufficiunt, multo magis sufficient. xxx.
⁊. xl. Justinia. in. l. si quis emptionis. in prin. C. de prescri. xxx. ann.

¶ Quorsum igitur respiciunt iste prescriptiones longissimi tempo-
ris? Ad hoc nimirum introducte sunt, vt esset aliquis extremus li-
tium terminus inter homines quomodocunqz possidentes, ne pro-
pter paucos malos, omnia dominia prorsus perpetuo essent incer-
ta. l. cum notissimi, in prin. C. dic. titu. perspeximus (inquit Justinia-
nus) hoc quoqz emendare, ne possessores eiusmodi prope immor-
tali timore teneantur. Erant autē huiusmodi longissime prescriptio-
nes antiquis legislatoribus incognite, quod proculdubio lites non
tam essent frequentes, q̄z posterioribus seculis in maiorem semper
discordiam degenerantibus, omnia tribunalia rixis scatere ceperūt.
Itaqz mens Imperatorum non fuit, per diffinitionem longissimi tē-
poris, calumniaz male fidei possessorum defendere, aut dominos fa-
cere eos, qui iure fieri non possent propter lesam aliene rei conscien
tiam, sed quod esset semel finis litium, ne post tantuz tempus admit-
teretur vllus actor ad disputandū de bona aut mala fide possessoris.
Neqz enim credēdum fuit, omnes homines fraudulentos fore. Qd
si vtcūqz vnus aut alter futurus esset, certe non debuit idcirco vni-
uersa respublica eternis litibus conquassari, et sub incerto relinqui,
26 num quis secure res suas possideret. Proinde, ob publicaz † tran-
quilitatem constitutuz est, omnes actiones tam in rem quam in per-
sonam, speciales iuxta et vniuersales, prescriptione. xxx. ann. eleuari
posse. Et generaliter, cuilibet iuri, priuato vel publico, saltem. xl. an-
nis prescribi, vt possessor qualiscunqz, possit longissimi temporis ex-
ceptionem, vel ante, vel post litem contestataz opponere. l. sicut. et l.
omnes. C. de prescrip. xxx. anno.
27 ¶ Effectus ergo longissime prescriptionis est † vt et ipsa bone fi-
dei possessori, multo magis q̄z longi temporis vsucapio, ex legitima
causa procedens, prestet actionez et exceptionem. Actionem, si pos-
sessionem amiserit, vt repetat, exceptionem, si alius aduersus eum e-
gerit, vt se defendat. Alioqui, male fidei possessor, exceptionez dū-
taxat habet, non qd lex eius dolum probet aut defendat, sed vt sit fi-
nis litium. d. l. si quis emptionis. §. j. porro iste regule iuris natura-
lis, non concupisces rem alienam, male fidei possessor nūquā vsuca-
pit, in suo perdurant ordine, non refutantur a iure ciuili. Deute. v.
et c. vigilanti. c. vlti. de prescriptio. quare vnumquēqz oportet exami
nare seipsum, qua fide possideat, sciturus, in speciem nihil ad se per-
tinere longissimi temporis exceptionem, quia vitiosam possessionem
non iustificat, multo minus tunc dat dominium, sed dūtaxat genera-
liter omnibus controuersijs post tantum tempus precludit viam.
Unde imperator in. d. §. j. indignum presidio iuris pronuntiat male
fidei possessorem.
28 ¶ Sed aget ne † bone fidei possessor post completam vsucapionē
aduersus verum dominum, ad quem forte peruenit possessio? Re-
spondeo, vtiqz agere potest, sicut Accursius in. l. si quis emptionis,
in prin. C. de prescrip. xxx. anno. recte probat secundū Joannez, bo-
nis rationibus. Quia si vsucapio transfert dominium a domino, cur
non etiam ius agendi, in bone fidei possessorem. l. eum qui edes. ff.
de vsucap. item, si ante completam vsucapionem habet ius agendi,
cur non postea plus iuris habuerunt?

SVMMARIUM

1 Res nostra ad alium sine facto nostro transferri non potest.
2 Tempus obligationem nec constituit nec tollit.
3 Locupletior fieri nemo debet cum aliena iactura.
4 Traditione non semper transfertur dominium, sed ita demum, si tradens est dominus.
5 Regula inferior superiori regule cedere debet.
6 Alienandi rem suam affectum quodammodo habere videtur, qui eam longo tempore negligit.
7 Prescriptio ob publicam pacem est introducta, ac proinde priuatis commodis preferenda.

q

Uo magis intelligatur vis

simul atqz vtilitas vsucapionis, et prescriptionis, exercea
mus hic equitatis inuestigationem, re in vtrāqz partem
expensa, iurisconsultorum exemplo in. l. j. §. quesitum est. ff. quor. le-
gato. et l. j. §. accusationem. ff. ad senatusconsul. turpilia.
¶ In primis itaqz videri posset alicui, vsucapionem et prescriptio-
nem iniquam esse. Est enim iustissima regula, id † qd nostrum est,
1 sine facto nostro ad alium transferri non potest. Pomponius in. l.
id qd nostrum. ff. de regu. iur. et propterea labeo in. l. in omnibus. ff.
de act. et obli. in omnibus (inquit) que dominium transferunt, cōcur-
rat oportet affectus ex vtraqz parte cōtrahentiū. Sed in vsucapiōe
et prescriptione, regulariter nullum factum, nullus affectus domini
interuenit. Ergo fuerit iniustum, auferri ab eo dominium.
2 ¶ Preterea, tēpus † neqz cōstituere pōt, neqz tollere obligationē. l.
obligationum fere. l. placet. ff. de act. et oblig. Dominium aūt maius
est obligatione. Igitur absurdū videtur, per tēpus tolli dominium,
cum id quod minus est, videlicet obligatio, tolli non possit.
3 ¶ Deniqz natura equum est neminē † cum alterius detrimento lo-
cupletiorē fieri debere. l. nam hoc natura. et l. hec cōditio. ff. de cōdi.
indebi. l. rerum quidē, in fi. ff. de act. rer. amota. l. si pupilli. §. sed et si
quis. ff. d nego. gest. l. iure nature. ff. de reg. iur. et l. si quis. §. vlti. ff. d
insti. act. cum autē vsucapio et pscriptio adijciat dominiū aliene rei,
certe locupletari vr̄ possessor cū aliena iactura, refragante equitate.
¶ His atqz alijs id genus primo aspectu speciosis rationibus, incau
tior quis facile falli possit, nisi alteram quoqz partem oculatus inspi-
ciat, vt certe plerisqz erroris ansam prebuit, qd rem vsucapionis ad
veram normam equitatis non satis exegerunt.
¶ Itaqz neminem latet, alienationes inter homines frequētissimas
esse, cum per cōtractus, tum per vltimas volūtates. Quid enim fre-
quentius est, quā qd res quibus indigemus, ab vno transferantur ad
alium, ppter vsum transigēde vite necessariū? argumē. l. vlt. ff. de le-
gi. iam nemo factū alterius scire potest, vtrū tradens sit dn̄s, an non
4 sit. Proinde † si dn̄s est, dominiū tradendo transfert. Si nō est do-
minus, nihil ad eum qui accipit, transfertur. Ulpianus in. l. tradi-
tio, in princi. ff. de acquiren. rer. domi. si igitur liceret priori domino
quocunqz tempore venienti, petere rem a possessore, sequeretur fere
neminē aliquid secure possidere, cum possessor nollet petitori, nec
petitor possidenti cedere, cōcurrentibus ad rixas cognatis vtriusqz
partis, nō posset cōstare vlla in republica tranquillitatis scintilla.
¶ Itaqz extrema rerum necessitas, et publica salus exigebat, tēpo-
rum diffinitionibus et vsucapionum modis, dirimi infinitas contro-
uersias hominum, quas auaritia, omnium malorum radix, sepe sup-
peditat. §. considerauimus, ad fi. in auc. vt iudi. sine quo. suffra. Ha-
bes igitur ineuitabilem causam introducende vsucapionis et prescri-
ptionis, restat, vt obiecta declaremus potius quā refellamus, quia
non refragantur, si recte percipias.
¶ Principio, nō oportet ignorare, gradus quosdā esse in colligen-
do iure et equitate. Nam sicut in rerū natura aliud alio melius et de-
terius est, vt dicit Ulpianus in. l. vbi autē nō apparet, in princ. ff. de
verb. obli. ita inter iuris et equitatis regulas, alia superior est, alia in-
5 ferior, siue de negotijs, siue de delictis tractetur. Cōueniēs † autem
est, inferiorē regulaz, superiori cedere, argu. l. j. §. vlti. ff. de aqua plu.
arcen. si tn̄ (inquit Ulpianus) lex nō sit agro dicta, agri naturā esse
seruandā, et semper inferiorē superiori seruire, atqz hoc incōmoduz
naturaliter pati inferiorē agrum a superiore. Inferior equitatis re-
gula est, ea que semel placuerunt, esse seruanda. Ulpianus in. l. j. in
princ. ff. de pac. superior regula est. Pacta que turpem causam con-
tinent, nō sunt obseruanda. Paulus in. l. si vnus. §. pacta. ff. eo. titu.
hec enim ad publicam vtilitatem, illa ad priuatam refertur.
¶ In re proposita igitur, cum ea que superius allegata sunt, perti-
nent ad priuatum cōmodum, vel incōmodum, et vnius vel alterius
personam solum respiciunt, vsucapio autē et pscriptio publicam vti-
litatem, atqz (vt vere dixerim) statum reipublice concernunt. Ergo
que diuersis rationibus sic generaliter discreta sunt, ea certe nihil
repugnant. Uidemus tamen in speciem, quomodo non aduersentur
vsucapioni et prescriptioni.
¶ Primum argumentū ductū ex regula, id qd nostrum est, sine fa-
cto nostro ad alium transferri nō potest, nihil prorsus obstat. Quia
6 vtiqz † in vsucapione et prescriptione quodammodo adfectus alie-
nandi dominij interuenire censetur, cum quis tanto tēpore rem non
persequitur et negligit, iuxta. l. alienationis. ff. de verb. signifi. Quā-
quam si donemus exempli causa, rem alicui post tanta tēporum in-
terualla propter publicam pacem plane auferri, non tamen id fuerit
iniustum, quandoquidem propter vtilitatem publicam, vt boni sint
quieti, et mali terreantur, permissuz est, vel vltimo supplicio, vel alio
modo ipsam quoqz personam scelerati hominis e medio tollere, que
nullis vtiqz bonis estimanda fuerit.
¶ Secunda vero obiectio, que a similitudine obligationis colligit,
multo minus quicquam efficit. Quia non loquitur allegata. l. obli-
gationum, de tempore vsucapionis vel prescriptionis, sed de tempo
re opportuno a contrahentibus diffinito, quod ipso quidem iure,
neqz constituit, neqz adimit obligationem, verūtamen per exceptio-
nem tollit. §. at si ita. institu. de verbo. obliga. l. iiij. ff. de serui. proin-
de, neqz hic, cum de vsucapione tractatur, dicimus sufficere tempus
nudum, sed exigitur ex legitima causa traditio, ex traditione posses-
sio bonefidei, postremo vsus tanti tēporis. Manca igitur collectio
est, tempus non producit obligationem, vsucapio fundatur in tem-
pore, ergo vsucapio est iniusta.

¶ Tertia

¶ Tertia deniq̃ ratio, que ducitur ex. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. nõ solum non impugnat, veruẽetiam efficacissime defendit vsucapionem. Nam potius is, qui post tanta temporis internalla non petit rem, afficere vult possessorem detrimento, hoc est, iactura rei, vel estimationis. Ille vero, qui pro suo, bona conscientia rem diffinito tempore possidet, iure suo vtitur, nec vlli facit iniuriam.

¶ Uides, quam summa equitate constent vsucapiones ⁊ prescriptiones: quam longe referat publicam vtilitatem preferri priuatis cõmodis: Et interim indubitatum sit, tota via errare illos, qui prescriptiones distinguunt in fauorabiles, odiosas, rigorosas, ⁊ mixtas, ex quorum numero Gratianus quoq̃ est, salua viri reuerentia. xvj. questione. iij. §. prescriptionum. Respexerunt enim dũtaxat ad priuatorum vtilitatem, cum (vt iam probatum est) omnes vsucapiones ⁊ prescriptiones, a breuissima vsq̃ ad longissimam, ex eadem causa sint, videlicet publice salutis ⁊ tranquillitatis.

7 ¶ Sic † ergo colligendum est, quicquid publice prodest, summo fauore dignum censetur, omnis prescriptio seu diffinitio temporis, ad retinendam oportunitatem ⁊ concordiam, publice prodest, ergo fauorabilis est censenda. Maiorem eleganter probat Cicero lib. officiorũ. j. ⁊ de senectute disserens, refert Quint. Fabium Maximum, cum augur esset, dicere solitum, optimis auspicijs ea geri, que pro reipublice salute fierent, que contra rẽpublicam ferrentur, cõtra auspicia fieri. Iustinianus in. l. j. §. vltimo. C. de cad. tolleu. ⁊ in auc. de heredib. ⁊ falcid. in princi. Pomponius in. l. j. ff. soluto matrimo. dotium causa (inquit) semper ⁊ vbiq̃ precipua est. Nam ⁊ publice interest, dotes mulieribus conseruari. Sunt id genus infinite sententie in legibus. Minorem vero tradunt Caius in. l. j. ff. de vsucapio. Neratius in. l. vlti. ff. pro suo. Quinimo, ex his que dicta sunt constant, quod vsucapiones introducte sint, etiam illorum ipsorum interesse, quorum res vsucapiuntur. Nam si eis permitteretur, nulla temporis ratione habita, in rem agere, possent ⁊ alij simili iure aduersus eos vti, futurumq̃ esset, quod nihil secure possiderent, sicut Imperatores grauiter rescripserunt quibusdam postulantibus rescindi contractum emptionis ⁊ venditionis, in. l. ratas manere. C. de rescinden. venditio. iunge. l. cum notissimi, in princi. C. de prescrip. xxx. annorum.

SVMMARIVM

1 Male fidei possessor non vsucapit.
2 Possessor bone fidei in materia vsucapionis quis dicatur.
3 Contractus bone fidei quamobrem sic dicti.
4 Usucapione completa si cognouerit possessor rem vsucaptam esse alienam, teneatur ne eam restituere.
5 Bona fide possidere in dubio quinis presumitur.
6 Prescriptio non admittitur aduersus leges humanas, multo minus aduersus diuinas aut naturales.
7 Error iuris naturalis veniam non meretur.
Dispensatio aduersus ius naturale non admittitur.
8 Prescriptione temporis nõ iuuantur qui alieno nomine possident.
9 Magistratus obedientiam subditi detrectare non possunt pretextu longi temporis prescriptionis.
10 Furtiue res vel vi possesse vsu non capiuntur ab ijs etiam qui eas bona fide acceperint.
11 Prescriptio. xxx. anno. locum habet etiam in rebus furtiuis vel vi possessis.
12 Usucapio locum non habet in rebus sacris, sanctis, aut publicis.
Dotales res ante solutum matrimonium vsu non capiuntur.
13 Iudex vsucapere non potest, quod turpiter ac contra legem Iuliaz repetundarum accepit.
Magistratum oportet in primis ab omni auaritia alienum esse.
14 Seruitutes discontinue vsu non capiuntur.
15 Seruitutes continue vsu capi possunt.
16 Seruitutes discontinue vsucapi possunt per lapsum eius temporis cuius initium memoriam hominum excedit.
17 Prescriptio temporalis an ⁊ quibus in causis minoribus opponi possit.
18 Prescriptio non currit ei, qui impeditus est quo minus agat.
Filiofamilias in potestate patris existenti non currit prescriptio.
19 Prescriptiones tempore bellorum cessant, quod etiam ad tempus pestis quidam extendunt.
20 Hereditati iacenti non currit prescriptio.
21 Usucapio nonnunquam impeditur per interruptionem.
Usurpatio iurisconsultis quid significet, quid item Rhetoribus.
22 Interruptio vsucapionis duplex.
Interruptio naturalis qua ratione contingat.
23 Interruptio ciuilis quomodo fiat.
24 Interruptio naturalis a ciuili quid differat.
25 Usucapio triennalis qua ratione interrumpatur.
26 Usucapio longi temporis quo modo interrumpatur.
27 Prescriptiones longissimi temporis per solam in ius vocationem interpellantur.
28 Prescriptiones temporales actionibus criminalibus opponi solite quo modo interpellantur.
29 Usucapio rerum incorporalium quo modo interrumpatur.
30 Potentia vel absentia vsucapientis impediente litis contestationem, qua ratione consulatur ei qui vsucapionem vult interrumpere.

9 **Uanquam autem vtilis, a**deoq̃ necessaria res sit vsucapio ⁊ prescriptio, nõ tamen tam indiscriminatim procedit, ne aliquando ꝑpter varias rerum ac personarum circunstantias deneganda sit.

1 ¶ In primis itaq̃ male fidei possessor † non vsucapit, nec vllo temporis lapsu rem alienam acquirere potest, vt supra probatum est. Modestinus in. l. bone fidei. ff. de verbo. signifi. bone fidei emptor (inquit) esse videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse, aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorez, aut tutorem esse.

2 ¶ Sed quare in materia vsucapionis precipue bone fidei possessor † significat eum, qui rem a non domino accepit, cum in omni cõtractu oporteat interuenire bonam fidem, alioqui ex dolo malo precedente aut incidente, irritum fit quod agitur. Ulpianus in. l. ⁊ eleganter, in princi. ff. de dolo malo: Respondeo, ius ⁊ conditio vsucapiendi, principaliter dependet ex bona fide, hoc est, ex iusta ignorantia rei aliene. Ergo appositissime is, qui per vsum temporis rem suam facit, bone fidei possessor nuncupatur, quia lex illam bonam fidem agnoscit, supplet, tuetur, per hoc tamen nemini permittitur mala fides, ⁊ dolus in alijs negotijs. Quemadmodum † enim con-
3 tractus bone fidei dicuntur, in quibus per legitimam interpretationem veniunt etiam ea, que cõtrahentes forte ob simplicitatẽ nõ satis expresserunt, ad differentiã cõtractuũ stricti iuris, in quibus nõ habetur ratio nisi eorũ, que vere sunt ⁊ nominatim acta, nõ autẽ ad differentiam cõtractuũ ex calliditate ⁊ dolo malo ꝓcedentium, ita bone fidei possessores appellantur, ad differentiam eorũ, qui ratione veri dominij, quod a domino in eos translatum est, possident, in qua possessione nulla interpretatione aut supplemento legis opus est, non autem ad differentiam illorum, qui per fraudem vel rapinam possident, quos nunquam vsucapere expeditum est.

4 ¶ Quid autem dicemus † post completam vsucapionem seu prescriptionẽ, si mala fides ⁊ cõscientia rei aliene incidat, num restituere vero domino debeat: Panor. fm gloss. in. c. vigilanti. de prescri. argumentatur summo iure, nunquam esse restituendam rem semel vsucaptam. Mihi vero Alani sententia videtur equior, vt distinguamus inter titulum seu causam possessionis onerosam, ⁊ lucratiuam. Nam qui ex causa onerosa, vtpote emptionis, rem possedit ⁊ vsucepit, is cum detrimento suo non videtur teneri ad restituendam eam, vtut resciuerit alienam esse. Iuste enim possidet, qui autore pretore, aut lege possidet. l. qui pretore. ff. de acquir. pos. Augu. viij. distin. quo iure. Si vero ex causa lucratiua, scilicet donationis, rem habeat, debet eam vero domino, etiam post vsucapionem restituere. Nullum enim in hoc patitur damnum, exemplo. l. qđ autẽ. §. simili modo. ff. que in fraud. credi. nec videtur (inquit Ulpianus) iniuria affici is, qui ignorauit, cum lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. Hic enim obstant naturalia ⁊ diuina precepta, non furaberis, non concupisces rem alienam.

5 ¶ Illud ignorandum † non est, quod in dubio presumitur bona fides, nisi probetur contrarium. Qui enim dolum seu malam fidem allegat, agendo vel excipiendo, probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. l. super seruis in princi. C. qui milita. pos. vel non, lib. xij. Licere dominis (ait Iustinianus) adire competentem iudicem, ⁊ suam ignorantiam eo, quod contrarium minime probatur, ostendere.

6 **Aduersus leges** † humanas, nulla annorum prescriptio admittitur. l. vbi lex. ff. de vsucap. vbi lex (inquit Pomponius) inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Multo minus ergo aduersus diuinas ⁊ naturales leges valebit vllum longum tempus. Quia diuina ⁊ naturalia iura, semper manent firma atque immutabilia. §. sed naturalia. institu. de iur. natu. gẽti. ⁊ ciui. Adeo, vt nullus error

7 † iuris naturalis veniam mereatur.l.veniam.C.de in ius voc. Alioqui ⁊ furta, homicidia, rapine, ac alia id genus delicta, per tempus excusari possent, quoniam his (autore Sathana) nihil in mundo antiquius est. Accedit quod romanus pontifex, negat vllam hominis dispensationem admitti aduersus ius naturale et diuinum.c.literas. de restitu.spolia.c.vlti.de prescrip.

8 **Coloni** † precario possidentes, vsufructuarij, creditores, cõmodatarij, depositarij, emphiteote, vasalli, superficiarij, item generaliter omnes, qui alieno nomine possident, aduersus eum a quo possessionem habent, nullo tẽporis pretextu iuuantur, quia bona fide carent, scientes proprietatem rei ad alios pertinere, quãquã ⁊ ipsi ius in ea habeant.l.ij.C.de prescri.xxx.anno.§.vsufructuarius.insti.per quas perso.nob.acquiri.l.nõ solum.§.qui pignori.ff.de vsuca.l.nec creditores.C.de pign.act.vnde nihil huic refragatur id qđ dr̃, in.§.si quis per.xxx.annos.si de feu.defunc.conten. sit inter do.⁊ agna.vasal.in vsib.feu.quia non prescribit dño in proprietate, sed solum in eo, qđ inuestitus videatur vasallus post tantuꝫ tẽpus, etiam si reuera non sit vnquã ei tradita possessio, que proprie est inuestitura.c.j.in princip.quid sit inuestitu.ibidem.

¶ Huc pertinet, quod Vlpianus in.l.nunquã.ff.de vsucap. nunquam (inquit) superficies sine solo capi longo tempore potest. quasi dicat, aduersus dominum ipsum cuius solum est, non potest vsucapio procedere. Jus autem superficiei, vtiqꝫ per tẽpus acquiritur.l.cum sponsus.§.in vectigalibus.ff.de publi. Adde.l.generaliter.ff. de acquiren. possessione.

9 **Subditi** † aduersus legitimam obedientiam magistratus, nullam prescriptionem allegare possunt. Enimnero, iure diuino ⁊ humano talis obediẽtia precipitur. Apostolus romano.xiij.⁊ in auct.vt omn.obedi.iudicib.prouincie. in princi.§.j. ⁊.ij.si quis autem voluerit eximi iudicum potestati, faciat id quod bonum est, ⁊ non timebit magistratum.

10 **Res mobiles** † furtiue, vel immobiles vi possesse, vsu non capiuntur, etiaꝫ ab ijs qui bona fide eas acceperint, propter vitium furti ⁊ violentie, quod sequit̃ res ipsas, quocũqꝫ peruenerint, excepto domino apud queꝫ purgat̃ hoc vitiuꝫ.§.furtiue.institu.de vsucap. Paulus in.l.iiij.§.quod autem.⁊.§.tunc in potestatem.ff.eo.titu.

¶ Sed hic forte dubitauerit aliquis. Si vitium sequit̃ rem quoquo versus, quomodo locũ habebit vsucapio? Naꝫ primũ alienans rem, vtiqꝫ intellexit alienã esse. Ergo furtũ fecit alienãdo, iuxta vulgataꝫ regulã? Rñdet Justinianus in.§.sed tamẽ.insti.de vsuca. Paulus in.l.potest pluribus.ff.eo.titu.põt (inquit) pluribus modis accidere, vt quis rem alienã, aliquo errore deceptus, tãquã suaꝫ vendat forte, aut donet, ⁊ ob id a bone fidei possessore res vsucapi possit, veluti si heres rem defuncto cõmodatã, aut locatã, vel apud eum depositaꝫ, existimans hereditariã esse, alienauerit. Item, si quis aliqua existimatione deceptus, crediderit ad se hereditatẽ pertinere, que ad euꝫ nõ pertineat, ⁊ rem hereditariã alienauerit. His casibus nullũ contrahitur in re vitium, furtum enim sine affectu furandi non cõmittitur. Ergo, nihil est, qđ vsucapionem impediat. Paulus in.l.furtum.in princ.ff.eo.titu.⁊ in hoc nihil mutatum est hodie.

¶ In rebus autem immobilibus expeditior olim erat vsucapiendi causa, quoniam furtum earum non cõmittebatur, abolita quorũdam veterum sententia. Vnde, si quis sine vi nanciscebatur alieni fundi possessionem, que vacaret, vel negligentia domini, vel quia dominus sine successore decessisset, vel quod heres possessioneꝫ non apprehendisset, vel quia dominus tam diu abfuisset, vt verisimile videretur eum dereliquisse possessionem, his speciebus ipse quidem primus possessor vsucapere non poterat, quoniam intelligebat se alienum possidere, ⁊ ob id mala fide possidebat. Sed si alij bona fide accipienti tradidisset, is vsucapiebat.§.quod autẽ.institu.de vsucapio.l.quare ipse.ff.eo.titu.

¶ Justinianus vero non ab re constituit eos qui vacuam possessionem aliene rei propria autoritate occupant, si fures subtilitate iuris videri non possunt, certe predones censendos esse. Ideoqꝫ nullam hodie vsucapiẽdi cõditionẽ, ex delicto possunt alijs, velut bona fide accipientibus, adferre.l.vltima.C.vnde vi. Ridiculũ etenim est (inquit) dicere vel audire, qđ per ignorantiaꝫ alienam rem aliquis quasi propriam occuparit. Omnes autem scire debent, quod nõ suum est,
11 hoc ad alios modis omnibus pertinere. ¶ † Prescriptio tamen triginta annorum locum habet, non quia lex prohibet huiusmodi possessionem, multo minus quod dominum eum per vsucapionem faciat, sed quia generaliter neminem vult audiri post tanta tempora, non vult turbari publicam tranquilitatem eternis litibus, propter alios quoqꝫ possessores longissimi temporis, qui vtiqꝫ boni viri sunt, ⁊ res sine fraude habent.

12 **Res sacre** † sancte, publice, tributa, ⁊ id genus res Ciuitatum, nullam admittunt vsucapionem. Caius in.l.vsucapionem.ff.de vsucapio.§.res fisci.institu.eo.titu.l.cõpetit.C.de prescrip.xxx.anno.l.via publica.ff.de via publica. Multo minus ea que supreme potestati reseruata sunt, tolluntur vllo tempore, vt vulgo appellant regalia, de quibus in titu.que sint regalia. in vsib.feud. Huc pertinet.titu.C.ne rei dñi.vel templo.

Dos ante solutum matrimonium, a prescriptione exempta est. Triphonius in.l.si fundum.ff.de fund.dotal.l.in rebus.§.vltimo.C.de iure dotium.

Quod contra legem iuliam repetundarum turpiter
13 † datum est iudici, cuius ⁊ manus ⁊ oculos innocentes esse oportet, nulla vsucapione acquiritur illi, vel heredibus eius. Idem dicendum est de venditionibus aut locationibus, pluris minorisve eo nomine factis, quoniam irrite sunt, nec vllo tempore confirmantur. Paulus in.l.quod contra.ff.ad.l.iuli. repetun.l.bonefidei, in princ.ff.de acqui.rerum domi. quare autem leges tam vehementer execrentur corruptuꝫ animi iudicium in magistratibus, eleganter tractat Justinianus in nouel.vt iudi.sine quo. suffrag.§.tametsi enim. Et ꝑfecto (inquiens) quod sacra docent eloquia, admiratione dignum simul ⁊ verissimum est, nempe, auaritiam omnium malorum matrem existere, ⁊ maxime, cum animis non priuatorum, sed magistratuum innascitur. Quis enim absqꝫ metu periculi non furetur, quis non secure latrocinetur, conuersis ad Magistratum oculis, vidensqꝫ, illum omnia auro habere venalia, confidens fore, vt nihil tam turpe admittat, quod non data pecunia possit redimere?

14 **Seruitutes** † que continuum vsum non recipiunt, vsu quoqꝫ non capiuntur, vt sunt fere seruitutes vrbane ⁊ rustice. Paulus in.l.seruitutes prediorũ.ij.in princi.ff. de seruitu. Nemo enim (ait) tam perpetuo, tanqꝫ cõtinenter ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. Verũtamen, cum predijs ipsis, quibus debentur, vsu captis, simul etiam ad bonefidei possessores perueniunt, ⁊ quantuꝫ ad effectum rei attinet, quodammodo vsucapi videntur. Sic accipe Vlpianum in.l.si aliena.§.j.ff.de vsucapio. ⁊ Paulum in.l.quedam caium in.l.seruus. qui bona fide.§.incorporales.ff.de acqui.rer.domi. Et ibi Accur-
15 sius tractat. Ceterum, seruitutes † que continuam causam habent, sicut aquam ducere, tignum immissum habere, vsu recte capi ad instar rerum immobilium.x.annis inter presentes, ⁊.xx.inter absentes, absolutum est, in.l.si quis diuturno, in princi.ff.si serui.vendicet.l.si aquam per possessionem.C.de seruit.⁊ aqu. Nec in his requiritur titulus, sed satis est annos probare, qui incipiunt a die, quo vsus est quasi possessor seruitute, scilicet non vi, non precario.d.l.si quis, in princi.paulus in.l.vlti.seruitute (inquit) vsus non videtur, nisi is qui suo iure vti se credidit. Vlpianus in.l.j.§.iulianus ait.ff. de itine.actuqꝫ priua.

16 ¶ Quod autẽ paulo ante dictum est, seruitutes † que cõtinuã causam non habent, non vsucapi, intelligendum est de tempore.x.xx.xxx.⁊.xl.annorum, non de eo tempore cuius non extat memoria apud homines viuentes, quando ceperit. Vlpianus in.l.j.§.vlti.ff. de aqua plu.arcen.si tamen (ait) agri lex non inueniatur, vetustatem vicem legis tenere. Paulus ibidem in.l.ij.§.idem labeo. Plane (inquit) si fossam iure factam, aut cui memoria non extat, agi tecuꝫ posse aque pluuie arcende, vt reficias. ⁊ in.§.seq. pulchre declarat, quomodo probetur, non extare memoriam. Vlpianus in.l.hoc iure.ff.de aqua quoti.⁊ esti. Ductus aque (ait) cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur. Que iurisconsultorum responsa, si diligenter conferas, videbis quantam vim habeat tempus in vicissitudine rerum mortalium. Est enim vice legis, est vice constituti, est loco consensus, breuiter, nihil non potest mutare, vt desinant quidam mirari, quomodo directum dominium tribuat. Sic etiam, vbi interdicitur vsucapionibus, ibi vtiqꝫ tam infinitum tempus locum habet. Quod nota diligenter ad stabiliendam omnium rerum presentem politiam, qua contenti esse debemus, ⁊ non ita faciliter ad innouationes externarum rerum moueri, sicut nunc pleriqꝫ suadent.

17 **Minoribus** † .xxv.annis, quibus olim per restitutionem in integrum subueniebatur, hodie nulla prescriptio opponi potest ipso iure. Justinianus in.l.vlti.C.in quib.cau.in integ.resti.non est neces. Melius etenim est (inquit) intacta eorum iura seruari, quam post causam vulneratam remedium querere. Tritum adagium est apud Suidam, satius est initijs mederi, quam fini.

¶ Sepe tamen prescriptio currit minori, aduersus quã restituit̃, si petat.

petat. Primum, praescriptiones temporales statutorũ, vbi de dãno minoris euitando tractatur, non procedunt ipso iure aduersus eũ. In lucris vero captandis, minori perscribitur, sed restitutio non est deneganda. Bar. in .l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iur. deinde, praescriptione testamentarie, hoc est quas testator diffiniuit agendis negotijs, minori obstant, sed tamen restituendo in integrum. Ulpianus in .l. iij. §. ꝛ si. ff. de minori. Et si (inquit) heres sit institutus, si a patre in diebus centum emancipatus sit, moxqz patrẽ debuerit certiorare, nec fecerit.

¶ Ad hec, praescriptiones temporales in iudicijs obseruande per autoritatẽ legis vel iudicis. Ueluti de ꝓsequenda causa, de exhibendis instrumentis, de appellationibus, ꝛ cetere id genus, tenent minorem, nisi restitutionem impetret. Ulpianus in .l. ait pretor. §. vlti. ff. de mino. itẽ (ait) in eremodicijs eis subuenitur. Eremodicia, pro eo dixit qđ est, desertis causis non prosequi iudicium, ꝛ abesse. Deniqz, praescriptiones temporales quibus contrahentes ex placito vtuntur, puta de soluendo intra certum tempus pretio, vel de tradenda re, nocẽt similiter minoribus. Paulus in .l. emilius Largianus. ff. de mino. Bar. in .l. j. ff. ex quib. cau. maio. Adde qđ praescriptio aduersus exceptionem non nume. pecu. currit minori verũ restituendus est. l. si intra. C. de non nume. pecu.

¶ Sunt tamen quedã praescriptiones, sine vlla spe restituendi procedentes aduersus minorẽ. Ut sunt accusationes iniuriarũ, ꝛ accusatio iure mariti, item causa status defuncti, ꝛ non numerate dotis. Triphonius in .l. auxiliũ. ff. de mino. papinianus in .l. ij. ff. ne de sta. defun. Nec in ea re (inquit) que publicã tutelam meruerit, pupillis agentibus restitutionis auxilium tribuendum est. l. si mater. C. eod. titu. ꝛ nouel. de temp. non solu. pec. super dot. §. si autem neqz.

18 **Aduersus eum** † qui legitime impeditus est quo minus agat, equum est nullam praescriptionem temporis procedere, durante impedimento. l. j. §. dies autem. ff. quand. appellan. sit. l. contra maiores. C. de inofficioso testamento.

Filiosfamilias dum in potestate patris est nulla praescriptio nocet, quin aliquanto ius suum prosequi possit. Quoniam sub potestate (etiam si vellet) agere non potest, ideoqz nihil est quod ei imputetur quare non agat. l. prima. §. vlti. C. de ann. excep. l. quemcunqz, in fi. C. de bonis que liberis.

19 **Tempore bellorum** † praescrptiones cessant, donec finiãtur tumultus l. ab hostibus. C. quib non obijci. long. temp. praescrip. Idem sentiũt iurisperiti de magna peste. Bar. in .l. naturaliter. ff. de vsuca. per .l. vlti. C. de fundis Limitrophis, lib. xj. ꝛ si ab alijs (inquiunt Imperatores) possidentur, cuiuslibet spatij temporis praescriptione cessante ab vniuersis detentatoribus vendicandos. Erant autem huiusmodi fundi ad hoc deputati, vt annona inde proueniens duceretur in castra militum limitaneorũ, id est, qui in limi ibus imperij excubebãt aduersus incursionem Barbarorum.

20 **Quo tempore** † iacet hereditas, praescriptiões cessant, ꝛ certe equũ est hoc tempus immune conseruari, vt tractant doc. in .l. licet. de iure deliberan.

21 **Per interruptionem** † quoqz impediuntur vsucapiones ꝛ praescriptiones. Paulus in .l. ij. ff. de vsucapio. Usurpatio (inquit) est vsucapionis interruptio. Oratores aũt vsurpationem frequentem vsuz vocãt. Itaqz ẽm subiectã materiam opz interpretari hoc verbum vt cum de iure vsucapiendi tractatur, accipiamus vsurpationem, pro interruptione, sicut in .l. naturaliter. ff. dic. titu. cum vero alibi incidit eius mẽtio, intelligamus vsum frequentẽ, ꝛ nõnunquam, Tyrazmullũ illũ morẽ. Ulpia. in .l. iniuriarũ actio. §. vlti. ff. de iniur. Usurpatum tamen (inquit) ꝛ hoc est, tametsi nullo iure, vt quis prohiberi possit ante edes meas vel pretorium meum piscari.

22 ¶ † Est autem duplex interruptio, naturalis ꝛ ciuilis, sicut ꝛ possessio bifariam ꝯsideratᷣ. Naturalis contingit extinctis his, que ad substantiam vsucapionis naturali ratione requiruntur, vt sunt possessio, titulus, bonafides, ꝛ res ipsa non vitiosa. De possessione, loqtur Caius in .l. naturaliter. ff. de vsuca. Naturaliter, inquiens interrumpitur possessio, cum quis de possessione vi deijcitur, vel alicui res eripitur. Quo casu non aduersus eum tanũ qui vi eripit, interrumpitur possessio, sed aduersus oẽs. Accursius voluit emendare verba iurisconsulti, nec percepit hanc phrasim. Loquitur eniz iurisconsultus de interruptione possessionis per quam vsucapio procedebat aduersus omnes. Ergo interrũpitur aduersus omnes hoc est omnes vti possunt beneficio interruptionis. Adde. l. cum notissi. §. immo ꝛ illud. C. de praescrip. xxx. annorum. de titulo. tractat Ulpianus in .l. pomponius. ꝛ §. quesitum. ff. de acquirẽda possessione. Et quidem (ait) in emptoribus possessio interrumpitur videlicet, si alius acquisierit rem. Marcellus in lege q bona fide, in principio ff. eodem titulo qui bona fide (ait) fundum alienum emit, eundem a domino conduxit queritur, vtrũ desinat possidere, an non. Respõdit. In prõptu est vt desierit possidere. Paulus eleganter in .l. ij. §. vlti. ff. pro empto. De bona fide autem superius dictum est, quod incidente quandocunqz mala fide vsucapio non procedat, iuxta illud non concupisces rem alienam. De re deniqz, aut prorsus interrempta, aut in aliud corpus translata, adde Paulũ in .l. qui vniuersas. §. j. de acqui. pos. Et Pomponiũ in .l. rerum mistura. ff. de vsuca. vbi tria corporum genera eleganter distinguit ac declarat, quatenus mistura eorum interrumpat vsucapionem.

23 ¶ † Ciuilis interruptio est, que per auctoritatem iuris impedit vsucapionem, etiã si praedicta ad naturam eius requisita non deficiant Ueluti, per vocationem in ius, per litis contestationem, vel aliquo facto interpelletur praescriptio. Ut si debitor praescripturus iam iaz actioni, tradat pignus, vel aliam cautionem, vel soluat vsuras creditori, ipse enim aduersus se vsurpat, praescriptionem ciuiliter. l. cum notissimi. §. immo ꝛ illud. C. de praescript. xxx. annorum.

24 ¶ † Differentia inter naturalem ꝛ ciuilem interruptionem supra tetigimus. Nam naturalis tam late patet, vt exinde nulla praescriptio, siue aduersus interrumpentem, siue aduersus quẽcunqz alium procedere possit nisi denuo cepta ꝛ ꝯtinuata. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Ciuilis vero soli interpellanti prodest aduersus alios interiz nihilominus ꝓcedente praescriptione. Papinianus in .l. intra quatuor. ff. de diuer. temporali. praescrip. Et hec quidem generaliter dicta sint. Uideamus autem propius ꝛ in speciem, qũo interrumpantur vsucapiones ꝛ praescriptiones, ꝛ in primis rerum corporalium.

25 ¶ † Usucapio triennij non nisi per sententiam iudicis interrumpitur. Quare ad complendam quidẽ vsucapionem, nihil nocet possidenti, si in ius vocatus, aut litem contestatus cum aduersario fuerit Caius in .l. si post acceptum. ff. de rei vendica. Paulus in .l. ij. §. vlti. ff. pro empto. Si rem alienam (inquit) emerim, ꝛ cum vsucaperez, eandem rem dominus a me petierit, non interpellari vsucapionem meam litis contestatione.

26 ¶ † Usucapio longi temporis, litis contestatione interrumpitur, sed non sola citatione. Ut ecce, possides bona fide rem alienam. Petiturus eã, vocat te in ius, adhuc non interpellatᷣ tua possessio ad complendam vsucapionem. Cõtestatur aduersarius litem tecũ. Jam incipit deficere vsucapio, nec procedit tibi, etiam si per morã sequentis iudicij compleas vsucapiendi tem. Respicitur enim retro ad litis contestationem. Sic intellige. l. more litis. C. de rei vendicatio. Et semper esto memor equitatis, que dictat vtiqz rem alienam post contestatam litem vsucaptam, restitui oportere, ne actori totis viribus ad recuperandam rem suam incumbenti, obsit tempus iudicij, quod ad iuuandam vniuscuiusqz iustam causam non ad nocẽdum est introductum. Et hic est verus sensus. l. si post acceptum. ff. de rei vendicatio.

27 ¶ † Praescriptiones longissimi tẽporis, xxx. ꝛ xl. annorum, ꝑ solaz in ius vocationẽ interpellantur, multomagis ergo per litis contestationem ꝛ sententiam iudicis. l. sicut. §. que ergo. ꝛ .l. cum notissimi. C. de praescrip. xxx. anno. Hec de ciuilibus causis.

28 ¶ † Praescriptiones temporales que actionibus ex delictis obstare solent, per solum libellum qui iudici olim non ab re primum omnium exhiberi solebat, interrumpuntur. Igitur haud dubie etiã per vocationem in ius ꝛ per litis contestationem. l. mariti. §. quinquennium. ꝛ §. seq. ff. ad .l. iul. de adul.

¶ Praescriptiones deniqz absolute (vt sic dicaz) que ad acquisitionem dominij non pertinent, sed alio modo obstant facientibus aliquid, aut prematurius, aut tardius quam par est interrumpunt omnibus ꝓdictis modis, ꝛ praeterea libello supplicatorio principi porrecto, qui in hoc articulo vim iudicialis libelli habet. l. j. ꝛ ij. C. qñ libel. princi. dat. Idem dicendum de annalibus pretorijs praescriptionibus, hoc est, que ex statutis municipalibus descendunt. Hec de rebus corporalibus.

29 ¶ Incorporalium vero rerum vsucapiones, veluti seruitutuz, libertatis, ꝛ aliorum iurium, sic interpellantur. Primum, amissa possessione predij cui debetur seruitus, vel cuius libertatem erat vsucapturus, si ad tempus statutum, puta. x. annis inter praesentes, aut. xx. inter absentes, possedisset continuo, cessat vsucapio. l. si edes in fi. ff. de seruitu. vrba. predi. Natura enim (ait Julianus) seruitutuz ea est, vt possideri non possint, sed intelligatur possessionem earum habere, q edes possidet. Deinde, si impediatur vsus illius seruitutis vel cuiuslibet iuris. Quia cuz patientia illius, cui praescribitur, fit de substantia vsucapiende seruitutis, cessante ea, non procedit vsuca-

pio seu praescriptio. Deniqz, per litis contestationem interpellatur vsucapio iurium, sicut superius de rebus corporalibus dictum est.

30 ¶ † Sed quid si propter aduersarij potentiam, vel absentiam, vel aliud impedimentum, non liceat eum in ius vocare, multominus cũ eo litem contestari? Respõdeo, sufficere protestationẽ apud iudicẽ factã, ƀm formam l. vt pfectius. C. de annali exceptio. ꝛ. xvj. qõne tertia. §. potest. Quod si neqz protestandi fuerit copia, sufficit publica insinuatio.

SVMMARIVM

1 Dies varie apud varias gentes distinctus.
2 Annua, bima, trima die, quam significationem habeat apud iurisconsul.
3 Dies in iure ciuili quomodo intelligendus.
4 Hebdomade quo modo accipiantur.
5 Mensis in iure ciuili quot dierum sit constituendus.
6 Anni apud romanos varia obseruatio.
7 Bisextilis annus quis sit ꝛ vnde.
8 Anni initium varie apud antiquos constitutum.
9 Annus duplex, cõtinuus scilicet ꝛ vtilis.
10 Annum pro competenti tempore legislatores nonnunquam sumunt.
11 Statutum necessitatem imponens vnicuiqz intra annũ ꝛ diem ius suum persequi, sit ne validum.
12 Vsucapionem tegularum aut columnarum perfici non impedit mistura.
13 Possessorem vie vel itineris aut alterius iuris tuetur pretor, si modo. xxx. diebus in eo anno sit vsus eo iure.
14 Vsucapionem rerum mobilium triennio perficit bone fidei possessor.
15 Vsucapio bonorum vacantium quadriennio contra fiscum perficitur, atqz inibi ex quo tempore quadriennium numeretur.
16 Vsucapio bonorum immobiliũ perficitur a bone fidei possessore decem annis inter praesentes. xx. annis inter absentes.
17 Libertas. xx. annis vsucapitur, licet contra eam nullo tempore praescribatur.
18 Praesentes qui dicantur, qui item absentes quod ad vsucapionem attinet.

¶ De hora, die, mense, ꝛ anno, quatenus ad ius attinet.

Horae vocantur partes in quas distinguitur dies. Hae principio duodecim institute sunt qui numerus longo tempore custoditus est, donec in. xxiiij. horas dies apud Romanos divideretur.

1 ¶ † Dies itaqz apud varias gentes varie accipiebatur. Nã apud Romanos, a media nocte ad mediã noctẽ sequentẽ, finiebatur, vt in l. more. ff. de feri. more Romano (inquit Paulus) dies, a media nocte incipit, ꝛ sequẽtis noctis media parte finitur. Ita qcqd in ijs vigintiquatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus, ꝛ luce media actum est, perinde est quasi qualibet hora lucis actũ esset. apud Egyptios simili mõ obseruabatur. Apud Atheniẽses totum id tẽpus ꝙ ab occasu ad occasum est, dies habebatur, Nunc ab ortu, ad occasum solis, vulgo nuncupamus diem, more (vt paulo ante dictum est) vetustissimo, quo dies primũ in. xij. horas est diuisus. Vñ Christus seruator noster Joan. xj. Nonne (inquit). xij. sunt hore diei? Et genesis. j. Et diuisit lucem a tenebris, appellauitqz lucem diem, ꝛ tenebras noctem. Quo respexit Proculus in l. hec verba. ff. de verb. signific. Disiunctiuum est (inquit) veluti cũ dicimus. Aut dies, aut nox est, quorũ posito altero, necesse est tolli alterũ. Et claudius saturninus in l. aut facta. ff. de penis. Tempus (ait) discernit emansorem a fugitiuo, ꝛ effractorem vel furem diurnum, a nocturno.

¶ Praeterea, dies accipi ꝑ tpe interminato, idqz femineo genere, vt, longa dies nihil non in alĩã transfert faciem. Unde est ista locu-
2 tio†. Promittis annua, bima, trima die, hoc est, tempore vnius, duorũ, triũ annorũ, dare decem? Vlpianus in l. iij. ff. de annu. lega. si legatũ (inquit) sit relictum, annua bima trima die (triginta forte) dena per singulos debentur annos, lz non fuerit adiectũ Equis pensionibus. Et probat ibi Vlpianus, idẽ ius esse, si testator decẽ trima die legauerit. Quod nota.

3 ¶ Quo igitur (dices) intelligendus fuerit† dies in iure ciuili? Rñdeo, subiectam materiã esse respiciendã. Nã cum aliquid tractatᷣ, quod aliam rõnẽ in luce, aliam in tenebris habet, antiquissima ꝛ vulgaris diei appellatio retinenda est. Sin autem queratur de cõtinuo temporis successu, sequi oportet Romanam institutionem, vt in materia praescriptionum. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad cõplendaz vsucapionem. Vlpianus in l. in vsuc apion. ꝛ l. sꝫ ꝛ. ff. de vsucap. Ideoqz (inquit) qui hora sexta diei calendarũ Januariarum possidere ceperit, hora sexta noctis pridie calendas Januarias implet vsucapionem.

4 ¶ Hebdomade†, quas latini septimanas appellant, septem dierũ hic intelligũt, ƀm cõẽ vsũ. Alibi tñ de septenario numero quarũcunqz rerũ dicũtur. vnde leui. xxv. numerabis quoqz tibi (inquit dominus ad mosen) septem hebdomadas annorũ, id est, septies septẽ annos. Quod aũt Justinianus in l. ij. §. qð celesti. C. de veteri iur. enucleã. de numero septenario scribit, quasi naturã ꝛ artem numerorum in se cõtineat, nihil moror, multo minus quod Accursius ibi adijcit de trinitate, et numero quaternario vnde credo sumptaz distinctionẽ inter naturalem ꝛ artificialem diem, quam cum anxie tractent pleriqz, nihil plane ad vsum forẽsem respiciunt, quorsum pertineat, nec admodum probari potest.

¶ Menses aũt, anni diuisionem cõstituunt, sicut hore, diei. mensiũ vero alij sunt. xxxj. alij. xxx. dierũ. februarius. xxviij. dies hꝫ quot
5 igitur† dierũ accipiemus mensem cũ eius mentio inciderit? Juris periti recte tradunt, appellationẽ mensis sic interpretãdã vt inciderit quo tempore vertitur cõtrouersia, teste Bar. in l. cũ bisextus. ff. de verbo. sig. vt ecce, si diffinitũ fuerit tẽpus alicui, vel designatus terminus sub iunio, cõputabuntur. xxx. dies, si sub iulio, numerandi sunt. xxxj. nisi tamen circunstantia cause desideret diuersum.

6 ¶ † Annus deniqz apud romanos varie obseruabatᷣ, vsqz ad tẽpora Caij Julij Cesaris, qui omnẽ rõnem temporum vagã adhuc atqz incertam, ordine diffiniuit. Suetonio ꝛ plinio autoribus. Nam annum in. ccclxv. dies extendit. Julianus in l. si ita vulneratus. §. j. ff. ad le. aql. Nam qui prior (ait) vulnerauerit, tm̃ praestabit, quanti anno proximo hõ plurim fuerit, repetitis ex die vulneris trecentis sexagintaquinqz diebus.

¶ Respexit aũt Cesar ad cursum solis, qui totidẽ diebus ꝛ qua-
7 drãte, cursum suũ cõficit. Et ne huic† dierũ numero ad annum cõstituendum quadrans deesset, voluit, vt quarto semper anno, sacerdotes qui mensibus ac diebus fastis ꝛ nefastis praeerant, vnum intercalarẽt seu interponerẽt diem, vcꝫ eodem tempore, quo antea totus mẽsis intercalari solebat, hoc est, añ quinqz vltimos dies mẽsis februarij, idqz bisextum appellari iussit. vnde iam nunc quartũ quẽqz annum dicimus bisextilem. Ex duobus cõtinuis diebus bis dicimus, sexto calẽdas martias, duos dies pro vno cõputãtes. vt sit bisextũ quasi bis sextũ. cuius meminit celsus in l. cum bis sexto. ff. de verb. signi. cũ bis sexto, (inquit) calendas est, nihil refert vtrũ priore, an posteriore die quis natus sit. Nam id biduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior.

8 ¶ Initiũ† vero anni romulus oliꝫ martio dabat, cuius mẽsis prima die ignem nouũ incẽdentes, annũ auspicabãtur. deinde Numa põpilius, adiectis duobus mensibus Januario ꝛ Februario, Januariũ tanqz bicipitis Dei respiciẽtis trãsacti anni finẽ, ꝛ prospicientis ꝑncipiũ futuri, primum esse voluit, sicut ꝛ nunc est.

¶ Hebrei, in mẽse nouarũ frugũ annũ initiabãtur. exo. xiij. Hodie inquit moses egredimini mẽse nouarũ frugum. Et ibidem capitu. xij. mẽsis iste (ait) vobis ꝑncipiũ mẽsiũ, primus erit in mẽsibꝰ anni.

¶ Nos hodie principium anni nõ ab re tribuimus natiuitati beatissime seruatoris nostri Jesu Christi, vt ab illo die supputemꝰ annũ. Enimuero cũ hec scriberem, annus fuit a Christo nato millesimus quingentesimus trigesimusoctauus.

9 ¶ Annus† aũt alio inspectiõe est duplex, vcꝫ cõtinuus ꝛ vtilis. cõtinuus est, in quo dies ad momẽtũ reputãtur, nullis agẽdi obstaculis interim exceptis. vt in vsucapio. l. Nãqz. §. j. ff. de vsucap. vtilis aũt annus, ꝯstat ex eo tẽpore, quo lꝫ agere qz adest reus, itẽ ꝛ iudex. l. j. ff. de diuers. ꝛ tẽporali. praescripti. quã differentiã hodie quoqz seruamus, praeterquam in integrum restitutione.

10 ¶ Illud sane nõ est praetereũdum, qð† cũ annus omnes mẽses semel cõcludat, tẽpus cẽsetur oĩbus rebus agẽdis aptum ꝛ sufficiẽs. vnde legislatores plerũqz appellatiõẽ cõpetẽtis temporis, de anno interpretari solẽt, vt est videre in l. fortissimi. C. de erogan. milita. anno. lib. xij. ꝙ ꝛ prouerbialis hyperbole ostẽdit. Nam cum morã lõgam significamus, solemus dicere, annus est. Terẽti. Et nostin (inquit) mores mulierum? dũ moliũtur, dum comũtur, annus est. Nõ est proinde vlla in iure, annali praescriptiõe freqũtior. Et plereqz ciuitates, ad oĩa passim negotia anni tempus diffiniunt. Quod tñ nimis durum existimo, propter immẽsam rerum varietatem. certe non potest illa quali sciũqz obseruantia, ad absentes pertinere ꝛ aduenas.

11 ¶ † Tractant

11 ¶ Tractãt igitur iurisperiti hãc questiõem, vtrum† valet statutum ciuitatis, quod nisi quis intra annum & diem persequatur ius suum exinde non admittatur? Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vez in repetitione, videtur sentire, quod hoc statutũ non valeat. cui subscribit Anto. de but. in. c. vlti. de prescripti. Jo. and. in. c. ij. de exceptio. lib. vj. sed idẽ Bar. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & in. l. cum notissimi. C. de prescriptio. trigin. anno. alijsq; locis, cõtrariũ diffinit. Accedit gl. in. c. j. §. porro, qualit. olim poter. feud. aliena. quã bal. ibi & probat & cõmẽdat. Ang. in. l. ij. ff. de vsufruct. ear. rer. que vsu consumũ. Jas. instit. de actio. in pri. Et hec posterior Bar. sententia, quod tale statutum valeat, iure est verissima, quĩ propius accedit ad dirimendas lites hominum in eadem ciuitate, &(vt dici solet) naui, vitam agẽtium, inter quas perniciose sunt discordie. hactenus de explicatione vsucapionum, & prescriptionum generaliter diximus, reliquum est, vt exempla in speciem videamus.

¶ Decem dierum.

12 Si† is cui ad regularum, vel colũnarũ vsucapionẽ. x. dies superessent, in edificium eas cõiecisset, nihilominus eum vsucapturum si edificium possedisset. Põponius secundum labeonem probat, in. l. rerum mistura. §. labeo. ff. de vsucapio.

¶ Triginta dierum.

13 Cum† qui vie itineris, vel alterius iuris quasi possessionem habet, pretor tuetur, modo eo anno sit vsus tali iure, saltem modico tẽpore. hoc est. xxx. diebus. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itiner. actu. priua.

¶ Trium annorum.

14 Possessor† bone fidei trienniõ vsu capit res mobiles, & acquirit directum dominiũ insti. de vsucap. in princ. olim annus dabatur.

¶ Quatuor annorum.

15 Bona fisco †vacantia, si ab alijs possideri ceperint, quatuor annis vsucapiuntur. numerabitur autem quadriẽnium ab eo die quo denunciatum est procuratori fiscali bona vacare, puniendo certe ob negligentiam suaz. l. j. §. diuus pius. ff. de iur. fisc. l. j. C. de quadrien. prescrip. tractatur in. l. ij. C. cõmu. de vsucap.

¶ Decem annorum.

16 Res immobilis †cum titulo indicante iustã causam possidendi, hoc est, formulaz acquirendi dominij iure probatam. x. annis inter presentes vsucapiuntur. insti. de vsucap. in prin. l. j. C. de vsucap. transfor.

¶ Uiginti annorum.

Inter absentes acquiruntur res immobiles. xx. annis, vt pbatur in locis iã allegatis. Et hoc tempus nunc vocatur longum scz. x. & xx. annorum. l. si qs emptoris. C. de prescrip. xxx. anno.

17 ¶ Eodẽ† tẽpore. xx. annorũ, defenditur libertas. l. ij. C. de pscrip. long. tempo. que pro liberta. sed ex diuerso, cõ libertatem non opponitur hec prescriptio, id est, in homine libero non acquiritur hoc tẽpore seruitus, & ne quidem sexaginta ãnis. l. vlt. C. de prescriptio. xxx. anno. l. vult. C. vbi caus. stat. ag. deb. libertas. n. oibus rebus fauorabilior est, dicente Caio. ff. de reg. iur.

18 ¶ Sed qui† sunt accipiẽdi presentes, & qui absentes? Justinianus in vlti. C. de prescrip. long. temp. diffinit absentes eos intelligi, q nõ eodẽ loco, id est, in diuersis prouincijs domiciliũ habẽt. presentes sũt, q eiusdẽ prouincie habitatores sunt. itaq; locũ domicilij, non de eadẽ ciuitate, vt alibi, sed de eadem prouincia vult intelligi.

SVMMARIVM

1 Creditor, qui spe future solutionis debitorẽ liberauit, intra triginta dies exceptionẽ non numerate pecunie potest proponere.

2 Confessus in instrumento seu publico seu priuato debere se pecuniã spe future numerationis, exceptionez nõ numerate pecunie intra biennium potest opponere.

3 Dotis nõ numerate exceptio itra tres mẽses a die soluti matrimõij opponenda est, si quidẽ matrimonium nõ minus biennio durauerit. alias intra annũ obijci poterit.

4 Exceptio. xxx. annorum tuetur possessore etiam sine titulo & causa aduersus quoscunq; actores.

5 Exceptio. lx. anno. omnes omnino actiones perimit.

6 Usucapiendi species efficacissima est, cum possessionis initium memoriam hominum excedit.

¶ De exceptionibus, ex lapsu temporis competentibus.

¶ Triginta dierum.

1 Reditor† qui per chirographum suum fatetur debitum se recepisse, aut circũducit instrumentum debiti, vel etiam reddit debitori, spe future solutionis, que tñ non sequitur, habet triginta dies ad proponendam apud iudicem exceptionem nõ numerate pecunie. l. in contractibus. §. super ceteris. C. de non nume. pecu.

¶ Duorum annorum.

2 Si vero debitor †chirographo suo, aut instrumento publico fateatur se debere, numeratamq; esse talem pecuniam, puta decem, conceditur ei biennium ad intendendam querelã seu exceptionẽ non numerate pecunie quã numeratã sibi creditorẽ oino sperauerat, siue ex mutuo, siue ex alijs quibuslibet cõtibus. Nã non pertinet exceptio non numerate pecunie ad mutuũ duntaxat, sicut prima facie videntur indicare verba, verumetiam si debitor traditionẽ rei ex alio cõtu bona spe confiteatur, põt excipere intra hoc tempus, non esse secutã. l. in cõtibus in prin. C. de non numera. pec.

¶ Trium mensium.

3 Si dos† cauta, & instrumento comprehensa, non tñ numerata, & matrimonium intra biennium solutũ non fuerit, tunc oportet maritũ vel eius heredẽ intra tres mẽses a die soluti matrimonij, opponere exceptionem nõ numerate dotis. auct. q locum. C. de dot. non numerata.

¶ Unius anni.

Maritus legitime etatis, soluto intra biennium matrimonio, hz annũ ad excipiendũ d dote cauta nõ numerata, postea minime audiẽdus. hredes quoq; eius debent queri intra annũ a die mortis. l. vlti. in fi. & auct. q locum. C. de dot. caut. non numerat.

¶ Triginta annorum.

4 Ut† semel esset inter homines terminus & finis litiuz quarumcũq;, optima rõne introductũ est, vt possessio triginta annorũ oibus prestet securitatem. Habent enim saltem exceptionem tam longeui possessores, qua se tueãtur aduersus omnes actores, etiam si titulum & causam sue possessionis pbare non possint. Nam si & titulum ostendere, & bonam fidem synceра conscientia profiteri possunt, haud dubie datur eis & actio, nedum exceptio. l. si quis emptionis. §. quod si quis. C. de prescrip. triginta anno.

¶ Quadraginta annorum.

5 Sunt quedam †actiones, quas precedẽte tempo ris diffinitione tolli nõ oportet, eas igitur. xl. annis omnibus modis tolli voluerunt Imperatores. exemplum est de actione hypothecaria in. l. cum notissimi. in prĩc. & §. i. iuncta. l. oẽs. C. de prescri. triginta anno. Et sicut tempus viginti annorum dicitur longum, ita triginta annorum nuncupatur lõgissimũ quod diligenter obserua.

¶ Tempus quod excedit hominum memoriam.

6 **Cum cepte** † possessionis nulla prorsus apud homines viuentes extat memoria, vsucapiendi species est omnium efficacissima, post tm̄.n. seculum, nullo probationis genere homini possibile est, aut defendere, aut impugnare fidē possidentis. quamobrē cessat tunc necessario oīs disputatio de iure possessionis, vel alterius rei. ꝛ hec est rō, quare tam immenso tēpore id acquiri permittatur, qḋ alioqui nullā .s. dicti tēporis vsucapionem admittit. vt tractat Bar. cū alijs in. l. si publicānus. §. vlti. ff. d̄ publica. ꝛ vectigali. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. d̄ aqua quotid. ꝛ esti. l. j. §. vult. ff. de aqua plu. arcen. iaſ. in. l. is q putat. ff. de acquirē. poss. ¶ Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius quam Paulus ipse tradit in. l. penul. ff. de probat. ꝛ in. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. his verbis, idem labeo ait, cum queritur, an memoria extat facto opere, non diem ꝛ consulem ad liquidum exquirendum, sed sufficere si quis sciat factum, hoc est, si factum esse non ambigatur. Nec vtiqꝫ necesse esse, superesse, qui meminerint, verum etiam si qui audierint eos, qui memoria tenuerint. plura hac de re scribenda viderentur, nisi temporum duntaxat rationem obiter tractandam suscepissemus.

¶ De actionibus intra certum tempus exercendis.

SVMMARIVM

1 Redhibitoriam actionē intra quantū tempus permittet lex exerceri. et nu. 4.
2 Redhibitorie actioni prestitū a lege tempus potest pacto ꝯhentiū prorogari.
3 Redimendi pactū in venditionibus redituum apponi solitum iure subsistit.
5 Nunciationis noui operis causa intra tres menses terminanda. Nunciatione noui operis non obstante potest edificans opus perficere, prestita cautione de restituendo opere, si non recte edificatum apparuerit.
6 Redhibitoria actio super eo quod interest intra sex menses est proponenda.
7 Actio quanto minoris pro animali vitioso ignoranter empto intra annum est intendenda.
8 Actio deiecti vel effusi quanto tempore duret.
9 Actio de dolo intra biennium a tempore doli admissi, ꝛ intendi ꝛ terminari debet.
10 Damni estimatio in actione legis aquilie ex quo tempore fiat.
11 Peculatus accusatio intra quinqꝫ annos est proponēda, atqꝫ inibi cuiusmodi sit crimen peculiatus qualisqꝫ sit eius pena.
12 Iniuriarum actio est annalis.
13 Christiano homini non licet iram in crastinum producere.
14 Pretorie actiones vt plurimum sunt annales.
15 Accusatore litē intermittente, ac proinde eo abolitionem postulāte potest alius intra dies. xxx. reum repetere.
16 Litigiosam rem alienās, vt actor potētiorez aduersariuz habeat, ad id ꝙ actoris interest intra annum conueniri potest.
17 Calumniator pecuniā accipiēs vt alij negotium faciat, vel non faciat, in quadruplum intra annū conuenitur, post in simplum. Negotium facere quis dicatur.
18 Vim faciens intra annū conuenitur, ꝛ si nihil ex violentia ad eum peruenit.

¶ Sexaginta dierum.

1 **Si qui† emit** iumentum ornatum, quod dein de sine ornamentis traditur, potest emptor aduersus venditorē redhibitoria actione. vt ornamēta quoqꝫ tradat, intra. lx. dies experiri. l. ediles. ij. in prin. ff. de edili. edic.

¶ Sexaginta dierum.

Si quis ita emat vt nisi res empta placuerit, redhibeatur, nullo tam ē adiecto tēpore, licebit redhibere intra. lx. dies vtiles, postea non audietꝰ. l. ꝙ si noluit. §. si quid ita. ff. de edili. edict.

2 ¶ Sed quid† si paciscantur contrahentes, vt semper liceat ad nutū emptoris redhibere? Respondeo, valere pactum. Vlpianus in. d. §. si quid ita. ff. de edilit. edic. si vero (inquit) conuenerit, vt in ppetuum redhibitio fiat, puto ꝛ hanc cōuentionem valere. Item si tempus sexaginta dierum prefinitum redhibitioni preterierit, causa cognita iudiciuz dabitur. Ex quo† loco haud dubie probatur, pactum 3 redimendi (vt vulgo nuncupamus) in cōtractibus redditnum, bono iure censeri validum. Quod cum nonnulli putent vsurarium, infirmant sese nescire quid sit vsura, ꝛ qualis sit emptorum redditnū contractus, de quo alias. interiꝫ, redhibere est facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat. Et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio. l. redhibere. in princip. ff. de edilit. edic.

¶ Duorum mensium.

4 **Venditor** †debet certiorem facere emptorem, quid morbi vitij ve in re vendita sit. Quod nisi faciat, datur aduersus eum intra duos menses iudicium redhibitoriū. l. j. §. aiunt ediles. ꝛ. l. si venditor. ff. de edil. edict.

¶ Trium mensium.

5 **Nuncians† alicui** nouum opus, debet eam causam quam primuꝫ liceat, prosequi, ne cessans a cepto edificio, ꝛ temporis, ꝛ sumptus iacturam patiatur. vnde iudex tenebitur hanc controuersiam intra tres menses diffinire. quod si qualitas negotij longius tempus requirat, potest is cui nunciatum est cautionem fideiussoriaꝫ exponere, videlicet de moliturum se opus suis sumptibus, si non recte edificatum esse, pronunciatum fuerit. Sic enim ꝛ edificanti, ꝛ nuncianti satis consulitur. Vlpianus in. l. de pupillo. §. si is cui. ꝛ in. l. stipulatio. §. si qs auteꝫ. ff. de oper. noui nuntiatio. l. j. C. eodem titu. Accidit. l. vlit. C. de edifi. priua. quam tamen circa necessitatem, in varios sensus retorquent.

¶ Sex mensium.

6 **Actionē† redhibitoriā** ad id quod iterest actoris, itra sex menses intendere oportet. Vlpianus in. l. sciendum. §. vlti. Papinianus in. l. cum sex. ff. de edil. edict. cum sex menses (inquit) vtiles, quibus experiundi potestas fuit, redhibitorie actioni prestantur, licet nō videbitur potestatem experiundi habuisse, qui vitium fugitiui latens ignorauit. Item adde. l. ij. C. de edil. actio.

¶ Vnius anni.

7 **Actio quāto**† minoris pretoria, competens ei, qui vitiosum animal ignorans emit anno finitur. l. sciendum. §. vlti. ff. de edilit. edic. l. ij. in fi. C. de edil. acti.

¶ Vnius anni.

8 **Cuꝫ per**† deiectioneꝫ vel effusionem, liber homo perimitur, actio deiecti annalis est. in alijs vero casibus perpetua. l. si vero plures. §. hec auteꝫ actio. ff. de his q deiece. vel effude.

¶ Duorum annorum.

9 **Actio d̄† dolo** malo, hodie durat biēnio ꝯtinuo a die admissi doli, siue adsit, siue absit dolū passus. Adeoqꝫ tota causa debet intra biennium diffiniri. l. vltima. C. de dol. malo. vbi doctores admonent lectorem, quam speciale sit in hoc iudicio, quod doli mali persecutio non perpetuatur litis contestatione, que vtiqꝫ omnes actiones temporales, solet facere perpetuas.

¶ Vnius anni.

10 **Estimatio quadrupedis** in iudicio legis aqlie, ex primo capite fit quanti in eo anno plurimi fuerit. l. ij. in princi. ꝛ. l. in lege aquilia. ff. ad leg. aquil. ex tertio autem capite de ruptis, fractis, exustis rebus, fit estimatio, quanti ea res in diebus triginta proximis fuerit. l. si seruus. §. iij. ca. ff. ad leg. aquili.

¶ Quinqꝫ annorum.

11 **Accusatio† peculatus** quinqꝫ annorum est. l. peculatus crimen

Vnius

ff. ad leg. iulia. peccula. pecculatus autem crimen est, cũ intercipitur pecunia destinata, vel religioni, vel vsui publico. pena eius, est deportatio. l. j. ij. ꝛ. iij. ff. dict. titu.

¶ Unius anni.

12 **Omnis actio** † iniuriarum annalis est, quicquid nõ nulli disputẽt diuersum esse de iniuria vt ipsi vocant reali. l. si non cõuitij. C. de iniur. hec, enim interpretatio, vt post annum non detur ob contumeliam actio, proprius accedit ad mansuetudinem, quam charitas a nobis exigit, videlicet vt ad remittendam, non ad persequendam iniuriam simus propensi. Et profecto, grauissima pena adijcitur aduersarius, cum iniurie nobis illate obliuiscimur, iuxta illud, mihi vindictam, ꝛ ego retribuam illis.

¶ Unius diei.

13 **Si inter christianos** † fratres (loquor de vniuersa republica) fuõ oriatur dissentio, eam iubet apostolus eodẽ die, ante solis occasum dirimi ne latius serpat ad omnia mala. Ephesiorum quarto, irascimini (ait) ꝛ non peccetis, sol ne occidat super iram vestram.
¶ Hanc catholice prescriptionis speciem ideo inserui, vt videres bone lector, longe admodum prestare, in materia iniuriarum, ferre legem obliuionis, quam iudicarie persecutionis. Et tutissimam esse interpretationem semper, que tendit ad preripiendam litium occasionem.

¶ Unius anni.

14 **Actiões** † **que ex romani** p̃toris iurisdictione proficiscunt̃, plerunqꝫ intra annum exerceri possunt. siquidem ꝛ ipsius pretoris apud Romanos, intra annum erat Imperium. instit. de perpe. ꝛ tẽpora. actioni. in princip.
¶ Ciuitates germanie, multum imitantur pretorem romanum, ꝛ fere in statutis suis semper vtuntur annali prescriptione, vt supra dictum est.

¶ Triginta dierum.

15 **Si accusator** fuerit † impeditus legitime. aut mortuus, potest quidem accusatus petere aboleri nomen suum, hoc est, absolui se a iudicio, attamen permittitur ipsi accusatori cessante impedimento, vel heredi eius, intra. xxx. dies vtiles, repetere ex integro reum, ꝛ ð eodẽ crimine denuo accusare. l. iij. §. vlti. ꝛ. l. hi tamen. ff. de accusationi.

¶ Triginta dierum.

Ei qui criminaliter accusatus olim de vna ꝓuincia ad aliam exhibendus erat vt ab eo iudice damnaretur, triginta dies dari solebant ad componendas res suas. l. ij. C. de exhibẽd. ꝛ transmittẽ. reis. hodie vero iste transmissiones non sunt in vsu.

¶ Unius anni.

16 **Is qui rem** † litigiosam alienat in hoc. vt actor duriorem habeat aduersarium intra annum de eo quod interest actoris, conueniri potest. l. vel post annum. ff. de aliena. iudici. mutan. caus. fact.

¶ Unius anni.

17 **Qui pecuniam** † accepisse dicitur, vt alij negotium faceret, vel non faceret is intra annum in quadruplum, postea in simplum, actione in factum conueniri potest. l. i. ff. de calumniato.
¶ Negotium autem facit qui per calumniam fingit litem. cum in re nullam habeat, vel eam quã exercere debeat, dissimulat in detrimentum alterius, vtroqꝫ casu corruptus pecunia. Ulpianus in. d. l. j. vocat sordidam concussionem, que a transactionis officio longe distat. transactio enim querit pacem, ꝛ finem litium, calumnia d...[illegible]...erit ꝛ dispendium. transactio ex bona fide procedit, calũnia ex dolo malo, tantoqꝫ magis nocet, quanto latentius procedit ad nocendum. de calumniatoribus, alibi scribendum fuerit.

¶ Unius anni.

18 **Is qui vim** † fecit, intra annũ vtilẽ recte cõuenit̃ tãet si nihil ad eum peruenit. l. ij. C. vnde vi.

¶ De exceptionibus temporalibus circa iudicia.

SVMMARIVM

1 Iudice recusato litigantes arbitrum intra triduum eligere necesse habent.
2 Iudices post depositum magistratum quinquaginta diebus in prouincijs, quibus prefuerunt, commorari debent, ꝛ quam ob cãm id fuerit constitutum.
3 Actor libellum exhibiturus satisdat de contestanda lite cum aduersario intra duo menses.
4 Actore post tria edicta cõtumaciter absente iudex anno elapso sententiam proferre potest.
5 Litigatorum altero in causa concludente, quot ꝛ cuiusmodi dilationes alteri dentur, qui se adhuc habere contendit quod proponat.
6 Dilationem petenti ad producendos testes vel instrumenta q̃ztum temporis concedatur.
7 Criminales cause intra biennium terminari debent.
8 Cause ciuiles intra triennium terminari debent.
9 Condemnatus ad soluendum olim duos menses, nunc quatuor habet.
Mensium duorum appellatione quot dies contineantur.
10 Sententiam a iudice per sordes latam retractari petere potest alter litigantium intra decem menses.
Iudex ecclesiasticus per gratiam aut sordes iudicans, per annum vnum suspendendus est ab officio.
11 Iudex sententiam suaz emẽdare vel supplere in his que accessoria sunt eodem die potest.
12 Cõtumax aduersus quem pronũciatum est, eodem die iudice sedẽte veniens restituitur ad causam.
13 Testes non habentes domicilium in loco iudicij nõ sunt vltra. xv. dies retinendi.
14 Interrogatoria, super quibus sunt examinandi testes, intra q̃ztum tempus sint exhibenda.
15 Appellatio an ꝛ q̃n sine scripto interponi possit.
16 Appellationis interponende tẽpus cuiusmodi fuerit olim ꝛ cuiusmodi sit hodie.
17 Appellationem emendare vel etiam in totum reuocare intra decẽ dies appellanti licet.
18 Appellatio possit ne per statutum tolli.
19 Apostoli seu libelli dimissorij intra q̃ztum tempus petendi.
20 Appellans a sententia parium curie hꝫ. vj. hebdomadas ad prosequendam appellationem.
21 Appellans apud notarium absente iudice, appellationem suam iudici insinuare debet intra triginta dies.
22 Appellans, cuius appellatio reiecta est, hoc ipsum intra q̃ztum tẽpus apud superiorem conqueri debet.
23 Appellationis causa intra annum est prosequenda, aut etiam intra biennium, si appellans fuerit impeditus.

¶ Trium dierum.

1 **Cum recusatur iudex** † **ob** quãcũqꝫ causam, oportet litigatores intra tres dies eligere arbitros, de recusatione ꝛ tota causa cogrituros. l. vlti. C. ð iudi. illico aũt (inquit Iustinianus) id est, intra triduũ proximũ, sine vlla dilatione compelli arbitrum vel arbitros eligere, apud eos litigare ne ꝛ datus iudex remoueatur, ꝛ alter non eligatur.

¶ Quinquaginta dierum.

2 **Iudices** † **oliz functi suo** officiõ tenebant̃ in eadẽ prouincia vel ciuitate cui prefuissent, quinquaginta diebus palam commorari,

vt de culpa fraudibusq;, si quas admisissent, conuenirentur, ac ratio nem redderent, id quod vulgo subire sindicatum, latine ante causas dicere, & cause dicende obnoxium esse, nuncupamus. l. j. C. vt om. iudi. tam ciuili. quam milita. Idem obseruabatur de assessoribus & consiliarijs iudicum. l. tertia. C. de assessor. consiliarios iudicum (inquiunt Imperatores) & cancellarios, & eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta dies in prouincijs residere precipimus. in Italia apud bononienses, vidi huius sindicatus vestigia obseruari in potestate (vt ipsi vocant) & iudice, qui ne ciuibus suspectus sit, ex aliena republica solet accersiri solenniter.

¶ Viginti dierum.

Judices obnoxij cause dicende vel sindicatui, vt dictum est, cum conueniebantur ne forte innocentes iniqua dilatione grauarentur, intra. xx. dies, aut absoluendi, aut condemnandi erant. l. j. §. vlti. C. vt omni. iudi. tam ciuil. quam milit.

¶ Duorum mensium.

3 Actor olim anteaq̃ libellũ iudici exhiberet, satisdare tenebatur conte staturum se intra duos menses litem cum aduersario. Quod si sua culpa secus contingeret, restituturũ ei duplum totius damni. aut. libellum. C. de litis contestatio Bart. & alijs dicunt, hoc ius in desuetudinem abijsse, sed nescio quam feliciter, adeo nunc scatent omnia tribunalia calumnijs litigatorum, presertim in defferendis controuersijs, bonos viros semper excipio.

¶ Unius anni.

4 Actori† post tria citatoria edicta contumaci, datur annus, quo elapso, iudex cognita causa proferre debet sententiã, nouel. de litigios. §. porro (inquit Justinianus) cum oẽs cõuersias precisis ambagibus volumus ad finẽ decurrere, illorũ etiaz versutijs aduersamur, qui actiones tãtum modo proponunt, nolunt autem eas ad terminum vsq; litis p̃sequi, dicentes legeʒ esse q̃ vetet, ne q̃s proprias actiones exercere compellatur inuitus. Que verba propterea addidi, vt videas insigne exemplum acribodicei ac iniqui interpretis, cuius alibi mentionem fecimus.

¶ Trium mensium.

5 Altero litigatorum concludende in causa, si alter (forte per calumnia, differende litis gratia) dicat se habere quod adhuc proponat cause sue deseruiens, debet iudex tribus tẽporibus dilationem ei concedere. xxx. dierum. qui sunt tres menses, vt omnem malitiam eius superet. deinde omnino profert sentẽtiam, vt probatur, nouel. vt cum de appel. cogno. §. sed presenti. intellige autem quod singulis temporibus interueniat edictum (vt dicunt) citatorium, ne non vocato litigatore videatur dicta sententia.

¶ Trium mensium.

6 Js qui petit dilationem ad producendos testes vel instrumenta, tres menses ad summmv impetrabit, scilicet cum testes vel instrumenta in eadem prouincia sunt, in qua lis agitur. l. j. C. de dilationi.

¶ Nouem mensium.

Si testes vel instrumenta quibus litigatores ad instruendam causam suam vti volunt, fuerint in transmarina prouincia, dantur eis ad productionem, nouem menses. d. l. j. C. de dilatio, quod ita iudicantes constitutum (inquiunt imperatores) sentire debebunt, vt in hac ratione non sibi concessum intelligant dande dilationis arbitrium, sed eãdem dilationem si rerum vrgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desiderate instructionis exegerit non facile amplius, quam semel, nec vlla trahendi arte, sciant esse tribuendam.

¶ Sex mensium.

Quod si ex vicina prouincia, non tamen transmarina, fuerint exhibende probationes litigatorum, tunc sex menses concedentur. ead. l. j.

¶ Duorum annorum.

7 Omnes cause † criminales, intra biennium diffiniri debent, & hec est instantia, hoc est, tempus exercendi iudicij, vcz a litis cõtestatione. ad sententiã vsq;, in causis criminum. l. vlti. C. vt int. cer. tem. crimi. questio termine. neq;. n. expedit criminales questiones cum acerbitate litigantium diu suspendi. quapropter Justinianus ibi addit penam aduersus negligentes iudices.

¶ Trium annorum.

8 Instantie† causarum ciuilium, prefinitur tempus triẽnij, post qđ Justinianus vetat vllam in iudicio causam prorogari. l. properanduz in princip. C. de iudic. ne lites (inquit) fiant pene immortales, & vite hominum excedat modum.

¶ Ceterum, naturam prescriptionem in exercendis corruptũ hoc seculum seruat, sed fere in arbitrio litigantium est, quanto tempore maluerint causas prorogare, immemores plane iurisiurandi aduersus calumniam prestiti, vnde tandem sumptuuz, & molestie pertesi tenuiores, iuri suo plerunq; cum lachrimis cedere coguntur. huius autem grauaminis culpam Imperator in. d. l. vlt. reijcit in iudices hoc. n. (inquiens) iudicialis magis esse potestatis nemo est qui ignoret. Nam si ipsi maluerint, nullus tam audax inuenitur, qui possit inulto iudice litem protelare.

¶ Sed vt in hoc genere, magistratuum nostrorum vltro suscipiam patrocinium, ego certe puto hodie culpam immortaliuz litium magis in procuratores ignauos (absit verbo iniuria) reijciendam esse qui tã sursum ac deorsum circũuoluunt causas, vt iudices plane scopum rei non possint percipere. de qua re in formula scripsi.

¶ Quattuor mensium.

9 Condemnatus† per sententiam iudicis ad soluenduz, olim habebat duos mẽses iure ciuili, nũc quatuor hz. Callistratus in. l. debitoribus. ff. de re iudica. l. ij. & iij. C. de vsur. rei iudica. quod tempus tñ breuius statui solet multis in locis.

¶ Illud quoq; nullo mõ preterennduz est, quod appellatio quidẽ duorum mensium, cõtinetur. lx. diebus, legislatores tñ humanitatis causa qm̃ multa sepe inter os & offam solent incidere, quibus distrahamur inuiti ab instituto nostro, adiecerunt vnum diem, vt qui. lxj. die venerit, audiatur. l. vbi lex. ff. de reg. iur. simili gratia receptum est quod dicimus, annum & diem concedi his, qui intra annale tempus aliquid dare aut facere debent. vt vel hinc videas, quam sint humanitatis plene leges romanorum, quas insulsissimis plerunq; disputationum nenijs dilaceramus.

¶ Decem mensium.

10 Si quis post latam sententiam, intra. x. mẽses probare possit aduersariũ suuz dedisse aliquid aut promisisse iudici, audietur ad retractandũ sententiam, que alioqui iure non subsistit, pp enormitatem criminis vt est videre. nouel. vt litigan. iur. in exord. lit. §. si quis autem litigantium. Idem est de arbitris. Ulpianus in. l. ita demum. ff. de recep. arbi. & idec (inquit) sine arbitrũ quis corrupit vel pecunia, vel ambitione, vel aduocatum diuerse partis, vel aliquem ex his, quibus causam commiserat, ex doli clausula poterit conueniri, accedit l. venales. C. quand. prouoca. non est necess.

¶ Unius anni.

Judicem ecclesiasticum, qui per gratiam vel per sordes aduersus iustitiam pronunciat, suspendendum esse per annum vnum ab officio suo. Romanus Pontifex iubet, in. c. j. §. si quierem. de senten. & re iudica. lib. vj.

¶ Unius diei.

11 Judex

11 **Iudex potest emendare** †sentētiam a se dictam, vel ēt supplere in his, que ad sñam eius ptinent, seu accessoria sunt, vcz, eo. die quo lata ē. Paulus in.l.acta. Hermogenianus in.l.actorū.ff. de re iudica. sed totā prorsus mutare sñiam, τ denuo iudicare, nō potest. Alfenus in.l.cum querebatur. Ulpianus in.l. iudex postea quam.ff.eodem titu. semel enim(inquit) male seu bene functus est officio. vtrunque declaratur in.l. Paulus respondit rescindere.ff. dict. titu.

¶ Unius diei.

12 **Contumax aduersus** quem pronunciatum est i iudicio, veniens cōfestim, hoc est, eodē die, iudice adhuc pro tribunali sedente, restituit ad causaz.l. diuus Antonius.ff.de i integ.resti. τ obserua hic quam interpretationem admittant, illico, cōfestim, τ id genus alia.

¶ De testibus.

¶ Quindecim dierum.

13 **Testes quidem inuiti† coguntur** ad perhibendū veritatis testimoniū, si tñ non in loco iudicij domicilium habent, non sunt retinendi vltra.xv.dies. ne nimis grauenē. postea vero sine pmissu iudicis impune discedunt, nec deinceps inuiti ad testificandum iure vocantur.l.si quando.C.de testib.

¶ Duorum dierum.

14 **Interrogatoria vt nunc** †dicimus, scdm que examinādi sunt testes aduersarij, exhibenda sunt iudici intra duos dies, hoc est toto eo die quo testes producuntur, τ sequente. sic.n. accipiendum est, cū iudices designant ad hoc terminuz iuris. Specula. in tit. de teste.§.item de interrogatorijs.

¶ De appellationibus.

¶ Unius diei.

15 **Litigatoribus† permittitur** †ex non scripto prouocare a sententia iudicis, mō fiat illico, hoc est, eadē die, antea quam iudex τ litigatores ad alios actus diuertant. Macer. in.l.ij. ff.de appel. Sed si(inquit)apud acta quis ipso die voce appellauerit satis erit si, dicat appello. accedit.l.litigatoribus.C.eod.titu.

¶ Duorum dierum.

16 **Ei qui† suam causam** agebat, nisi statim appellasset(vt iam dictuz est) dabantur olim in causis proprijs duo dies ad prouocandum.l. i.§.biduum.ff.quand. appel.sit.τ.l.qui suspectum.ff.de appellatio.

¶ Trium dierum.

In causis alienis †dabantur tres dies ad appellandum a sententia iudicis.l. eos.§.si autem.C.de appel.

¶ Decem dierum.

Appellatio a sentētia iudicis, post biduum quoqz τ triduum, hodie admittitur intra decē dies. Quod tempus ei, qui vel per se, vel p procuratorē defensus est, cōtinuo a die sententie reputatur. Absenti vero citra cōtumaciā nec defenso, currūt.x.dies a tēpore quo reus sciuerit sententiā aduersus se dictā esse. auc. hodie aūt.C.de appellationi.l.ab eo.C.quomod.τ quand.ind.τ nouel.de appellatio.in prin. nec est pretereundum, quod in. d.l.ab eo. Imperator dicit(illico)significās tamen decem dies, qui hodie conceduntur appellātibus, vt Accursius quoqz recte intelligit. Proinde obserua, quā varijs modis accipiantur hec verba, illico, statim, mox, item longū tempus, τ cetera huiusmodi.

¶ Decem dierum.

17 **Cum appellatum** †est, habetur ēt humane fragilitatis ratio. que facit, vt concedātur.x.dies. ad emēdandā appellationē, si forte ad alium iudicē appellari debuisset(quippe obseruādi sunt gradus magistratuū in prouocationibus) aut si totius appellationis eum peniteat, qñquidē sepe non nisi Cadmeaz victoriam reportant prouocātes, hoc est, plus impēdunt quā tota lis sit.l.si quis.C.de appellationi.si qs, inquiunt Impatores, libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium cōmutandi τ suos libellos recuperandi, ne iuste penitudinis humanitas amputetur.

18 ¶ Sed hic merito quis hesitauerit, an non liceat † magistratibus cuiuslibet loci aliter statuere, aut ēt prorsus adimere prouocationis formam τ tempus: Respondeo, breuius quidē tempus statui posse, sicut in multis ciuitatibus obseruatur triduū antiquitus concessum sed aboleri plane per desuetudinem, aut tolli per auctoritatem bñficium appellandi, minime gentiū lz. Non desunt tñ q τ hic disputant, ad dissentiendū potius quā ad docendū studiosi, nec desunt ciuitates, que statuunt sub interminatione, τ obseruant, ne extra muros(vt dicunt ipsi)appelletur. verum litus arant, tentantes rem illicitā, que nullo diuino aut humano iure defendi potest, vt recte ctissime sentit Bartolus cum alijs plerisqz in.l.oēs populi.ff.de iu sti.τ iur.primum.n.est ꝯ naturalem defensionez, deinde iuri ciuili prorsus refragatur. deniqz occasionem dat grauissime delinquendi. Quid enim aliud dicit aut cogitatis, qui non vult appellari a sua sententia, quam hoc nolo exigi iudiciū meū ad iustitie regulas, volo obseruari decretuz meū: siue iustum sit, siue iniquū: Quid sequitur: nempe istud, sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas. Cur non audendum, cum nemo sit mee sententie futurus cēsor: Hinc vides bone lector, non tā facilē cēseri, rē, quā verba ipsa pre se ferre videtur, cū qs dicit aut statuit, ne a sententia sua appelletur, sicut alias plura de hoc scribemus. interim admonendi sumus, licere τ ipsis litigatoribus conuenire de tēpore prouocationis expediēde apud iudicem appellatum. imo τ cōsentire inter se possunt litigatores, vt tota causa ad cognitionem superioris iudicis perducatur sine vlla appellandi solennitate, qm̄ nullus in hoc grauatur, cū ipsi consentiunt. τ ita vidi in cesareo tribunali causaz fuisse admissaz ex ducatu Megelburgensi.

¶ Triginta dierum.

19 **Appellans†** a sentētia diffinitiua, hz triginta dies ad petendum Apostolos. hoc est, literas dimissorias, numerabuntur hi dies a dicta iudicis sententia, non ab interposita appellatione, in quo articulo pleriqz errant. Et iudex tenetur intra hoc tempus dare apostolos, alioqui cum officialibus suis puniendus.l.qm̄ iudices.τ.l.iudicibus.C.de appella. hoc tēpus vulgo nuncupant terminum iuris ad dandum apostolos, quorum significationem eleganter tractat Marcel. in.l.vnica.ff.de libel. dimissori. post appellationem(inquiens)interposita, litere dāde sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quez alium, quas literas, dimissorias, siue apostolos appellant. sensus autem literarum talis est, appellasse(puta) Lucium Titium a sententia illius, que inter illos dicta est, addi.l.eos.§.vlt.C.de appellatio.

¶ Sex hebdomadarum.

26 **Appellanti** †a sententia parium curie, dantur.vj.hebdomade ad prosequendā appellat onez. c.sancimus. quo tempo.mil. inuestitu.pete. deb.in vsib.feudor. interim Uasallus non est priuandus possessione feudi sui, qz pēdet adhuc appellationis causa, iuxta.l.iij.C.de appel.

¶ Triginta dierum.

21 **Qui absente** †iudice apud notarium appellauit, is debet intra triginta dies scriptum appellationis insinuare iudici, quod si non fecerit, presumitur ei renunciasse, vt tractatur in.l.iudicibus.C.de appella.

¶ Quatuor mensium.

22 **Si iudex** delegatus† noluerit dare apostolos, reijciens plane appellationem, conceduntur prouocanti

quatuor menses, vt hac de re apud delegantẽ magistratum quera tur. l. si appellationem. in fi. C. de appella. alioqui, regulariter non oportet apostolos denegare, saltem refutatorios, hoc est, quibus de claret inferior iudex non admissam fuisse appellationem ex tali ca usa. solent etiam acta iudiciaria nonnunquam loco apostolorum desi gnari. Nam satis est appellanti, quod testimonium habeat quale cunque. vel prouocationẽ interpositã, & iudici insinuatam fuisse. vn de notarius quoque (si vtcunque iudex temere noluerit) potest aposto los testimoniales dare.

¶ Sex mensium.

Regulariter appellanti a quocunque or dinario iudi ce non admittatur prouocatio, aut non dentur apostoli, sex men ses prestantur, vt interim ad superiorem iudicem de hoc querelam perferat. l. si appellationem. C. de appel.

¶ Unius anni.

23 Appellans debet prosequi causam ap pellationis intra annum, quo elapso, prior sententia rata manet, nisi longius tem pus impetratum fuerit. auc. ei qui. C. de tempori. appellatio.

¶ Duorum annorum.

Appellantibus ex legitima causa, ne ius suũ pse querentur impeditis, indul getur biennium. d. auc. ei qui.

¶ Circa appellationem itaque, principaliter tria obseruabis tempo ra, primum, interponende, secundum, insinuande, tertiũ, prosequẽ de appellationis.

¶ De dilationibus iudiciorum & contractuum.

SVMMARIVM

1 Promittens aliquid dare aut facere in diebus, non adijciens qui bus, tenetur post biduum.
2 Diei omissio per errorem vitiat contractum.
3 Actor forum rei sequi dz, cessantibus antiquis exhibitionibus.
Reus accepto actoris libello. xx. dies habet ad deliberandũ cede re ne an contendere debeat.
4 Fisci debitoribus tempus ad soluendum petentibus cuiusmodi di latio detur.
Minores summe pecuniarum que dicantur.
Compensationem fisco opponens quam dilationem habeat ad pro bandum debitum.
5 Fideiussor iudicio sisti post quantum tempus liberetur etiam si non sisterit.
6 Clericorum causa intra duos menses non terminanda.
Clerici absentes si tribus edictis vocati intra sex menses non vene rint, priuandi sunt beneficijs.
7 Fideiussor sistendi causa acceptus potest moram rei intra sex men ses purgare.
8 Legatione publica functi vacationem a muneribus habebant toto anno sequenti.
9 Dotem quam promisit, non soluens intra biennium, ad emolumen tum illius tenetur.
10 Cõductor cessans toto biennio in solutione pensionis põt expelli.
11 Emphyteota cessans toto triennio in solutione pensionis, potest ex pelli a predio emphyteotico.
Emphyteosis quid sit.
12 Honores olim qui gessisset, toto triennio sequenti immunitatem cõ sequebatur.
13 Scholaris quinquennio literas non exercens amittit priuilegia.
14 Aduocatum oportet quinquennio iuri operam dedisse.

¶ Duorum dierum.

1 Qui promittit † pecuniã aut factum in die bus, non adijciẽs quibus, is post biduũ tenet. l. inter illã. ff. de ver. sig. ita datã con ditionẽ (inquit Jabolenus) illud facito in diebus, si nihil preterea fuisset adiectũ, in biduo conditionẽ impleri oportet. Ac cursius recte notat idem dicendũ esse, si promittat quis se daturũ, aut facturum in annis. Nã de duobus proximis intelligendũ est. l. libertas. §. vult. ff. de manumis. testa. qd non est contemnẽdũ, pp va
2 rios cõctus, in quibus non conuenit de certo tempore alioqui † cum placuerit cõhentibus certum tempus adijci & per errorem omissum est, nihil agitur, quãdo de grauamine eius tractatur, qui non obser uat diem, vt est accipienda. l. ita stipulatus sum te, in princip. ff. de verbo. obligatio.

¶ Decem dierum.

Si quis petijsset aduersarium suũ de vna prouincia ad ali am exhiberi, & in ius trahi, actor cõtumax olim ex pectabatur. x. diebus, quibus elapsis, absoluto reo condemnabatur in expensis & damnis, vt est videre nouel. de exhiben. & introducẽ. reis, in princ. Sed hodie tales exhibitiones sunt abolite, vt. s. quoque
3 diximus. actor † enim sequitur forum rei. l. ij. & l. in criminali. C. de iurisdic. omni. iudi.

¶ Viginti dierum.

Reus conuentus accepto libello per quẽ edita est actio, habet inducias. xx. dierum, vt deliberet, vtrum contendere velit, an cedere in iudicio. auc. offeratur. C. de iudic. ceterum, iudex potest pro qualitate rerũ ac personarum, breuiores aut prolixiores inducias concedere de bet quoque spectari locorum consuetudo. l. presides. & l. oratione. ff. de feri. quo pertinent quod Ulpianus in. l. nonnunquã. ff. de iudic. & in. l. ij. ff. de re iudic. qui pro tribunali (inquit) cognoscit, non sem per tempus iudicati seruat, sed nonnũquã prorogat, nonnunquam arctat, pro cause qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumatia.

¶ Duorum mensium.

4 Debitoribus fisci † petentibus dilationem ad soluẽ dam pecuniam fisco debitam duo mẽ ses indulgendi sunt in minoribus pecuniarum summis. l. in fraudẽ §. fiscalibus. ff. de iur. fisc.
¶ Sed que sunt minores summe pecuniarum? tractatur hoc in. l. j. C. de defensori. ciuita. in minoribus (inquit) causis, id est vsque ad quinquaginta solidorum summã acta iudicialia cõficiat. quo loco solidi, pro aureis nõ aliter accipiuntur, quam in. §. vlt. insti. de pen. temer. litigan. alio mõ intelligendus est solidus in. l. si libertus. ff. de in ius vocand.

¶ Duorum mensium.

Is qui compensationem opponit fisco, dz intra duos mẽses probare debitum, postea non admittitur compensa tio. l. auferetur. §. qui compensationem. ff. de iur. fisc

¶ Trium mensium.

Si debitores fisci nõ habeant pecuniam quam sta tim soluant, dilationem humanitatis gratia, triũ mensiũ. obtinebunt in maioribus pecuniarũ summis. l. in fraudem. §. fiscalibus debitoribus. ff. de iur. fisc, que aũt censeri debeant maiores summe, facile patet ex his, que de minoribus sum mis diximus.

¶ Duorum mensium.

5 Fideiussores † qui promittunt reum iudicio sisti, libe rantur post duos menses, si actor in terea non fuerit litem cõtestatus, qz differens tã diu iudicium, cen setur a lite velle discedere, nisi forte, vel ex scripto solenni, vel ad certum tempus, vel in causa publica fideiusserint. l. si fideiussor. §. sancimus itaque. C. de fideiussoribus, & mandatori. quo loco iurisperi ti scribunt, eum quoque videri ex scripto, seu in scriptis fideiusisse, q apud notariũ post fideiussionẽ cõfitetur se promisisse iudicio sisti. quod diligenter obserua, vt scias qui nam dicendi sint contractus scripti, & quomodo scriptum contractum facias, nulla initio inter ueniente scriptura.

¶ Duorum mensium.

6 Causa

6 **Causa clericorum** †precisis dilationibus, intra duos méses diffinienda est, ne a diuini cultus officijs, quibus addicti sunt, diu distrahantur nouel. vt cler. apud prop. episc. §. si ver o aut propter. & §. si tñ de criminibus.

¶ Sex mensium.

Clerici bsentes, quorum presentia in ecclesijs desideratur, vocãdi sunt p tria edicta publice pposita. deinde si extra sex menses non venerint, priuandi sunt beneficijs. c. extue. de cleric. non residenti.

¶ Sex mensium.

7 **Fideiussores** †iudicio sistendi causa dati, possunt intra sex menses purgare morã rei principalis, vez allegatis causis probabilibus, quare die prefinito ad iudicem non venit. l. sancimus. C. de fideiussori.

¶ Unius anni.

8 **Legatione** †publica functi, habebant oliz quasi pro beneficio vicissim, vacationem ab honoribus vnius anni. Modestinus in. l. non solũ, in prin. & §. annus. ff. de excusatio. tuto. annus autẽ (inquit) cõtinuoz dierum scrutabitur, ex quo qs reuersus est, rectã viã dirigens vel dirigere debens, non eã que est ex circuitibus. Quod argumentũ non cõtemne, aduersus eos, q cũ per cõpendia rerũ aliqd agere possent, ipsi sibi sunt cã differẽdi negotij, cur. n. bis subueniendũ fuerit? obserua ẽt hic, quã ti olim apud romanos erat excusari ab honoribus vel vno anno, & simili propemodũ rõne, magnuz immunitatis beneficiũ existimabant, excusari a tutella & curatione minorum. sunt hoc seculo q ambiunt vtrunqz, tantum abest quod velint excusari.

¶ Duorum annorum.

9 **Qui dotem promisit** ni soluat intra bienniuz, tenetur postea ad emolumentum eius. l. vlti. §. vlti. C. de iur. dot.

¶ Duorum annorum.

10 **Si quis** †in longũ tẽpus cõducta domo vel fundo, distulerit toto biennio pensionẽ soluere, is potest iuris remedio expelli, non obstante conuentione. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat.

¶ Trium annorum.

11 **Emphyteota** triennio† differens annue pensionis solutionẽ, põt p dominũ predij possessione destitui. Iustinianus in. l. ij. §. sinautẽ nihil. C. de iur. emphyteo. volenti (ait) ei licere eum predijs emphyteoticarijs repellere. Que verba nonnulli interpretantur nimis dure de violẽtia armoz priuata, hinc nemo nõ hz in ore. Dñs fundi põt emphyteotã triennio non soluẽtẽ, ppria auctoritate expellere. Rogo qd aliud hoc est quã suppeditare occasionẽ rixarũ & armorũ? Quid. n. si emphyteota nollit expelli, & opponat vim? Rectius igit' ex equo & bono sic accipies Iustinianũ, sicut in pfatione institutionũ dicit, vt p legitimos tramites expellat calũniatez emphyteotã. Nunqz. n. pmittit' vis, nisi nominatim, & sm naturam permittatur. vt ibi, vim vi moderata tutella, repellere licet.

¶ Emphyteosis aũt, vel (vt quidã rectius dici probãt) emphyteosis, ɔtractus est inter emptionez & venditionem. Itẽ locationem & conductionẽ, medius & specialis, de quo tractatur in tit. C. de iur. emphyteo. & in. §. adeo autem. instit. de locationi. & conductio.

¶ Trium annorum.

12 **Qui** honores† olim gessisset, ei concedebatur immunitas, vt intra trienium non vocaretur ad alia id genus munera. l. ad honoribus. C. de muneri. & hon. lib. x.

¶ Quinqz annorum.

13 **Scholaris** †q bonas literas quinquennio non exercet admittit priuilegia iuris, que sunt in auc. habita. C. ne fili. pro patr. non. n. vz animũ discendi habere, q pclaras disciplinas tãto tpe negligit, arg. l. penul. C. de commeat. lib. xij. q nota propter exemplum aliorum absentium.

¶ Quinqz annorum.

Ad disciplinã iuris ciuilis, qnquenniũ diffinit Iustinianus in
14 pfatione pãdectarũ. §. & q iã primis. Quocirca & hoc† statutũ est, q añ quinquenniũ nemini prorsus liceat patronũ causarũ in iudicijs agere. l. petitiones. C. de aduoca. diuerso. iudic. nec de cetero (inquit) quẽquã anteqz p statuta tpa legũ eruditioni noscatur inhesisse. ɔ. dicto cõsortio sociari. Utinã hoc seculo nostri magistratus vellẽt eã cõstitutionẽ mordicus obseruari ab oibus causidicis.

¶ Etates hominis & earum tempora.

SVMMARIVM

1 Infantia in septimum annum producitur.
Infans ex delicto culpam non admittit.
2 Impubes vsqz ad annũ decimum & dimidiatum infanti similis habetur, ab eo tẽpore vsqz ad decimumquartum annum proximus pubertati ac proinde doli capax censetur.
3 Femina impubes dicit' vsqz ad duodecimũ annuz proinde nec matrimoniũ contrahere, nec testari intra illud tempus potest.
4 Pubertatis ratio ex quo tempore habeatur.
5 Uenia etatis quoto anno impetrari soleat.
6 Alimenta vsqz ad pubertatẽ relicta ad quotũ vsqz annũ debeant'.
7 Minor rei imobilis donate repetitionem hz intra annos viginti.
8 Testis in causa criminali non recipit', nisi qui. xx. an. attigerit, in cã ciuili post decimumquartum annum admittitur.
9 Legitimam etatem attigisse quis dicatur.
10 Minor. an. xx. iudex esse lege Iulia prohibetur.
11 Minor. an. xxv. procurator ad iudicia constitui non potest.
12 Parochi & presbyteri constitui non debent nisi maiores. xxv. an.
13 Etas hominis vt plurimum. lxx. an. non exuperat.
14 Usufructus, municipio legatus centum annis durat.
15 Maior anno. septuaginta immunis est a tutela.

¶ Septem annorum.

1 **PRimus etatis** gradus† est infantia, intra annum septimũ. recte. n. infans dr', quasi nullis idoneus officijs, qz ɔsilio prorsus caret. ac primeue inocentie, qua Deus ab initio creauit hominẽ, exemplũ nobis refert. Quãobrem ẽt nullis delicti culpam admittit. l. infans. ff. ad legem cornel. de sicar.

¶ Decem annorum.

2 **Impuberes** †ab anno septimo vsqz an annũ sesquiũdecimum, proximi cẽsentur infantie, similis plane furioso & infanti, quantũ ad delinquendi affectum attinet. qz huius etatis pueri bonum & malũ non adhuc possunt discernere, adeoqz intellectu carent. §. pupillus. institu. de inutil. stipulatio.

¶ Quatuordecim annorum.

Ab anno sesquiundecimo, vsqz ad annum decimũquartũ ipuberes cẽsentur, primi pubertati & doli capaces, ideoqz & furtũ, & iniuriam admittere possunt. l. pupillum, in prĩci. ff. de reg. iur. l. ipuberẽ. ff. de furt. & l. sed & si quocũqz. §. q si ipubes. ff. ad leg. Acql. & hec ita se habẽt in masculis. Feminarũ vero infantiam Accursius extendit vsqz ad annũ sesquidecimum, in. d. §. pupillus.

¶ Duodecim annorum.

3 **Femine† intra** duodecimũ etatis annũ censent' impuberes. Quare antea etatem matrimoniuz non recte ɔhunt, qz viripotentes non sunt. insti. de nupt. in princip. & quib. mod. tutel. finit. in prin. nec possunt tales puelle testari. l. iij. §. lege iulia. ff. de testi. & §. preterea. insti. quib. non est permis. face. testamen.

¶ Quindecim annorum.

4 **Pubertas** †in iure nuncupat etas. xv. annorum. interim, n. ab incunabilis, pueri vocant impuberes, retinendi sub disciplina parentū aut tutorū, recte ergo obseruatū est olim, ne contraherent nuptias añ annū etatis decimū & quintū. §. eninuero. nouel. de tempo. non solu. pecu. sup. dot. si quidē cōpertum habemus (inquit Justinianus) eos qui quā celerrime nuptias contrahunt, ad illas non minores quindecim annis accedere. Hodie vero publica honestas, neqz hanc puerilē etatē admittere dz ad onera matrimonij, & vehemēter stulti fuerint parētes, qui liberis suis infirmo adhuc, aut ēt nullo cōsilio preditis, rem tantā aggredi permittūt.

¶ Ueteres olim solebant ex habitu & inspectione corporis estimare pubertatez, nedū ex annis, vcz masculorū, sed ēt feminarū. quod Justiniano pp pudicitiā retinendā merito displicuit, volenti qp post decimū & quartū annū masculi, cepto decimo & quinto, femine aūt post duodecimū, illico reputarentur puberes, finireturqz tutela. instit. quib. mod. tutel. finit. in princ.

¶ Uiginti annorum.

5 **Adolescentes** qui minoribus & solertia prediti sunt tū etsi legitimā etatē nōdū explenerint, anno tū vigesimo possunt impetrare veniā administrandarum rerum. l. ij. in prin. C. de his qui veni. eta. impetra.

¶ Septemdecim annorum.

Femine quas morū honestas cōmendat, anno decimo & septimo veniā etatis impetrare possunt, vt pro maioribus (quātū ad reruz domesticarūz administrationem attinet) censeantur. l. ij. §. feminas quoqz. C. dict. titu.

¶ Octodecim annorum.

6 **Cum** †relinquuntur alimenta masculis vsqz ad pubertatem, intelligi oportet annū etatis decimū & octauū. Modestinus in. l. mela ait, in prin. ff. de alimen. & ciba. lega. certe (inquit) si vsqz ad pubertatē alimēta relinquant, si qs exēpluz alimentorū, que dudū pueris & puellis dabant, velit seq, sciat Hadrianum cōstituisse, vt pueri vsqz ad decimum & octauum, puelle vsqz ad decimum quartū annū alantur. Animaduerte hic bone lector quantam vim habeat humanitatis ratio, vt pubertatis quoqz reputatio illi cedat. est enim humanum, alimenta pubertate puero relicta, porrigantur, nonnihil ad robustiorem etatem, qua possit seipsum alere. Insuper & hoc pondera diligenter, quod modestinus dicit, (si quis exempluz alimētorū, que duduz pueris & puellis dabant, velit seq.) Nā hinc apparet, iuriscōsultos exēpla nobis in vsucapionibus & prescriptionibus diffiniuisse. que pro ratione cuiuslibet loci temporis, & personarum, sequi, aut etiam variare liceat.

¶ Uiginti annorum.

7 **Minores** †intra annum vigesimū, si quā rem imobilem donauerint (non tū pp nuptias) habent repetitionem, postea non audiendi. l. vlt. §. cum autem. C. si mai. fact. aliena. rat. habue.

¶ Uiginti annorum.

8 **Ad** testimoniū† in causis criminalibus, requiritur etas. xx. annorum. l. in testimonium. C. de testib.

¶ Quatuordecim annorum.

In causis ciuilibus, admittunt puberes post annū decimū & quartū etatis expletū. ideoqz & matrimoniū contrahere, & testari possunt romano iure. instit. de nup. in princip. l. seniū qdez. & l. seq. C. q testa. face. pos. l. qua etate. ff. de testa. l. si frater. C. eod. titu. de nouel. vt sponsal. larg. §. & hoc quoqz.

¶ Uigintiquinqz annorum.

9 **Legitima** †hominis etas, post quintū & vigesimū annuz reputatur. interim namqz minores appellant iuuandi pp etatis imbecillitatē. l. vlti. C. de his qui veni. etat. impetra. vlpia. in. l. j. ff. de minori. xxv. ann. Nā cū inter oēs (inquit) constet, fragile esse & infirmū hmōi etatuz cōsiliuz, & multis captionibus suppositū, multorumqz insidijs expositū. Et inferius, apparet minoribus annis. xxv. euz opem polliceri. Nam post hoc tempus cōpleri virilem vigorem constat. Et ideo hodie in hanc vsqz etatem adolescentes curatorū auxilio regunt, nec ante rei sue administratio eis cōmitti debebit, qūuis bene rem suam gerentibus.

¶ Uiginti annorum.

10 **Lege iulia** †cautū est, ne minor. xx. annis iudicet. quare nec arbiter eligi pōt, neqz pena ex sententia eius committitur. l. cum lege iulia. ff. de de arbi.

¶ Uigintiquinqz annorum.

11 **Minor. xxv. annis** † nō pōt cōstitui procurator ad iudicia. l. exigēdi. C. de procura. sane (inquit Alexander) qp necduz legitimā etatez idez filius tuus compleuerit, ob hoc quidem depellere a procurationis officio euz iudex non iniuste potuit.

¶ Uigintiquinqz annorum.

12 **Parochos** & presbyteros† minoribus, sciētia & etate graues, saltē. xxv. annis maiores eē vult romanus pōtifex in. c. lz canon. §. qz tū. c. cū in cūctis. §. inferiora. de electio. li. vj. auc. psbyteros. & l. si quenqz. C. de episc. & cleri.

¶ Sexaginta annorum.

Uiduam appellat apostolus, que non minor sit annis. lx. & vnius viri defuncti vxor. j. timo. v.

¶ Septuaginta annorum.

13 **Etatem** †hōis firmiorē. Dauit extendit vsqz ad. lxx. annū, vt ab eo tempore sit labor & dolor. psal. lxxxix.

¶ Centum annorum.

14 **Usufructus** †municipio legatus, cētū annis durat, qz is finis vite longeui hominis est. l. an vsufructus. ff. de vsufruct. legat.

¶ Septuaginta annorum.

15 **Maiores. lxx.** annis, erant olim immunes a tutelis, & ab omnibus muneribus psonalibus. l. ij. in prin. ff. de excusa. tut. l. maiores. ff. de iur. immunita. l. si vltra. C. de decurio. lib. xij. semper. n. in ciuitate romana senectus venerabilis fuit, eundēqz pene honorē senibus, quē magistratibus exhibebant. l. semper. ff. de iur. immunita. quocirca rectissime dixit Ennius, minoribus antiquis, res stat romana, virisqz. Et ppende in. d. l. maiores, quod qui ingressus est septuagesimū annum, nondum tamen egressus, non recte dicitur maior. lxx. annis, nec habet immunitatem.

¶ Hec fere sunt que in iure ciuili de etate hominis tractari solent, tametsi Uarro cū alijs etatem absolute partiatur in infantiaz, pueritiam, adolescentiam, iuuentaz, & senectutem, post quā tandez pueritiam redit, & senex bis puer est, vt dici solet.

¶ De temporibus que in materia belli considerantur.

SVMMARIVM

1 Bellum triduo ante denunciatum censetur licitum.
2 Uulnerato intra triduum mortuo vulnus letale fuisse presumitur.
3 Animal emptum si intra triduum post emptionem moriatur, moritur venditoris periculo.

¶ Trium dierum.

1 **Bellum**† si triduo anteaquā cōmittatur denunciatuz fuerit honestibus, vulgo existimatur plane honestum. Z, nisi sit indictū, oēs putant infame, &

fame, & hanc vocant diffidationẽ, que non minus quã triũ dierũ tps cõplecti debeat, vnde est titu. õ diffidatio. ¶ Sed o vanam hominum cecitatẽ, qui putamus bellũ ex eo cõprimis iustũ censeri, si precedat denuntiatio, non perpendentes interim rem & causam ex qua ꝓcedat, plerũq; etiam obuiarẽ, quãto rectius Plato negauit vllũ bellũ inter hoĩes censeri iustum, seditio est inquit, & Christus saluator noster Matth. v. At ego (ait) dico vobis, qđ quisquis irascitꝰ fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. ¶ Sic igitꝰ statuamus, nullũ bellũ iõ licitũ videri põt, qđ triduo prius indictũ sit, aut ẽt si plꝫ, decẽnio, nisi sincera conscientia suscipiatꝰ, pro tuendis bonis aduersus malos, ac ltima & necessaria rõne, ab ijs, qbus Deus cõmisit gladiũ & hec est summa eoꝝ, q̃ iurisperiti argute magis, quã vtiliter disputant de bello, in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. ac alijs locis.

¶ Trium dierum.

2 **Vulneratus** † si mortuus fuerit intra triduũ, presumitꝰ vulnus letale fuisse. Postea vero, non ex vulnere sed ex alia accidẽte cã censebitꝰ defunctus, vt Bar. cum alijs probat in. l. vlti. in fi. ff. ad leg. cornel. de sicari. Ang. & Alexã. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obligationi.

3 ¶ Eadem ratione probant doctores, si animal emptũ † triduo mortuum fuerit, imminere hoc detrimentum venditori, quoniã ex vitio morbi ante venditionem contracti, censetur perijsse. l. si vero. §. qui ꝓ rei. §. qui satisda. cogan. Nonnulle ciuitates vtuntur ad hoc prescriptione decem & quatuor dierum, vt si tam diu vulneratus superuiuat, reputant eum aliunde, quam ex vulnere mortuum.

¶ De consideratione temporis circa aduocati officiũ.

SVMMARIVM

1 Aduocati error intra triduum reuocari potest.
2 Aduocato non licet abesse vltra biennium a foro in quo causas agere solitus est.

¶ Trium dierum.

1 a **Duocator** † error ex cõtinẽti, id est triduo reuocãdus ẽ, vcꝫ qñ litigatores sunt pñtes, alioq; error iuris & facti, vsq; ad sniã emẽdari põt ab alijs. l. j. & vlti. C. de error. aduoca. l. error. C. de iur. & fact. ignor. l. iudices. C. de iudi.

¶ Duorum annorum.

2 **Aduocatis** † quorũcunq; Judiciorum, etiam si cõmeatũ hoc est, veniã abeũdi a magistratu impetrassent, non licebat olim vltra bienniũ abesse, sub pena amittendi officij. Erant enim apud antiquos, aduocati & numero, & ordine certo in matricula descripti. l. vlti. C. de aduoca. diuer. iudicio.

¶ De temporibus que circa heredes cõsiderantur.

SVMMARIVM

1 Hẽs noie defuncti nõ est cõueniẽdus itra nouẽ dies ab obitu illius.
2 Manumissio serui venditi vel relicti sub hac conditione, vt manumittatur, intra quantum tempus celebrari debeat.
3 Hẽdi tres menses danꝰ ad deliberandũ adire necne dẽat hẽditatẽ.
Heres intra quantum tempus inuentarium conficere debeat.
4 Bonorum possessio intra quantum tempus sit petenda.
5 Heres extraneus filio exheredato intra quod tempus hereditatem adire debeat.
6 Heredi eius qui pendente appellatione mortuus fuerit quantũ tẽporis detur ad prosequendam appellationem.
7 Herede in ius vocato legata non soluente intra sex menses mittuntur legatarij in bonorum possessionem illius.
8 Heres non soluens legata ad pias causas intra sex menses ex tempore insinuati testamenti ad quid teneatur.
Legatum pium quid sit.
9 Heredi etiam absenti non vltra nouem menses conceduntur ad deliberandum.
10 Heredis rem a defuncto donatam violenter, auferentis pena.
11 Heres aut etiam executor testamentarius intra quantum tempus legata soluere debeat.

12 Filij dicentis se nolle adire hereditatem maternam penitentia intra annum admittitur.

¶ Nouem dierum.

1 b **Eres** † ob publicã honestatem intra nouem dies ab obitu illius cui successit, nulla õ re noie defuncti molestãdus est. Qđ si secus fiat, inutiliter agitur. donandũ. n. hoc tps est luctui, cõmiserationis & modestie cã auc. Sed neq; C. de sepulc. violat. in multis ciuitatibus lõgius tps indulgetꝰ heredibus, & merito, vt occuratur impudentie illorũ, qui ne moribũdo quidẽ parcerẽt, & funeribus molestiam, aut ẽt iniuriam inferrent. Quod tamen sub pena tertie partis bonorum, & infamie prohibitum est, in auc. Item qui. C. dic. titu.

¶ Duorum, & quatuor mensium.

2 **Cũ** † venditꝰ † aut relinquitꝰ ancilla vel seruus, vt manumittatꝰ, nec appet de tpe quo manumitti dẽat, certe nisi itra duos mẽses manumissio fiat, postea ipso iure cõtigit libertas iter pñtes. l. vlt. ff. q sin. manu. ad liberta. pueni. iter abñtes. iiij. mẽsi. l. vl. ff. eo. ti.

¶ Trium mensium.

2 **Heres** † an noluerit hereditatẽ adire seu agnoscere, deliberandi gratia tres menses hꝫ a die quo se heredẽ esse intellexit. l. sancimus. §. similiq; mõ. C. de iur. delib. interim ergo cõueniri nõ pt a creditoribus defuncti. l. sancimus. §. donec tñ. C. eo. ti. & eodẽ tpe dꝫ hẽs scribere oiuꝫ bon. inuẽtariũ, si mõ adsit hẽditas.

¶ Vnius anni.

Heres absens a loco in quo est tota hereditas, vel maior eius pars, dꝫ inter annuꝫ curare vt pficiatꝰ inuentariũ. l. vlti. §. fin autẽ a locis. C. de iure. delib.

¶ Centum dierum.

4 **Ad petẽdam** † bonorũ possessionem proximitatis & cognationis noie centumꝰ dies olim dabantur vtiles, ex eo tempore quo primum rescisset mortẽ cognati. l. ij. C. qui admit. §. liberis itaq;. insti. de bono. pos.

¶ Vnius anni.

Liberis emancipatis & parentibus, bono. possess. intra annum cõcedebatur. Verum hodie sublata est fere differentia emãcipationis. §. liberis. itaq; insti. de bono. pos. l. j. §. largius. ff. õ succes. edic. l. si coheredi. §. vltimo. ff. quis ord. in bono. posses. seruet. l. emãcipata. C. qui admit. de hoc alias dicetur.

¶ Sex mensium.

5 **Heres quẽ** † pater exheredato filio instituit, debet intra sex menses adire hereditatem, si modo sit presens, ne querela inofficiosi testamenti, quam ante aditam hereditatẽ filius prosequi nõ põt, calũniose impediatur de absente est annus constitutus. l. scimus antea. §. illud ꝓterea. C. de inoffi. testa.

¶ Quatuor mensium.

6 **Heredes eius** qui pẽdẽte appellatiõe mortuus fuerit, non solũ habent tempus quod defuncto ad prosequẽdã appellationẽ relictum fuit, verũetiam quatuor mẽses cõceduntur illis post deliberationem de adeunda hereditate, numerandi. l. vlti. C. si penden. appella. mors interuener.

¶ Sex mensium.

7 **Si heredes** † in ius vocati non exoluerint legata intra sex menses, legatarij vel fideicõmissarij sunt mittẽdi in possessionẽ bonoꝝ heredis quoꝝ fructus tantisper percipiẽt, donec volũtati testatoris satisfiat. l. is cui legatoꝝ. §. imperator Antonius. ff. vt in posses. leg. l. certa est forma. C. e. ti.

¶ Sex mensium.

8 **Heredes** † q legata ad pias cãs itra sex mẽses nõ soluũt a tpe isinuati testamẽti tenent postea ad omnia emolumenta, ⁊ ad id qđ interest legatarioꝝ, solutionem non fuisse protractã. §. si autem nouel. de ecclesiasti. tit. quid est autem legatũ pium, Breuiter hoc est, qđ religioni, bonis literis, ⁊ paupertati relinquitur, in his enim vera pietas exercetur.

¶ Nouem mensium.

9 **Heredibus** † hodie siue pñtibus, siue absentibus, non vltra nouẽ mẽses ɔcedunt ad deliberãdũ amputatis alijs dilatiõibus. l. vlti. §. sed quidã. C. de iur. deliberan.

¶ Unius anni.

10 **Heres** † qui violenter abstulerit alicui rem a defuncto donatam, tenetur intra annum in quadruplum, postea in simplum. l. j. C. vi bono. rapto.

¶ Unius anni.

11 **Heres** † vel executor testamẽtarius, nisi itra annũ soluat legata ꝫm voluntatẽ testatoris amittit hereditatẽ ⁊ executionẽ. §. si qs aũt nõ implens, nouel. de here. ⁊ fal. auc. hoc amplius. C. de fideicõmis. ¶ Et ne hic erres, sciendum est heredẽ quidẽ statim cogi posse ab adita hereditate, vt rẽ legatã tradat, nec toto anno expectandũ est necessario ceterũ si tanto tpe heres solutionẽ legatorũ sine lrima cã distulerit, pena hec locũ hꝫ sic intellige. l. si liber homo. §. cũ res ⁊. l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg. l. j.

¶ Unius anni.

12 **Filius** † si forte dixerit se nolle adire hereditatem maternaꝫ potest nihilominus mutata voluntate, intra annum adire. l. filij. ff. ad senatus. tertul.

¶ De adulterio.

SVMMARIVM

1 Adulterũ cũ vxore depḣẽsũ maritus p viginti horas retinere põt. Marito non lꝫ hodie deprehensum adulterum occidere.
2 Debitorẽ fugientem creditor persequi ⁊ apprehensum per viginti horas detinere potest.
3 Repudio propter adulteriũ, misso aut etiam mortua vxore de adulterio suspecta serui libertatem consequi intra duos menses olim non poterant, ⁊ que sit huius ratio.
4 Maritus vxorem accusare adulterij intra. lx. dies iure mariti põt.
5 Adulterij accusatio intra quantum tempus intendenda.
6 Minor an. q̃tuordecim adulterij accusari nõ põt, post illã etatẽ põt.
7 Diuortio facto, mulieri, q̃ se pregnantẽ existimat, quo mõ ɔsulatur.
8 Mulier p̃gnãs supplicio afficiẽda ꝟuari dꝫ. xl. diebus post partũ.

¶ Viginti horarum.

1 **Maritus** † põt adulterũ cũ vxore sua deḣensuꝫ quẽ vt nolit, aut non liceat occidere, p horas diurnas nocturnasqꝫ non plures quã viginti retinere, testãde eius rei cã, vt sine fraude iure suo vtat. Ulpianus in. l. capite quinto. ff. ad. l. iul. de adulte. Ego arbitror (inqt) ẽt i p̃re seruandũ, qđ i marito exp̃ssũ ẽ. Sed ⁊ si nõ i domo sua maritus deḣẽderit poterit retinere. Sꝫ semel remissus adulter, reduci non potest. Quid ergo si euaserit, an reductus custodiri viginti horis possit? Et puto, hic magis dõm, reductum retineri posse testande rei gratia. Qđ adijcitur, testande rei gratia, ad hoc pertinet, vt testes inducat testimonio futuros accusatori, deprehensuꝫ reũ in adulterio. Hec verba recensui qm vehementer in alijs quoqꝫ factoꝝ articulis deseruire nobis possunt. Ceterum hodie nunquam licet occidere in adulterio deprehensum, quod olim liberius concedebatur.

¶ Viginti horarum.

2 **Suspectus** † de fuga multomagis in crie deprehensus, põt retineri. xx. horis, vt interim iudex adeatur, per. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. que in frau. credi. Si debitorem meum (inquit Ulpianus) ⁊ ɔplurium creditoꝝ consecutus essem fugientem, ac pecuniam secum ferentem ⁊ abstulissem ei id quod mihi debebatur ⁊c. Sic enim recte colligunt docto. exemplo adulteri retinendi, hunc quoqꝫ articulum diffiniendum esse.

¶ Duorum mensium.

3 **Misso** † olim repudio propter adulterium vel mortua vxore, de adulterio suspecta serui vxoris post repudium, vel post mortẽ eius, duobus mensibus in seruitute necessario manebãt nec antea manumittebantur, quos interim maritus posset p eruẽda veritate ad torturã petere. Ut si probatũ esset adulterium, dos cederet marito, sin minus, redderetur heredibus mulieris. l. vlti. C. ad leg. iul. đ adul. ¶ Diuortiũ ãt, seu repudiũ, olĩ ex multis, atqꝫ non ita grauibus causis admittebatur, vt est videre in. l. ɔsensu licita. C. de repudi. Utebant autem Romani ad hoc solẽnibus verbis sicut ⁊ in interdictis, ⁊ alijs rebus serijs. Caius in. l. ij. ff. de diuor. in repudijs aũt (ait) ⁊ renuntiationibus cõprobata sunt hec verba, res tuas tibi habeto, item hec tuas res tibi agito. Jn sponsalibus quoqꝫ discutiendis placuit renuntiationẽ interuenire oportere in qua re hec verba pbata sunt ɔditione tua non vtor. Adhibebant itẽ testes septẽ, ciues Romani puberes, ne res pcipitãter. agi videret. Paulus in. l. nullũ diuortiũ. ⁊ in. l. iij. ff. dict. ti. Hodie vero non nisi ex cã adulterij diuortiũ permittit, Matt. v. ⁊. c. iij. de adulterijs. ⁊ stupr.

¶ Sexaginta dierum.

4 **Maritus** † hꝫ. lx. dies ad accusandã vxorẽ de adulterio iure mariti. Postea nõ aliter quã extraneus admittit. l. iure mariti. C. ad iul. đ adul. iure ãt mariti accusare, ẽ i accusando hec habere specialia. Primum, vt preferat oibus alijs accusare volentibus, etiam patri adultere. Scõm, dies predicti ad accusanduꝫ sunt marito vtiles, alijs ɔtinui. Tertiũ, sine subscriptione, ⁊ sine pena calumnie accusat. Quartũ, ex sola suspitione accusare potest, vt tractatur in. d. l. iure mariti. ⁊. l. quamuis. C. eo. titu.

¶ Sex mensium.

5 **Accusaturus** † mulierem de adulterio extraneus hꝫ sex menses a die diuortij vtiles. l. j. §. accusationem. ff. ad senatuscon. Turpilia.

¶ Quinqꝫ annorum.

Adulterij accusatio post ɋnqueniũ ɔtinuũ nõ audit siue mulier, siue maritus sit accusandus. Cõputat aũt a die admissi criminis, Papinianus in. l. quinquennium. ff. ad l. iul. de adult. Nam dari sex menses vtiles sic est accipiendũ, ne crimen ɋnquennio continuo sopitum excitetur.

¶ Quatuordecim annorum.

6 **Minor** † post pubertatẽ, hoc est, post decimũquartũ annuꝫ committit adulterium, non intra eam etatem. l. si minor. ff. ad. l. iul. de adult. Quanquã nõnulla crimina, ipuberi quoqꝫ non cedant impune.

¶ Triginta dierum.

7 **Senatuscõsultũ** † qđ factũ est apud Romanos de liberis agnoscendis, pmittit mulieri parẽti ve eius in cuius ptãte est, vel ei cui mandatũ est ab eis si putauerit se pregnantem post diuortium, denunciare id marito intra. xxx. dies a diuortio numerandos. Si maritus non adfuerit, denunciabitur partui in cuius potestate est, aut si neutrius copia fuerit, ad domum eoꝝ fiet denuntiatio. l. j. §. permittitur igitur. ff. de libe. agnos. l. j. §. mulier autem. ff. de ven. inspi. Hodie vero, non nisi ex causa adulterij fit diuortium, quo casu hec quoqꝫ deseruire pñt vt supra dictum est.

¶ Quadraginta dierum.

8 **Mulier** † pregnans vltimo supplicio afficienda seruabitur. xl. diebus etiam post partuꝫ humanitatis gratia vt recte probat Accursius in. l. pregnans. ff. de pen. argu. l. ij. §. si non propter. ff. si quis cautioni. Si tñ (inquit Ulpianus) post partũ decubuerit, probandum erit quasi valetudine impeditam.

¶ De

¶ De rescriptis et nouis constitutionibus.

SVMMARIVM

1 Rescriptum principis, quo seuerius aliquem puniri, quam equum est mandat non ante. xxx. dies executioni mittendum.
2 Cōstitutio noua post duos mēses ab insinuatiōe viz et robur accipit.

¶ Triginta dierum.

1 Si princeps † rescripserit aut mandauerit aliquem seuerius, quam equū est, puniri, hoc est noua quadaz et inusitata forma, tūc non statiz ꝯdemnandus est reus, sed. xxx. diebus supersedendū est, vt interim affectus principis nimium forte ꝑ falsas delationes exarcerbatus, ad clementiorem veritatis cognitionē ꝑducat. l. si vendicari. C. de pen. Digna sane optimorū Imperatorū vox ē, oībus magistratibus imitanda, ne primis statim aiorum motibus iudicēt, multominus pestilētissimis quorūlibet delationibus auscultent, sed cā prius diligēter cognita, ex equo et bono statuant oia, adhibito bonorum virorum consilio.

¶ Duorum mensium.

2 Noue † ꝯstitutiones nō statim obtinēt, atqz scripte sunt sed post duos mēses ab insinuatiōe earū recepte, ligant ḡnaliter oēs. Vñ ē tit. vt fac. nou. ꝯstitu. Augustinus pulchre. iiij. dist. c. in istis leges instituunt (inquit) cū ꝓmulgant, sed firmant, cū moribus vtentiū approbant. Nisi ergo post insinuationem recipiātur Constitutiones, videbunt abrogate, vt hodie prope moduz infinite sunt leges, que nunquam in vsum forensem perducte sunt.

¶ De temporibus circa personas minorum obseruandis.

SVMMARIVM

1 Tutor electus non appellat sed se intra prestitutum tps excusat.
2 Tutor, qui pecuniam pupillarem in vsuram intra ses menses collocauerit, eo nomine tenetur.
3 Minor, cuius res alienata est, si maior factus per quinquenniūm tacuerit alienationem ratam habere censetur.
4 Minor exceptionē nō numerate dotis itra duodecim an. opponit.
5 Alimēta puelle vsqz ad pubertatē rlicta, dēnt ei vsqz ad. xiiij. ann.
6 Minoris heres intra quantum tempus opponere debeat exceptionem non numerate dotis.
7 Iusiurandum non est ab impubere exigendum.
8 Minoribus quantū tps detur ad petendā in integruz restitutionē.

¶ Quinquaginta dierum.

1 Quando † minorum etas, oium maxime requirit tuitionem, receptum est quod tutor designatus nō appellet, sed intra ꝗnquaginta dies excusationē suā ꝓponat insti. de excusa. tuto. §. q aūt, et. l. scire opz. §. illud aūt inuenimus. et §. quinquaginta vero. ff. eo. tit. nunc rariores sunt excusationū cause, si locuples sit puer, imo controuertunt sepius, quis nam in tutela preferri debeat. Age scis cāmē Olim reputatum est magnum onus, nunc pro lucro habet (exceptis semp bonis viris) administrare tutellam, Et tamen nihil est officiosius, quam pupillum, et viduam suscipere ac tueri.

¶ Quatuor mensium.

Tutor vel curator cuiuslibet generis, excusationez suā quā (vt iā dictū est) ꝓposuit, intra quatuor mēses persequi debet, nisi per aduersariam partem impediatur. l. quinquaginta et. l. seq. ff. de excusa. tuto.

¶ Sex mensium.

2 Tutor † qui intra sex mēses nō collocauerit pecunias pupillares ad emolumenta, recte ob hoc conueniri potest. l. si tutor. ff. de administra. tuto.

¶ Quinqz annorum.

3 Re minoris alienata † titulo oneroso, puta, emptionis et venditionis, sine decreto pretoris, si maior factus tacuerit ꝑ quinquennium a die vigesimiquinti anni numerandum, valebit alienatio propter tacitam ratihabitionem. l. vlti. C. si maior fac. rat. habue. Aliud est in titulo lucratiuo. vt supra diximus.

¶ Duodecim annorum.

4 Minor. xxv. annis † si matrimonium ꝯxerit, nec receperit dotem quam ꝯfessus sit se recepisse, hz fauore quodam etatis. xij. annos intra quos intendat querelam non numerate dotis. auc. si minor. C. de tempo. in integ. restitutio.

¶ Quatuordecim annorum.

5 Si † puelle relicta fuerint alimēta vsqz ad pubertatē, oportet eā alere vsqz ad. xiiij. etatis annum. l. mela ait, in princip. ff. de alimen. et cibari. lega.

¶ Quinqz annorum.

6 Minor † si non proposuit querelam non numerate dotis, heres eius hz quinquennium ad petendam in integrum restitutionem auc. si minor. C. de tempo. in integ. restitutio.

¶ Quatuordecim annorum.

7 Pueri † ante annum decimū et quartū, nō sunt ad iuramēta cogēdi. xxij. q. v. c. ḡri recte quidem nam hmōi etas grauitatē iurisiurādi nō satis ꝑpēdit, et quā magna ꝑiculo suscipiat.

¶ Quatuor annorum.

8 Minoribus † datur hodie quadriennium continuum ad petendum in integrum restitutionem, olim annus erat vtilis. l. vlti. C. de tempori. in integ. restitutio.

¶ De testamentis.

SVMMARIVM

1 Legatum relictum a viro vxori aut contra, si ad secundas nuptias non transierit quando et quomodo peti possit.
2 Seperatio bonorum defuncti intra quod tempus petenda.
Separatio qua ratione introducta sit.
3 Heres extraneus testm̄ aperiēs ante habitā ꝗstiōnē de familia testatoris occisi intra que tēpora accusari, et qua pena puniri dēat.
4 Querela inofficiosi testamen. est intra quinquennium ꝓponenda.
5 Lustrum quid sit et vnde dictum.
6 Status defuncti post ꝗnquenniū nō est in ꝯtrouersiā adducēdus.
7 Hēditatē minori delatā an et qñ pr̄ sine illius ꝯsensu adire possit.
8 Testamenti legitime facti reuocatio nudis verbis quando valeat.
9 Heres successurus siue ex testamento siue ab intestato testatorem ab hostibus captum non redimens cum possit priuatur eius successione, si quidem maior. xviij. anno. fuerit.
10 Annorum ꝯputatio quomodo sit ineunda in ratione falcidie detrahende a legato alimentorum.
11 Heres ꝯficiens inuentarium intra prestitutū tempus, creditoribus non tenetur vltra vires hereditarias.

¶ Vnius anni.

1 Relictū † vxori a marito vel ex diuerso marito ab vxore, sub ꝯditione, si scdas nō ꝯxerit nuptias, nō recte petitur intra annū. Postea vero admittitur petitio, exposita cautione, qđ si aliqñ mutata sententia contracturus fuerit nuptias, restiturum sese rem ipsam cū fructibus. nouel. de nu. §. vnde sancimus.

¶ Quinqz annorum.

2 Separatio † bonorum defuncti intra quinquennium ab aditione numeraudū, postulanda est. l. j. §. quod dictum est. ff. de separatio. Vt autem intelligamus quid sit, et quo consilio introducta fuerit separatio ista, audiamus Vlpianum in. l. j. in prin. ff. eo. tit. Sciendum est (inquit) separationem solere impetrari decreto pretoris. Solet autem separatio permitti cre-

ditoribus ex his causis, vt puta debitorē quis Seium habuit is decessit heres ei extitit titius nō est hic soluendo patitur bonoꝝ venditionē, creditores Seij dicūt bona Seij sufficere sibi ꝛ dicūt creditores titij ꝯtentos esse debere bonis titij, ꝛ sic quasi duoꝝ fieri bonoꝝ venditionē, fieri. n. pōt vt Seius qdē soluēdo fuerit, potueritq; creditoribus suis vel ita semel ꝛ si non in assem, in aliqd tñ satis facere admissis aūt ꝯmistisq; creditoribus Titij, minus sunt ꝯsecuturi, qꝛ ille nō est soluēdo, aut minus ꝯsequent̄, qꝛ plures sunt hic creditores. Est igit̄ equissimū, creditores Seij desiderātes separationē audiri, ipetrareq; a ꝑtore, vt separatiꝫ q̄ntūcūq; creditoribus ꝑstetur. Hec Vlpianus. Interim tu ꝑpende, cādide lector, quā ꝯmodū tibi tuisq; futurū esse possit hoc ꝯsiliū ī vsu forēsi, vbi casus euenerit vt ī tpe petas bonoꝝ separationē, Nā qd̄ hic ꝗnquēniū ꝯcedit̄, itelligi opꝫ cū oia adhuc sunt integra, cū nulla bonoꝝ venditio facta est alioqui sis memor, vt citius petas hoc beneficium longe maximū.

℄ Quinq; annorum.

3 **Heres** † extraneus aperiēs testm̄ eius, q in ꝓpria domo necatus est, anteaquā de familia eiūsdē sit habita qō, aut aliaīqsitione ꝯstiterit qūo necatus sit testator, pōt accusari itra quinquenniū ad penaꝫ legimā centum aureoꝝ. l. lege cornelia. §. vlti. l. in cognitiōe. l. j. ff. de senatuscō. Silania. Cū aliter (inquit Vlpianus) nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui, dn̄is custodiam tam a domesticis, quam ab extraneis prestare serui cogantur, ideo senatusconsulta introducta sunt de publica questione a familia necatorum habenda.

℄ Quinq; annorum.

4 **Querela** † inofficiosi testamenti intra quinquēniū ab adita hereditate recte ꝓponitur. l. scimus antea. ff. illud ꝑterea. ꝛ. l. si qs. C. de inoffi. test. nisi tñ l. ima cā ipediat. l. ꝯ maiores. C. eo. ti. ℄ Et qm̄ in mentionē quinquēnij iā rursus incidimus

5 hoc certe pretereundū nō fuit, Qd̄ tps† quinquēnale vocat̄ Lustrū in, quot annos olim ꝑdia locari solebant, Lustrū. n. a luendo, hoc est soluendo dictū esse, Varroni plꝫ qm̄ quinto quoq; anno vectigalia tributaq; exigebantur. Vlpianus in. l. si quis nec causam. §. res pignori. ff. si cer. pet. Nam ꝛ si colonus (inquit) post lustrū ꝯpletuꝫ fructus perceperit, condici eos constat. ℄ Preterea, quinquennium dicitur multum temporis in. l. j. §. qd̄ dicit̄. ff. de separatio. Qd̄ dicit̄ (inquit Vlpianus) post multum temporis separationem impetrari non posse, ita erit accipiendum, vt vltra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur.

℄ Quinq; annorum.

6 **De statu** † defunctorum qui sine inquietudine vitam liberam egerūt, non opꝫ post quinquēnium controuertere a die mortis. l. j. ff. ne de stat. defun. ꝛ. l. j. C. eo. titu.

℄ Septem annorum.

8 **Parēs** † solus adit hereditatē liberis infantibus, ex testō vel ab intestato delatam, siue eos in potestate habeat siue non habeat, Maiori autem. vij. annis delatam hereditatē ipse puer cōsensu parentis, vel si parentem non habeat, auctoritate tutoris adire debet. l. si infanti. C. de iur. deliberan.

℄ Decem annorum.

8 **Testm̄** † legitime perfectū, nudis verbis reuocari non vr̄, nisi allegans reuocationē hmōi testamenti, posi mortē testatoris duo ꝓbauerit, Alterū qd̄ testator aptis, minimeq; dubijs reuocādi verbis sit vsus, Alterū, qd̄ post reuocationem, decē anni sint elapsi. l. sancimus. C. de testamen.

℄ Octodecim annorum.

9 **Heres** † siue suus, siue extraneus, qūocunq; successurus, ex testō, vel ab intestato, maior. xviij. annis, si testatoreꝫ forte fortuna ab hostibus captū non redemerit cū posset, priuabitur successione captiui, absq; vlla spe restitutionis in integruꝫ impetrāde. §. si vnum de predictis. nouel. Vt cū de appel. cognoscit. Idem est de herede, qui egestati testatoris nō subuenit. Nam si postea ad meliorem fortunam peruenerit, non admittet̄ tam impius heres ad successionem eius. l. iij. ff. quib. vt indig. Ex quibus locis nonnulli recte colligunt, Minorem. xxv. annis restituendum quidem in his, q̄ ad leges ciuiles pertinent, sed cum aduersus naturalem pietatē aliquid admittit, non audiendum esse.

℄ Triginta annorum.

10 **Ad** † estimationem alimentoꝝ annoꝝ, q̄ in testamento relicta sunt, ineundā (quatenus ad detrahendam Falcidiā attinet) anni non vltra. xxx. sunt reputandi ad vitā hominis. Vt ecce. in prima etate e vigesimo anno, ꝯputandi sunt ad vitam legatarij. xxx. anni, ac ita deinceps, diminuendo numerū annoꝝ ꝑ reliquos gradus etatis ẜm elegantissimam formam. l. hereditatum. ff. ad leg. falcid. Non qꝛ putes hominē non diutius posse viuere, sed cū ꝯstituēdus esset aliquis modus de re incerta, hic visus est commodissimus. Et si volueris exemplum in quo non oporteat ad normā (vt sic dixeriꝫ) mathematicam exigere rationem, quare sic statutum sit, certe inter alia, hoc vnum est appositissimum ad. l. non omnium. ff. de lega. Et fere tota prescriptionū materia, eodē referri potest, ꝛ debet quoniam non omniū que a maioribus constituta sunt ratio reddi potest.

℄ Sexaginta dierum.

11 **Ne** † heres teneatur vltra valorē hr̄ditatis, cū multi sunt creditores defuncti, consultum est, vt perficiat inuentarium bonorum que in hereditate sunt intra. lx. dies idq; presentibus legatarijs, fideicōmissarijs, creditoribus ꝛ notario publico, si modo in ciuitate aut ꝓuincia adsunt. l. scimus. §. sin autem dubius. C. de iure deliberan. Et hoc est beneficiū inuentarij, qd̄ Iustianus donat omnibus hr̄dib. nouel. De hered. ꝛ falci. §. hinc a nobis. Vnde vulgo dicimus hereditatē adiri beneficio inuentarij.

℄ De tempore glandis legende.

SVMMARIVM

1 Glandem in alienum fundum decidentem intra triduum colligere licet dāni infecti cautione prius exposita, atq; inibi quid glandis nomine significetur.

℄ Trium dierum.

1 **G Landē** † hoc est, quēcunq; fructū, ex arbore tua in alienū solū decidentem, tertio quoq; die legere potes, mō exponas cautionem damni infecti id est, qd̄ legendo glandē, nullū dānū vicino sis allaturus. l. iulianus. §. glans. ff. ad exhiben. l. j. ff. de gland. legend.

℄ De custodia carceris.

SVMMARIVM

1 Custos carceris nomina, causas, etatem, ꝛ conditionem vinctorum intra triginta dies iudici denunciare debet.

℄ Triginta dierum.

1 **C Vstos** † carceris olim intra. xxx. dies, noīa, causas, etatem, ꝛ omnem ꝯditionē vinctoruꝫ iudici denunciabat vt tanto melius de condemnatione, aut relaxatiōe eoꝝ tractari posset. l. vlti. C. de cust. reo. Vbi doctores notāt, causam vinctorum non esse protrahendam vltra mensem. Quod certe ꝛ humanum, ꝛ equum est.

℄ De temporibus que in feudis ꝛ emphyteosi obseruantur.

SVMMARIVM

1 Vassalli possessio annalis scienti domino preiudicat cum de inuestitura fundi est cōtrouersia.
2 Feudum alienatum esse dn̄s sciens, post annū reuocare non pōt.
Feudi alienationem reuocans an teneatur reddere precium.
3 Feudum alienatuꝫ ēt in agnatos reuocat proximior agnatus intra annum. alias intra. xxx. an. alienatione in extraneum facta.
4 Vassallus intra annum ꝛ dieꝫ inuestiturā feudi petere debet, alias ab eo cadit nisi. xxx. ann. possederit, ꝛ debitum seruitium domino exhibuerit.

5 Communis

8 Communis res in feudum dari potest.
Emphyteota potest libere alienare prediũ emphyteoticum in quẽ libet post duos menses quam id domino denuntiauerit.

¶ Unius anni.

1 Uz de † inuestitura feudi ɔtrouertit̃ vassalli annalis, preiudicat dño scienti.c.j.§.si qs se in fi.si de inuest.inter do.& vassal.lis oria. Nã sciens, vr̃ tacite consentire.c.j.§.preterea.quib.mo.feu.amitta.

¶ Unius anni.

2 Dñs † sciens feudũ alienatũ esse, nec reuocans intra annũ, nõ admittit̃ postea, vcʒ cũ nullus agnatorum ẽ, q in feudo apto pcedat eũ.c.j.§.porro.quali olim poter.feud.aliena.in vsib.feu. ¶ Utrũ aũt reuocans alienationẽ feudi, teneat̃ reddere pciũ tex.ẽ in.c.j.§.titius filios.si de feu.defun.ɔten.sit. Agnatus.n.põt recuperare feudũ, non reddito precio. Ceterũ, emptor actionẽ hʒ ex empto aduersus venditorem.c.j.de probibi.feu.alie.per Federi.

¶ Unius anni.

3 Feudum alienatũ † ẽt i agnatos, reuocat proximus agnatus intra annũ, nisi forte sciẽs ɔsensisset exp̃sse aut tacite.c.j.§.titius filios. Si de feu.defunc.contenti.sit inter do.& agna. Nã remittentibus actiones suas an ẽ dandus regressus.l.sequit̃.§.si vẽditor.ff.d edili.edic. Qd si in extraneũ fuerit facta alienatio.xxx.annis eã r̃uocatiõi subiectã eẽ putat gl.i.d.§.titius filios.

¶ Unius anni.

4 Uassallus † dʒ itra annũ & diẽ petere inuestiturã feudi, qd postea amittit, & ad dñm reuertit̃, vt est cõsti.imperialis.§.preterea si quis.de probibi.feu.alie.per Fede.c.j.quo temp.mili.inuestitu.peter.debe.

¶ Triginta annorum.

Si quis rẽ aliquã p feudo possideat.xxx.annis, & exhibeat dño id seruitij q dʒ, ɋuis nõ sit inuestitus, p̃scriptione tñ.xxx.annorum se potest tueri.c.j.§.quis per triginta. Si de feu.defunc.contenti.sit inter do.& agna.vassal.in vsib.feudo.

¶ Quadraginta annorum.

5 Res † cõis pt dari in feudũ. Qd si alter socius renuat suã ptẽ i feudũ dare, nec ẽt voluerit cũ vassallo diuidere, tũc pt ɔueniri actione cõi diuidũdo, que hoc casu.xl.annis durat tametsi in alijs speciebus nõ tã diuturna sit.c.j.§.itẽ sciendũ est, de no.feud.

¶ Quadraginta annorum.

Emphyteota q alienãde Emphyteosis sine voluntate dñi p̃tãtem nõ hʒ põt offerre ius suũ dño, vt emat quãti plurimi fuerit. Estimabitur.n.preciũ qd quilibet extraneus daturus est. Tum si post oblatam emendi ɔditionem dñs p duos menses tacuerit, liberuʒ erit Emphyteote ius suuʒ cui volet alienare.l.vlti.§.sinautem dominorum.C.de iur.emphyt.

¶ De temporibus circa nuptias considerandis.

SUMMARIUM

1 Mulieris intra annum luctus nubentis pena.
2 Mulier transiens ad secundas nuptias, filijs prioris matrimonij tutores intra quantum tempus petere debeat.
Cognati non petentes tutorẽ impuberi eius successione priuantur.
3 Dos soluto matrimonio intra quod tempus exigenda.
4 Filiam, que post vicesimumquintum annum sine ɔsensu patris nupsit, dotare pater compelli potest.
5 Ancillam manumittens vt eam in vxorẽ accipiat iurare debet dicturum se eam intra sex menses.
6 Uxorem ducenti immunitatẽ a muneribus toto sequenti anno hebrei concedebant.
Tribonianus auaritie notatus.

7 Conditionem viduitatis legato vxori facto adiectam, reijciendã esse recte senserunt iurisconsulti veteres.
8 Filium triennio alere mater naturali iure tenetur, cura alimentorum post id tempus ad patrem spectante.
9 Alimenta simpliciter relicta, ab herede triennio prestita in posterum peti possunt.
10 Filij qui hereditatem paternam repudiauit penitentia intra triennium admittitur.

¶ Unius anni.

1 Ulier † mortuo marito, annuʒ luctus obseruabit ob publicã honestatẽ. Contrahens vero intra annuũ, pdit omnia lucra nuptialia, & ifamia notat̃.l.j.in prin.&.l.ij.C.de secund.nup.l.j.ff.de his qui notan.infami. Uiri vero, nõ lugent vxores.l.vxores.ff.de nup.

¶ Quatuor mensium.

2 Mater † tendẽs ad scdas nuptias, dʒ filijs suis petere tutores idoneos ɔfestim, hoc est, intra quatuor menses. Qd si non faciat, cognati petẽt tutores.l.ij.§.si mater.ff.ad senatusccon.Tertullia.l.nepotibus.C.q.pet.tutor. Sic.n.interpretat̃ Bartolus hoc verbũ (confestim) in.l.presbyteros.C.de epis.& cleri.& in auc.matri & auie.C.quan.muli.tuto.offi.fung.potest.

¶ Unius anni.

Mulier scdas ɔctura nuptias, nisi intra annũ petat tutores (forte cognatis non petẽtibus, vt sepe sunt negligẽtes) priuanda est successione eorum.l.ij.§.confestim.ff.ad senatuscõ.Tertullia.l.omne matri.&.l.matres.C.eo.tit. Quam materiam nõ incõcinne tractat Paulus castrẽsis in consi.cclxiij.incip.res ista modicam dubitationem.
¶ Non solum aũt tenetur petere tutores, verumetiam inuestigare debet mater qualiter administrent, quomodo filij educantur moribus & bonis literis.l.matris pietas.&.l.vlti.C.qui pet.tuto.
¶ Pretarea admonendi sumus, hec omnia repetenda esse de cognatis, qui nisi impuberi orphano petant tutores intra annum, carebunt eius successione.l.sciant.C.de legiti.heredi.

¶ Unius anni.

3 Soluto † matrimonio permissum est dotem statim exigere in rebus immobilibus verũ in mobilibus vel se monẽtibus vel incorporalibus annale tempus obseruatur.l.j.§.exactio autem dotis.C.de rei vxori.actio.

¶ Uigintiquinqʒ annorum.

4 Cũ † pater sine graui & legitima causa negligit filiam dare nuptui, potest ipsa post completum vicesimumquintũ an.sine ɔsensu paterno matrimoniũ ɔhere. Et oportet nihilominus patreʒ suppeditare pro facultatibus dotem. Qd si non ob aliam quam hãc causam recusauerit vcʒ, q non consensisset, cogendus est per magistratũ.auc. Sed si post.C.de inoffi.testa.probatur ecclesie.vij.

¶ Sex mensium.

5 Qui † olim manumittebat ancillam causa habẽde vxoris, insiurandum apud iudicem cogebatur dare, quod eam intra sex menses ducturus esset vxorem, ne forte manumissio fraude, ac libidinis gratia fieret.§.inste.antem insti.quib.ex cau.manu.nõ lic.l.si collectaneus in fi.ff.de manumis.vindic.

¶ Unius diei.

6 Cum quis † olim apud Hebreos duxisset vxorẽ donabat̃ ei immunitas vnius anni ab omnibus muneribus, & neqʒ ad bellũ, neqʒ ad aliam quamlibet publicam functionem vocabatur eo anno. Deute.xxiiij.
¶ Hodie quoqʒ hunc honorẽ plereqʒ ciuitates recte prestant matrimonio, vt primo anno exemptionem habeat onerum publicorum, Probatissima sane consuetudo est, nã & Christus voluit nobis nuptiarum commendationem presentia sua & primo omnium miraculo insinuare Joan.ij. Unde consequitur, matrimonij honestatem

non satis percipere eos maritos, qui in vltima voluntate sua (quod sepe vidi) relinquunt aliquid vxori, adiecta cōditione, si secūdas non cōtraxerit nuptias. Quam cōditionem Justinianus approbat. Nouel. de nup. §. vñ sancimus, sicut superius quoqꝫ dictū est, haud dubie suasu Triboniani, hominis ad omnē innouationem facilimi propter
4 † He prescriptiones omnes actiones tam in rem quam in personā tollunt, & post quam sunt perfecte contra eas denegatur omnis restitutio, vt C. de prescrip.xxx. anno.l.cum notissimi.&.l. sepe.C.ex quib.cau.in.integ.resti. non est neces.l.vlti.C. de anna. excep.l.j. &.ij. Hijsdem modis.x.vel.xx.&.xxx. annorū prescriptio, que vsu capio vocatur, quatuor vel etiam quinq; annorum prescriptione, & si qua minor sit interrumpitur, quibus.xxx. vel. xl. annorum prescript. interrumpi diximus. excepta biennij continui prescriptiōe, que de dolo actioni obijcitur, & quadriennij continui exceptione, que postulanti in integrum restitutionem opponitur, he enim due prescriptiones nec litis contestationem interrumpuntur, vt .C.de dol.l.optimum.&.C.de temp.in integ.resti.l.ea que.&.l.petende.l.
5 superuacuam. † Hoc amplius contra minores.xxv. annorum ipso iure non currunt iste minores, scilicet.x.vel.xx.annorū, aut rescissoris temporis prescriptiones, excepta quinquennij prescriptione de functi statum defendente. Contra maiores quoq; quandoq;, aut ipso iure defenduntur, aut in integrum restitutione eliduntur, puta cum actor infra statuta prescriptionum tempora ius suum exequi ex probabili causa fuerit impeditus. Quorum numero sunt reipubli. causa bonafide absentes, vel etiam alibi studiorum causa degentes & similes, vt.C.qui.in integ.resti. non est nec.l. vlt.&.ff. ne de testa. de.p.q.l. nō esse.C.q n.ob.l.t.p.l.i.ij.&.iij.& in auc.vt sponsa.lar. spe. s. com §. de prescriptione vero .ff. ex quib.cau.maio.xxv.l.j.
6 Prescriptio quoq; que non numerate pecunie exceptioni opponitur, modis supradictis infringitur, & ppterea in scriptis facta extra iudicium denuntiatione interrumpitur. Prescriptiones quoq; annue seu minoris temporis interrumpuntur, etiam per solam precū oblationem principi factam si ad eas principes rescribant, vt.C.de non nu.pec.l.vlti.C.quan.libel.prin. da.lit.con.l.j.&.ij. Sed quoniam sunt quedam species, in quibus paulo ante prescriptionem currere negauimus quod ab alijs affirmatur, ideo quemadmodum contrariam sententiam infirmet. Iurisprudentia, ab ipsa expectemus, quod quidem ita liquebit, si in questionum modos aduersariorum allegationes, & Iurisprudentie responsa, que ab ipsa percepimus inseramus.

Rogerij de Prescriptionibus Dialogus.

SVMMARIVM.

1 Actio pignoratitia quare post annos quadraginta concedatur debitori soluere parato.
2 Prescriptio quando oriri dicatur.
3 Jus soluendi vel offerendi per quadraginta annorum lapsum non potest auferri.
4 Jus petendi ⁊ agendi ad actorem pertinens prescriptione tollitur, non autem ius soluendi siue offerendi.
5 Prescriptio quadragenalis quid requirat vt contra aliquem currere possit.
6 Filiusfamilias suo nomine vtiles potest actiones intendere.
7 Prescriptiones penales molliende sunt non exaggerande.
8 Deses per omnia nemo iudicari potest.
9 Creditor qua ratione pignus debitori reddere compellatur.
10 Creditor scd̄s q̄ꝫ prescriptionem primo creditori opponere possit.
11 Jus quodlibet cuiqꝫ competens an possit annis .xl. tolli.
12 Jus offerendi non tollitur prescriptione licet bene actio hypothecaria elidatur.
13 Actio familie herciscunde, cōi diuidūdo, siue pro socio an tollatur socijs in communi longissimo tempore possidentibus.
14 Actiones familie herciscunde, communi diuidundo, ⁊ pro socio quando competant.
15 Socius dum in re possidenda cōiter fructus cōes percipit actionē incorruptā perinde ac si cōsocium iudicio vexaret retinere dicit̄.
16 Res communiter possessa annis .xl. an maneat communis actione pro diuisione sublata.
17 Actiones pro socio, familie herciscunde, ⁊ cōmuni diuidūdo quando prescriptione tolli possint.
18 Prescriptio consocijs contra suas actiones currit altero velut propriam rem possidente.
19 Consuetudinis cuius timeri debeat interpretatio.

Persone.

Rogerius, ⁊ Jurisprudentia.



1 ROgerius. Quero cum † omne ius
xxx. vel .xl. ann. prescriptione tollat̄,
quare post annos .xl. debitore soluere
parato concedat̄ actio pignoratitia.
Jurisprudentia. Hoc ideo concedo
qm̄ anteq̄ꝫ soluat vel offerat qd̓ debe
tur, vt quidam minus recte dicunt, ꝓ
recipiendo pignore debitori nō nasci
tur actio pignoratitia. Tunc eniꝫ de
mum pro recuperando pignore hec
actio debitori competit ex ordine, cū soluere saltem paratus fuerit.
Cum ergo añ nō possit intēdi, merito ante, ꝯ eaꝫ nō orit̄ p̄scriptio.
2 † que tunc demū oritur, cum actor nullo iure petere impeditus, de-
sidie negligentieve deditus, qd̓ ei etiam statim ius concedit, petere
contemnit, ei em̄ soli cū non egerit ⁊ merito imputat̄, cui nil, quomi
nus ageret, obfuit, vt. C. de prescrip. xxx. ann. l. sicut. ⁊ l. cum notis-
simi. C. de anna. excep. l. j. Roge. Atqui potuit debitor ante
ꝙ debebat offerre, ⁊ sic pignoratitiā habere, quare licet his an. xl.
pignoratitia non sit sublata, eo ꝙ nōdum erat nata, nō tamen vltra
valet intendi, etiā debitore soluere parato, q offerēdi ius, ꝙ pigno
ratitie sit preparatorium, est causa annorū .xl. prescri. ablatū. Ju
3 risprū. † Annorum etiam .xl. lapsu soluendi siue offerendi ius de
bitori non potest auferri, ⁊ sic nec pignoratitiam tali prescriptione
adhuc potest perdere, quia nōdum ei competit nec offerendi ius,
quod actori prestat auditum. Roge. Atqui omne ius .xl. an.
4 prescri. tollitur. Jurisprū. † Minime qd̓ assumis verum est,
solum enim petendi agendive ius, qd̓ ad actorem pertinet, tali pre-
scriptione tollitur, at soluendi siue offerendi ius cū agendi petendi
ve iure nil cōmune habet, nec ad actorem iuuandum, contra quem
sunt prescriptiones iste inuēte, sed ad reum liberandū pro quo de-
fendendo sunt comparate, pertinet, vt sic quidem rectius dicamus
post annos etiam .xl. quoniam adhuc saltem naturaliter sit obliga
tus, debitorem posse ⁊ se ⁊ pignus suum soluendo liberare. Ro-
ge. Sed cum debitor potuit soluere, ⁊ sic pignoratitiam actionē
querere, miror quare contra eum quasi desidem nō currat talis pre
5 scriptio. Jurisprū. † Ut cōtra te currat talis prescriptio, non
satis est quod aliquid facere potuisti, quo facto actionem cum effe
ctu quereres. Nam ⁊ filiofamilias actionē aliquā habenti, licet vt
sibi agere permitteretur facile posset a patre impetrare, non curret
tamen hec prescriptio, cui rectius si quod allegasti, intueamur qd̓
non egerit, quā debitori ꝙ nō soluerit, vt sic actionē pignoratitiam
6 haberet pōt imputari. † Nempe ⁊ filiusfa. ⁊ suo nomine vtiles pōt
intendere actiones, veluti cuꝫ absit pater vel sit vite suspecte, ⁊ sepe
facillimū ei est a patre consequi, vt vel ipse pater agat, aut sibi age-
re permittat ꝙ etiā quandoqꝫ facere cogitur, vt cum hereditatem
sibi delatā patre repudiāte adeat. debitori vero sepius grauissima
est debiti solutio, ⁊ cū filio non currat vel cui sit latior agendi via, sa
7 tis minus debitori in casu curret, cum sit ei multo angustior. † Et in
summa prescriptiones iste, etiam pro pena ꝯ desides sunt inuente, ⁊
ideo nō legū interpretatione exagerāde, sed minuende sunt. Jnde
est vt si quedaꝫ ꝯtra actorē quasi desidē videantur laborare, quedaꝫ
vera vel pauciora ꝓ eo, a desidie pena excusando, faciant semꝑ mi
tiora. i. que non puniūt eligant̄. Ut tūc dicit̄ cū ex causis varijs ha
beas obnoxiū, ⁊ euꝫ ꝯuenias nō pro singulis causis nominatim, sed
cū aduersus eundē personalē, ⁊ hypothecariam actionē habeas,
8 alteram duntaxat intendas. † Nam tūc dicitur ꝯ omnē prescriptio
nem interruptionē factā, q nō possis per oia deses iudicari. Simi
liter ⁊ ꝯtra filiumfamilias creditorē, hic, vt sit deses, ⁊ sic ꝯ eū cur-
rat prescriptio, hec faciunt ꝙ actionē habet etiā vtilem, quandoqꝫ
suo nomine, ⁊ quidē in iudicio, si pater permittat, qui etiā hoc per-
mittere quandoqꝫ cogit̄, pōt sistere, ⁊ agere quacunqꝫ etiā directa
actione. hoc vero soluꝫ pro filiofa. faciens ꝯ omnia a desidie quoqꝫ
pena eum excusat. Quod pater cū esset vite suspecte, posset eum ne
ageret prohibere, eo ꝙ ad eum vsufructus nomine actionis cōmo-
dum pertinet iure cōmuni. Cū ergo hic a prescriptione excuset̄, q
etiā actionē, vti dixi, habuit, agendiqꝫ facultatē habere potuit, non
difficulter cuiqꝫ volenti agere per iudicis officiū ꝯsentire cōpellit̄,
qn̄ ꝗꝫ genitor multomagis debitor excusabit̄, q nec actionē habuit,
nec vt eā haberet, fuit ei satis facile, vt. C. de bo. que li. l. vlt. §. j. ⁊ in
auct. de nup. §. sed ꝙ sancitum est. ⁊ C. de anna. excep. l. j. ff. de act.
⁊ obli. l. filiusfamilias. ⁊ l. in factum. ff. de iniur. l. sed si vnius §. fili-
9 ofamilias. ff. de proc. l. filiusfa. † Est alia ratio multo validior,
que creditorē, lꝫ diutissime inheserit debitori soluere parato, pign9
reddere cōpellit, q creditoris possessio ad prescriptionē generādā,
nō ei, sed debitori prodest, licet em̄ creditor sibi non tñ pro suo possi
det, ⁊ ideo rē pignoratā nequit prescribere, sꝫ ei, quo ad prescriptio
nē, possidet, a quo possidendi causaꝫ habet, cuiusqꝫ tenet imaginē.
10 † Jnde est ꝙ scd̄s creditor, q debitoris nomine videt̄ possidere pri
mo creditori debitore superstite eā solaꝫ prescriptionē, q̄ꝫ ⁊ debitor
valet opponere. Nā qm̄, duꝫ secūdus creditor possidet, ipse debitor
tenere videt̄, ideo in Codice dicit̄ .xl. demū ann. prescri. secūduꝫ ꝯ
primū, ad ipsius debitoris similitudinē, se posse defendere, ⁊ ꝯ dici
tur, vbi creditor primus teneat, ⁊ scd̄s offerendo velit sibi pignoris
causaꝫ ꝯfirmare, esset quidē vltra modū absurdū, cū creditoris pos-
sessio debitori, vt eius ꝓpriaꝫ prescriptionē pariat ad rē defendēdā
si foret aliena, ⁊ eandē ꝯ ipsum, vt re careat, similiter prescriptioneꝫ
pareret, vt sic, dū debitor possideat, ⁊ em̄ ꝑ creditorem in hoc casu
possidet, ꝯ eum, quanq̄ꝫ possessioneꝫ perdat, currat prescriptio, qd̓
nunq̄ꝫ inuenit̄, ⁊ eadē vt rem habeat, ⁊ ꝯ euꝫ, vt re careat, ⁊ sic ꝯtra
rium operet̄ prescriptionē inducat possessio ꝙ nō posse dici suadet
ipsa ratio, vti de solutione dicitur facta ab eo, qui ciuiliter tm̄ tene-
batur, vt em̄ illa solutio ꝯriuꝫ operetur nō poterit debitori liberatio
nem ⁊ obligationē parere, sic nec creditoris intentio debitori, ⁊ ꝯtra
eundē prescriptionē pariet, vt. ff. de solu. l. qui decem. in fi. ff. de vsu
cap. l. pignori. ⁊ C. de .xxx. an. prescrip. l. cum notissimi. Roge.
11 † Jntellexi, ius .xl. an. non concedes tolli. Jurisprū. Jnquam.
Roge. At creditor secundus, ne, priori offerendo, sibi pignus
12 cōfirmet, aliorū .xl. an. prescriptiōe remoueat̄. Jurisprū. † Li
cet hoc sit verū non tñ eo ꝑtinet vt offerēdi ius prescriptione sit sub-
latum. Sed vt actio hypothecaria, que ei ꝯ primū creditorem cuꝫ
obligationis replicatione cōpetit, illa prescriptione sit elisa, nanqꝫ
tanto tpe ab actione excludit̄, ideo id auxiliū ei denegatur, ꝙ actio
ni opitularet̄. i. obligationis replicatio, vt. ff. qui po. in pign. ha. l.
13 potior. C. de pres. xxx. an. l. cū notissimi. Roge. † Et auctoritate
⁊ argumentis conuictus hoc fateor, sed, cur socijs, coheredibusve
in cōmune .xxx. vel .xl. an. possidentibus, fami. herci. cōi diuidūdo
siue pro socio actionē nō tolli dicas moueor. hic enim ⁊ actio cōpe-
tit. intēdiqꝫ pōt, ex quo res cepit esse cōmunis, lex quoqꝫ has actio
nes .xxx. an pres. tolli dicit. Jurisprū. Licet ꝙ ꝓponis fateor.
non tñ, dū cōiter possident, actio diuisoria sed nec pretoria eoꝝ cui-

libet prescriptione tolletur, & quod dicit prescriptione has tolli actiones, tunc cum alter pro solido rem cōmunē teneat locum habet, vt tunc demū actioni cōi diuidundo seu familie herciscūde prescribat cū & a sue partis venditione excludat, nā dum sue partis venditionem, & ad diuidendū actionē retinet, adeo vt nec pacto de deuidendo facto, & multominus cōis detētionis prescriptiōe, perdere posset eam, ne res absurda eueniat, vt quod peti possit diuidi nō possit, vt ff. cōmu. diui. l. in hoc iudicio. Roge. †An he actiones, statim

14 vt incipit cōmunis esse cōpetant. Jurispru. Imo, nec eū omnino lucē noscunt, q eas tūc nasci dicūt, cū alteri sibi placeat a cōmunio ne discedere. Roge. Quare ergo contra eas, licz cōiter socij possideant, nō currit prescriptio. Jurispru. vt contra te talis currat prescriptio nō est satis quod actionē habeas, quam possis statim intēdere, & cesses, sed oportet te sic in actione intēdendo cessare, vt nil facias quod

15 tuū ius quasi nec deses nec negligēs, cōseruare videaris. †At socius dū cōiter possidenda re cōmunes fructus percipit, tali facto nō minus actionē incorruptā retinet, quam si contra iudicio vexasset, nec eū maiori diligentia ius, quod in re cōi hz pōt conseruare, quam rem iugiter tenendo eius fructus pro sua parte capere, qui eū hoc facit, sui iuris cōtemptor vel deses nō recte iudicat. sicut creditor tūc recte deses non pōt dici, ideoqz contra eum nō currit prescriptio, cū debitorem iudicio nō conuenit, qui in vsurarum solutione extitit deuotus. nā sicut illi pro debito vsuras capiendo, sic & hic pro re cōi percipiendo fructus, actiones suas vigilando perpetuat. Et sicut illi, q deuotum debitorē nō exigit, sic huic quia concordāte socio nō recessit, nō pōt imputari. Hoc amplius pro socio, ne ei occurrat prescriptio facit, quod nec post cōmunem ingē, tricēnalemqz possessionē, quod sic possessum est, aliquo iure desinat esse cōmune. Immo si alterius tantū esset effecta cōis tantū tanto spacio, fieret vt de his actionibus, potius prodesse quam obesse, tricēnalis cōis detentio deberet. Roge.

16 †Rem cōmunē manere, quamuis cōiter annis sit possessa. xl. fateor, sed actionē pro diuisione tolli dico, vt sic in posterū cōmunioni stare per hāc prescriptionē arceat socius queadmodū hucusqz steterat. Jurispru. Eadem ratione dices quod si per an. xl. solas vsuras acceperit creditor, vt nec sortē nec pignus possit petere, sed pro vsuris duntaxat litiget, vt ei in futurū prestarent, vt sunt retro prestite, ne qd aliud vltra petere valeat, quod nec tu vt reor concedis. Nō ergo tali prescriptione quē inuitū cōioni stare dicis, sicut nec inuitū creditorem vsurarū questui stare cōpelleres, vt C. cōmu. diui. ll. vlt. & C. de

17 xxx. an. pres. l. si qs emptionis. †Sed tūc tm̄ prescriptione has actiones tolli dicas, cū alter socius solus per an. xxx. rem velut propriam tenuerit. Hoc eū in casu nō est querēdū vltra de re an cōis fuerit, ideoqz cōi diuidūdo actio tollitur, sed solū hoc an alter tāto tpe pro suo rem tenuerit, & quod etiā alias obtinet, & an tūc prescriptio locū habeat cū auctor in q̄stionibus preiudicet. At cū ambo & cōiter possident, & de re veluti cōi, fructus percipiant, sicuti super re tanquam cōi per actionē diuisoriā queri pōt vt alter in eam solus impendat, delinquat, vel de ea quidē solus percipiat, sic, quod ad diuisionē pertinet, per easdē actiones queri posse nō desijt, nec eadē acto tpe, quātum ad rem principalē, pereat, quod ad accessiones, licet pro re principali

18 sublata post, duret quod esset absurdū. Roge. †Tunc contra actiões dicis eis currere prescriptionē, cū alter solus velut propriā rē possideat. Jurisp. Imo. Rog. Nunquam fuit de hac re hesitatio. Jurisp. Has actiones nullo tpe finiri, etiā altero solo possidēte, putabatur, quod sepius nasci videbant. Credebat eū, quoties socius solus de cōi re capiat vel in eam impendebat, seu delinquat, has enasci actiones, eo quod pro oibus his prout eueniunt socio obligat socius. Idē in actione furti dicet, eo etenim quod assidua contractatione fur semp furtū faciat quasi sepius renascēdo, dicebat, donec rē possideret, nullius tēporū lustris, furti actionē expirare, & ad has tollē das opiniones similis de familie herciscunde cōi diuidundo, pro socio, furti actione, locuta est constitutio, vt annorum. xxx. prescriptione tolleret, lz etem assidue contractādo fur furtū faciat. verūtamē quod in se reuoluit fit furtū sicqz pro eo vna sola semelqz tm̄ furti actio sine contradictio nascit, & ideo vnius tricēnij prescriptione tollit. Sic quoqz licet de cōi re percipiēdo vel in eā impēdendo, delinquendove, socius obliget, seu sibi alterum obliget, non tū plures famil. hercis. seu cōi diuidundo actiones, sed vna sola semelqz tūc nata est inter eos actio vt sic vna possit prescriptione tolli, nā sicuti ipsa cōmunio vna est tantū, sic quod ea nascat vna sola actio est. Roge. Et ratiões

19 & exēpla proposita retinet interpretatio. Jurisp. †Eius solius consuetudinis timēda fit interpretatio, que errore vacua, legibus rationiqz ostēdet contraria. Quicūqz sit ergo cui plus placeat Capitone Labeo, premissas distinctiones tot rationibus cōprobatas, equitati legum ac sensu cōmendabit legumqz argumentis tanto fortioribus comprobabit, quanto sibi faciliora esse maiora non diffidat.

Catalogus Prescriptionum

D. Rogerij.

Est prescriptio trium dierū, vt in aduocato, cui lz infra triduū errorem corrigere, vt C. de erro. aduo.

¶ Est. x. dierum, vt de appellationibus hodie, vt in autcten. de ap. in prin. & ff. de iti. actuqz pri. l. j.

¶ Est. xv. dierum vt cū testes producūtur, vt C. de testi. l. si quādo.

¶ Est. xx. dierum in eo qui vult litem contestari, vt in auct. de exhibi. & intro. re. §. illud quoqz.

¶ Est. xxx. dierū, vt de creditore qui scripsit se accepisse creditū, vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. super ceteris.

¶ Est quinquaginta dierum que datur tutori ad excusandum, vt insti. de excusa. §. qui autem.

¶ Est. lx. dierum cum quis emit ita, vt si displiceret esset res inempta vt ff. de edil. edic. l. quod si nolit. §. si quid venierit.

¶ Est. lx. dierum que marito objjcitur iure mariti accusare volēti vt C. ad. l. iul. l. iure mariti.

¶ Est centum dierum ad petendam bonorum possessionem, vt C. qui admit. ad bo. pos. l. si bonorum.

¶ Est duorum vel quatuor mensium si promisisti te exhibiturum sine scriptis, vt ff. de re iudi. l. debitoribus.

¶ Est trium & sex, & nouem mensium, vt C. de dilatio. l. j.

¶ Est quatuor mensium post datam sententiam, vt vsure currant, vt C. de vsur. rei iudica. l. ij.

¶ Est sex mensium, vt redhibitoria. C. de edil. edic. l. ij.

¶ Est octo mēsiū ad faciēdū inuentariū, vt C. de iure deli. l. scimus.

¶ Est annua, vt estimatoria, & rescissoria, & quanto minoris, vt ff. de edil. edic. l. sciendum. §. vlti.

¶ Erat olim annua, bima, trima die que hodie per ex stipulatu actionem est sublata, vt C. de rei vxo. acti. §. cum autem.

¶ Est annua que datur parentibus, & liberis ad petendā bonorum possessionem, vt C. qui admit. ad bono. pos. l. emancipata.

¶ Est biennalis vt de dolo, & de debitore qui se scripsit accepisse pecuniam, vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. in prin.

¶ Est biennij vel quadriēnij qua creditores in bonorū possessionē missi ab alijs se defendunt, vt C. de bo. aucto. iu. pos. l. cū apud.

¶ Est triennij in vsucapione mobiliū rerum, in insti. de vsuc. in prin.

¶ Est quadriennij que datur ad implendam restitutionem post minorem etatem, que etiam datur pro vtili anno hodie, vt C. de tempo. in inte. resti. l. vlti.

¶ Est quadriennij, ne aduersus sacrum erarium agatur, vt C. de quadrien. prescrip. l. j.

¶ Est quinquēnij, vt de inofficiosi querela, & de donatione facta ab administratore, vt C. de cōtrac. iudi. C. de inoffi. test. l. si qs filiū.

¶ Est quinquennij, vt ne post quinquennium de statu defunctorum queratur, vt C. de sta. defunc. p. q. q.

¶ Est quinquennij ne adulter post quinquennium quam commissum adulterium dicitur, quod continuum numeratur, accusetur, vt C. ad. l. iul. de adulte. l. adulter.

¶ Est septem annorum cum queritur vtrum fuerit infans necne, vt proinde habeat effectum, vt C. de iur. delibe. l. si infanti.

¶ Est decem, & viginti, & triginta, & quadraginta annorum, vt C. de prescrip. l. j. & de prescrip. xxx. annorum.

¶ Est. xij. vel. xiiij. annorum cum queritur pubes vel impubes qs sit, vt proinde testetur, vt C. qui test. fa. pos. l. si frater.

¶ Est quatuordecim annorum vt currat prescriptio triginta vel quadraginta annorum.

¶ Est. xvij. annorum cum queritur an quis postulare possit, vt ff. de postu. l. j. §. initium autem.

¶ Est. xvij. annorū pres. cum queritur an manumittere quis possit vt insti. qui & ex qui. cau. ma.

¶ Est. xviij. annorum, vt si mulier veniam etatis impetret, vt C. de his qui ve. eta. impe. l. vlti.

¶ Est. xviij. ann. cū querit an quis adoptare possit, vt ff. de adop.

¶ Est. xxv. annorum vt exinde maior, & legitime sit etatis.

¶ Sunt & alie prescriptiones q̄ objjciunt volētibus adipisci honorem, vt in magistratibus, & sacerdotio a summo vsqz ad minimū.

¶ Sunt & alie q̄ longū tēpus nō habent expressum vt in vsuris, vt de ea dictū est, que longo tēpore stetit, que nō capit certum formā, nisi in libertate, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso.

FINIS

Tractatus pernecessarius

Prescriptionum, editus a famatissimo Legum doctore D. Dyno. de Mugilo, Feliciter incipit.

SVMMARIVM

1 Prescriptiones summarie, dilucide ac distincte comprehēdi possunt que sparsim sunt posite in corpore iuris.
2 Iudex eo die quo sentētiā tulit poterit supplere si quid erratuꝫ est.
3 Iumentum ornatuꝫ qui vendidit, si emptor non petit ornatum antē biduum, postea non habebit.
4 Aduocato licet intra triduum suum errorem corrigere.
Error aduocati litigatoribus obesse non potest.
5 Promittens hominē sistere in iudicio certo die, sic post quinqꝫ dies velit exhibere non potest.
6 Conueniendus non est quis ex persona defuncti ante nouem dies ab obitu connumerandos.
7 Reus si fuerit condemnatus, qr erat absens, habet spatium decem dierum ad appellandum tempore sententie.
8 Testes ꝓducti ꝺ alia ꝓuicia ꝑ ꝙ ip̄s debeāt stare vbi sunt ꝓducti.
9 Libello oblato ei qui ad iudicium vocandus est spatium datur. xx. dierum, in quibus deliberet an cedat vel contendat.
10 Prescriptio. xxx. dierum que sit.
11 Datus in tutorem alicuius pupilli vel curatorem alicuius adulti intra quod tempus possit se excusare.
12 Prescriptio duorum mensium qualis.
13 Maritus adulterium vxoris potest accusare intra. lx. dies a die commissi adulterij.
14 Prescriptio centum dierum cui competat.
15 Trium mensium prescriptio multis competit.
16 Maritus quando confessus fuit se recepisse dotem quam in veritate non recepit qua prescriptione iuuetur.
17 Prescriptio quatuor mensium quibus pertineat.
18 Prescriptio quinqꝫ mensium est quando in eadeꝫ prouincia testes vel instrumenta producuntur.
19 Effectus prescriptionis sex mensium.
20 Testes cum producuntur de vltramarinis partibus iuuantur prescriptione. ix. mensium.
21 Descendentes post annum non admittuntur ad petenduꝫ bo. poss.
Prescriptio vnius anni latissima.
22 Creditor qui rapuit res obligatas qua iuuetur prescriptione.
23 Officiales suspecti cū officiū non recte administrant remouentur.
24 Duoꝝ annoꝝ prescriptio daẗ debitori negāti sibi pecuniā mutuatā.
25 Trium annorum prescriptio quibus adaptetur.
26 Quatuor annorum prescriptio quotuplex.
27 Quinquennalis prescriptio qualis.
Agere volens post quinquennium repellitur.
28 Pupillus institutus heres habet prescriptionem septennalem.
29 Alimenta simpliciter relicta vt prestenẗ ꝙꝫ prescriptionē requirāt.
30 Decennalis prescriptio in quibus consistat.
31 Prescriptio. xij. annorum quibus referatur.
32 Decurionibus datur prescriptio. xiij. annorum.
33 Masculo testari volenti si sua interest qualis prescriptio detur.
34 Postulare vt quis possit quam requirat prescriptionem.
35 Postulare ⁊ adoptare vt quis possit requiriẗ prescriptio. xvij. an.
36 Arrogator quam prescriptionem desideret.
37 Masculus qui veniam etatis impetrauit ad vendendum prescriptionem. xx. annorum habeat.
38 Legitima etas quot annos requirat.
39 Prescriptio. xxx. annorum quos concernat.
40 Quadraginta annorum prescriptio in quibus habeat locum.
41 Diaconissa obtinet prescriptionem quinquaginta annorum.
42 Arrogatus per principem qua perscriptione tueatur.
43 Prescriptio. lxx. annorum quos excuset.
44 Centenaria prescriptio cui competat.
45 Feuda perpetuam prescriptionem retinent.

¶ Prescriptio. xx. horarum.

1 n Otabiliter †collige quod prescriptiones que sparsim sunt posite in corpore iuris summarie, ⁊ dilucide ac distincte possunt cōprehendi. Notandum in primis est prescriptio horaꝝ. xx. scilicet de viro qui debet detinere adulterum deprehensum cuꝫ vxore, vt. ff. de adulte. lege capite.

¶ Prescriptio vnius diei.

Prescriptio est vnius diei qui viua voce noluit appellare dissoluta figura iudicij si nō illico appellauit nō postea auditur sine libello. vt. C. de ap. l. litigatoribus. vbi talis casus s. lata sententia vnus ex litigatoribus vult appellare. si appellat statim valet tunc, ⁊ sine libello. si ex internallo tunc non valet eius appellatio nisi deẗ in scriptis. vt. d. l. Est ⁊ alia
2 scilicet iudicis † qui sententiam tulit, quo eo die quo diffiniuit poterit supplere si quid erratum est. vt ecce debebat absoluere ꝯdemnauit vel condemnare debebat aduersarium meum in cētum, ⁊ duobus assibus, ⁊ condemnauit in centum tantum, vel quia debebat absoluere condemnauit vel econtra vt. ff. de re iudi. l. Paulus.

¶ Prescriptio duorum dierum.

3 Prescriptio duorū dieꝝ est que obijciẗ ei qui † ornatum iumentū vēdidit vbi si non ante biduum emptor ornatū petit postea non habebit. vt. ff. de edi. edic. l. ediles. §. videndum. vt ecce habebam vnum equum vel iumentuꝫ ⁊ volebam eum vendere ita ꝙ ipsum ornaui vltra ꝙꝫ fuerit cōsuetū licitum est emptori infra duos dies opponere exceptionem.

¶ Prescriptio. iij. dierum.

4 Prescriptio † est. iij. dierū vt in aduocato. cui lꝫ infra triduū corrigere errorē suū. vt. C. de erro. aduo. l. vlt. vbi dicitur ꝙ error aduocati litigatoribus obesse nō pōt. vt aduocatus debebat ꝓponere vnā m actionē, ⁊ proponit aliā, tunc lꝫ aduocato infra triduum corrigere erroreꝫ suum, vt. d. l. item recusanti iudicē vt suspectum. vt. l. vlti. C. de iud. item legenti fructus proprij arboris in agro alieno, vt. ff. de glan. le. l. j.

¶ Prescriptio. v. dierum.

5 Prescriptio est. v. dieꝝ scꝫ illius qui † promisit hominē sistere in iudicio certo die, ⁊ post dies quinqꝫ velit exhibere non potest. vt. ff. si qs cau. l. si post tres.

¶ Prescriptio nouem dierum.

6 Prescriptio est. ix. dierū vt non cōueniant † quis ex persona defuncti ante nouem dies post mortē eius cōnumerādos. vt. C. de sepul. viola. l. cū sit iniustū in auten. sꝫ ibi posita. vbi dr. sꝫ nec añ nouē di. ab obitu ꝯnumerādos.

¶ Prescriptio decem dierum.

7 Prescriptio est decem dierum. C. de ap. auct. hodie. vbi dicitur in glo. ipsius ꝙ † si reus fuerit cōdemnatus a tēpore sententie. vt qr erat absens hꝫ spatiū decē dierum ad appellandū. ⁊ hoc intellige vbi procurator fuit presens, vel non soluendo, vel causa istius cōdemnati fuit probabilis. vt in prealleg auct. in gl. ⁊. C. de iudi. l. ꝓperādū. ⁊. C. de fru. ⁊ lit. expē. l. iiij. ⁊. C. quomodo ⁊ quādo iud. l. ab eo. ⁊ hoc si non fuit defensus a procuratore, ⁊ non appellauit procura. Modo queriẗ an audiaẗ dñs ad appellandum. ⁊ dic qđ non C. de procu. l. qr absente. ⁊. C. de iudi. l. properandum. §. fi. ⁊ dic vt ibi. ⁊ idem est in sententia arbitri vt. C. de arbi. l. pen. §. sinautē. in gl. Est ⁊ alia vt. ff. de edil. edic. l. quod si nolit. §. quid. vbi talis ponitur casus. ego emi a te vnā rem isto pacto quod si mihi displicuerit sit inempta. quam tunc debeo ei reddere infra decem dies si res non placuerit mihi alias non audiar elapsis. x. diebus vt dicta. l. quod si nolit.

¶ Prescriptio. xv. dierum.

8 Est ⁊ prescriptio alia. xv. dierū vt. C. de testi. l. si quādo. vbi diciẗ qđ † testes producti de alia prouincia ciuitate vel loco cogunẗ ibidē stare vbi sunt producti per. xv. dies infra duos iurati debēt deponere ⁊ fideiussores dare de non recedendo, ⁊ si dare non poterint eorum committatur iuramento, ⁊ hoc expēsis producentis. sed vltra illos. xv. dies spectare non coguntur adeo quod siue iurauerint, ⁊ deposuerint infra illos. xv. dies siue non vlterius non coguntur. vt. d. l.

¶ Prescriptio.xx.dierum.

Est alia prescriptio.xx.dierū vt.C.de litis cōtesta.auct.
offeratur.de eo qui vult litem contestare. vbi di-
9 citur quod †oblato libello ei qui ad iudicium vocandus est datur
spatium.xx.dierum.in quibus deliberaret an cedat vel ꝯtendat.vt
in prealle.auct.vbi dicitur exinde prebitis sportulis ⁊c. Dy.Est ⁊
alia vt.C.de sen.⁊ interlo.om.iud.l.cum papinianus.in aucten.ibi
posita.vbi dicit̄ ꝙ si cōuentus corā iudice deleg. habet ipsuꝫ suspe
ctum pōt ipsum accusare infra.xx.dies,diebus.xx.elapsis nō au-
ditur.vt predicta auct.Est ⁊ alia que datur iudici ꝗ deposito offic.
desinit de cā coram eo suborta terminanda siue criminalis fuerit si
ue ciuilis vt.C.vt omnes tam ciui.ꝙ̄ mili.l.j.Dy.

¶ Prescriptio.xxx.dierum.

Est prescriptio.xxx.dierum.C.de non nu.pec.l.in contracti-
10 bus.§.super certis. vbi dicitur qḋ si creditor fuerit cōfes-
sus sibi solutum esse quod non erat vel reddidit instrumentū ꝙ tūc
contra debitorem cōpetit excep.xxx. dierum,⁊ elapsis.xxx. dieb⁹
tunc agere non poterit.Est ⁊ alia quod vectigal non soluit. vt.ff.de
pu.l.imperatores.⁊.l.interdū.⁊.§.si super.Dy.est ⁊ alia prescrip.
ꝗ vsus est via vt.ff.de itine actuqꝫ pri.l.j.§.hoc autē.Est ⁊ alia pre-
scriptio,scꝫ illius qui vult seruire contra naturam in suis condēna-
tis,vt.C.de pe.l.si vindicari.Est ⁊ alia de eo qui debet suum inuen
tarium incboare postꝙ̄ nouit aperturā.vt.C.de iure deli.l.scim⁹.§.
sinautem primo.vbi dicitur quod si quis de iure hereditatis defun
cti dubitat an debeat adire necne. non est necesse deliberare.sed tā
tūmodo facere inuentarium,⁊ hereditatem adire.q꞉ recepto inuen
tario,⁊ adita hereditate incipit currere dictum tēpus. vt in preal-
le.l.dy. est ⁊ alia que incipit currere dānum passo ex certo capite.
l.aqui.vt.ff.ad.l.aquil. ⁊ instit.eo.§.illud.vbi dicitur quod si aliqs
interfecit seruum ꝙ infra.xxx.dies non solum possum exigere ab
eo pretium serui sed etiam id quo dānificatus sum,vt q꞉ seruus me-
us erat institutus heres, ⁊ ipse non poterat adire sine iussu meo ita
quod fuit interfectus anteꝙ̄ adeat.ego ꝯ interfectorem agere pos-
sum.nō solū ad serui estimationē sed etiā ad estimationeꝫ heredita
tis.vt in.d.l.dy. Est ⁊ alia.vt.ff.de accus.l.iij.§.fi.vbi dicit̄ ꝙ si qs
accusauerit,⁊ accusator mortuus fuerit vel impeditus agere ꝙ tūc
reus pōt agere contra eum vel eius heredes ad integram satisfa-
ctionem.Est ⁊ alia vt auct.de intro.⁊ exhi. re.§.j. que datur ei qui
reducendus est ad cōponendum res suas, ⁊ ad cōponendum me-
stos penates coram iudice loci vel coram magistratibus.

¶ Prescriptio.l.dierum.

Est ⁊ alia prescriptio.l.dierum vt insti. de excu. tut.§.
11 qui.vbi dicitur qḋ †si quis datur in tutorem
alicuius pupilli vel curatoreꝫ alicuius adulti,⁊ velit se excusare nō
refert si non appellat statim cum possit se excusare spatio.l.dieruꝫ.
vt.d.§.dy. Est ⁊ alia quod iudex depositus ab officio suo debet in
eadem prouincia vel ciuitate commorari.l.diebus vt.C.vt omnes
tam ciui.quam mili.l.j.

¶ Prescriptio duorum mensium.

Est ⁊ alia prescriptio duorum mensium.vt.C.de li.cō
12 test.auct.libel.†vbi actor.ī.duos menses cau
se lit.conte.stare dꝫ alioquin expensas in duplum cogitur restitue-
re conuento.lꝫ hoc hodie de consuetudine non seruetur. de iure tū
est ita.Est ⁊ alia prescriptio. vt.C.de adul.l.fi.que datur ad seruos
torquendos post missionem repudij.Est ⁊ alia vt.C.de iu.deli.l.san
cimus.§.sinautem.vbi dicitur quod incepto inuentario dꝫ termina
ri.ī.duos menses vt in predic.§.Est ⁊ alia de debitore fisci qui vult
dila.impetrare in minorib⁹ summis ⁊ causis.vt.ff.de iure fisci.l.de-
lator.§.in fiscalibus.que cause dicantur minores distinguitur,vt.C.
de defen.ci.l.j.vbi dicitur ꝙ minor cā est legis.Est ⁊ alia fisco op-
ponenti compensationē. vt.ff.de iu.fisc.l.aufertur.§.compensatio-
nem.vbi dicitur ꝙ si quis velit fisco compensa.opponere dꝫ dicere
sibi debere.ī.duos menses.Nam duobus mensibus elapsis non au
ditur.vt.d.l.item iudici cognoscenti de cā ciuili.vt in auct.vt cleri
ci apud ꝓprios episcopos conue.§.si tū ꝯ decurionibus col.vj.Itē
viris religiosis vel clericis ꝑsonatus habētib⁹ Physicā vł leges
audiētib⁹ vt ẋ ne cle.vł mo.c.nō magnope.⁊ e.ti.c.sup specula.est
⁊ alia si ancilla vēdita fuerit. ⁊ manumittatur si tamen presens fuit
vt.ff.de his qui sine ma.ad li. perue.l.fi.§.sed contra.Est ⁊ alia de
eo qui fideiussu sine prescriptura sui ad tēpus in causis priuatis seu
publicis.Est ⁊ alia de emphyteota vt posset vendere possessionem
prius denūciatione a dño facta,extra de iure emphy.c.potuit.⁊.C.
de iure emphy.l.vlti.§.sinautem.vbi dicitur quod si aliquod instru
mentum inter dominum, ⁊ emphyteotam interuenit tunc id quod
in dicto instrumento continetur seruari debet, sinautem nullum pa
ctum fuerit, subaudi de alienando vel vendendo, ⁊ tunc primo,⁊
principaliter debet domino suo denuntiare, ⁊ expectare ipsum per
duos menses.duobus mensibus elapsis poterit vendere melioratio
nes suas cuicunqꝫ, vt. d.l. Est ⁊ alia vt cum actor promisit se exhi-
bere in iudicio tēpore non adiecto, elapsis duobus mensibus talis
fideiussor vlterius non tenetur,⁊ est ratio,quia actor videt̄ a lite di-
scedere velle cum promittit litem se contestaturum.ī.duos menses a
die dati libelli,⁊ non fecit.vt.C.de in.deli.l.scimus.§.igitur.

¶ Prescriptio.lx.dierum.

Est ⁊ alia lx.dierum vt.C.ad.l.iul.de adul.l.iure ma
riti.vbi dicitur quod si maritus vult accu-
13 sare †adulterium vxo. quod si ipse accusat.ī.lx.dies bene potest,⁊
computatur a die commissi adulterij. vt ibi dicitur. Item non cogi
tur se subscribere ad penam talionis nec punitur vt calumniator si
non probauerit infra dictos.lx.dies.vt.ff.eo.l.ꝙ̄uis indubitati.⁊.l.
si is cui.est ⁊ alia que datur nomine ornamentorum non prestitoruꝫ
redhibendum vt.ff.de edil.edi.§.sinautem.est ⁊ alia.vt.C.de lit.cō
test.l.j.⁊ auct.libellum.vbi dicitur quod si actor porrecto libello cō
testatus non fuit litem coram iudice ꝙ elapsis duobus mēsibus nō
auditur.vt ibi de hoc.est ⁊ alia.vt.C.de epis.⁊ cle.auct.clericus.⁊
l.omnes qui.§.in hoc autem.vbi dicitur quod si iudex iudicauerit
in ciuili quod sibi competit prescriptio.ī.duos menses.vt in predi-
ctis.l.est ⁊ alia vt.C.de fi.instr.l.sancimus.que obijcitur ei qui pro
misit pūtare personā alterius sine scriptis sꝫ tantū nudis verbis. vt
in.d.l.est ⁊ alia vt cum quis sic emit rem vt si displicuerit sit inem-
pta tunc seruandum est tēpus de quo est actū.si vero nil de tēpore
actum est lex statuit spatiū.lx.dierum.ī.quos dꝫ emptori rē restitue
re.⁊ pretiū hr̄e.vltra nō audit̄ nisi cū cause cognitiōe. versat̄ autem
cause cognitio.vt si iudex ꝙ aliqua iusta cā emptor fuerit impedi-
tus decerneret vt nō restitueret si res sibi displicebat nec ēt vltra il-
lud tp̄s audit̄ emptor vt dictis iuribus.l.ꝙ si nolit.ff.de edi.edic.

¶ Prescriptio centum dierum.

Prescriptio est centum dierū vt.C.qui admittit ad
bo.pos.possunt.l.j.⁊ insti.de bo.pos.§.
14 liberis vbiqꝫ.vbi dicitur ꝙ †aliquis putat sibi cōpetere bo.po.iu-
re consanguinitatis qḋ a die mortis defuncti hꝫ spacium centuꝫ die-
rum quibus elapsis non auditur postea.vt ibi.Dy.

¶ Prescriptio trium mensium.

15 Prescriptio est triū mensiū vt † qn̄ heres dicebat se
repudiaturū necesse expectabatur ꝑ spa
tium trium mensiū.C.de iu.deli.l.scimus.§.cū igitur.Est ⁊ alia pre
scriptio que obijcit̄ ei qui nō pro herede habet̄ vt.C.ꝺ iur.deli.l.fi.
Est ⁊ alia ad inuentariū faciendū.Primo dātur.xxx.dies ad inci
piendū qui currūt sibi a tp̄e quo sciunt sibi hereditatē delataꝫ ex te-
stamento vel ab intest.postea dantur.lx.dies ad cōplenduꝫ.⁊ sic in
vniuerso sunt tres mēses.⁊ hoc si oia bona sunt in eodē loco. Si ve
ro absint ab eo loco hꝫ heres spatiū anni ad inuentariū faciendū,⁊
cōplendū.vt.d.l.scimus.C.de iur.deli. Est ⁊ alia vt de decurionuꝫ
16 origine disputatur. vt.C.de decu.l.gn̄ali.Alia est que cōpetit †ma
rito qn̄ cōfessus fuit se recepisse dotem quā in veritate non recepit.
vt in auct.de tp̄e nō so.do.l.pe.§.ergo in fi.⁊ auct.ꝙ locū.C.ꝺ col.
Est ⁊ alia vt in auct.cū de ap.cogno.§.iij. Est ⁊ alia si obijcitur qḋ
vnus ex litigatoribus renūtiat testibus seu testamēto. ⁊ alleg.in.d.
auct.Est ⁊ alia si nouum opus fuerit nuntiatū, ⁊ reum satisdare nō
est actum.vt.C.de no.ope.nun.l.j.⁊.C.de edi.pri.l.vlt. Alia est ꝗ
cōpetit creditori hereditario ꝯ heredē.vt.C.de iur deli.l.fi. Alia
est de eo qui nō dꝫ morari in sua prouincia.vt.C.de asser.l.iij.Alia
est de eo qui dilationē petit neqꝫ testes neqꝫ instrumenta produxit
vt.C.de dila.l.j.Dy. Alia est cū matrimoniū durauit plus duob⁹
annis,⁊ minus decennio.q꞉ dant̄ tres mēses ⁊ vlterius non audit̄.
Alia est que datur parti que vult concludere in causa. vt.C.de iu.
auct.iubemus.⁊ in auct.vt cum de appe.cogno.

¶ Prescriptio.iiij.mensium.

17 Est ⁊ prescriptio †quatuor mensiū vt post latā
sententiā iudi.vsure currāt.vt
.C.de

.C.de vsur.rei iudi.l.ij. Alia est que datur socio qui impedit interfe ctionem si potius noluit cōferre.vt.C.de edifi.priu.l.si vt proponis. & ff.pro socio.l.si fratres.§.idem respondit. Alia est que datur contra tutorem vel curatorem qui causam restitutionis non peregerit. vt.ff.de excu.tu.l.qui bona gratia. Dy.

¶ Prescriptio.v.mensium.

18 Alia est prescriptio quinq; † mensium quando in eadem prouincia testes vel instrumēta producunt. Alia est prescriptio quinq; mēsiū de eo q pōt redimere ab emptore.vt.ff.de redhi. l.sciendum.§.fi.

¶ Prescriptio.vj.mensium.

19 Est prescriptio.vj.mensiū.s.in redhibitoria.vt.C.de edi.edic. l.ij. Alia est.s.de †eo cui ab herede scripto manēte in eadem prouincia querela inoffi.test.preparatur.vt C.de inof.testa.l. pe.in fi.alleg.§.sancimus vbi expeditū est. Est & alia qui impetrauit dilationē.vt de dila.l.j. Est & alia de eo qui manumisit ancillā. vt insti qui & ex quibus cau.ma.§.iuste.nisi fuerit iusta cā impediens.vt.C.de malo. Est & alia de eo qui vult redimere mancipium. vt.ff.de edi.edic.l.sciendū. Est & alia q̄ cōpetit pro relic.sub condi. vt.C.vti po.l.j. Est & alia in bñficijs cōcedendis.vt extra de cōces. preb.c.nulla. Est & alia que datur ꝯ accusatorē mulieris de adulterio qui per lapsum sex mēsium remouetur ab actione, & cōputantur isti sex menses vtiles a die diuortij vt.ff.ad turpil.l.i.§.accusationem.Dy.

¶ Prescriptio.ix.mensium.

20 Est & alia prescriptio.ix.mensiū scʒ cum † de vltra marinis partibus testes producunt. vt.C.de dila.l.j. Est & alia qñ aliqs post dilationem repetit dilationem.vt.C.de iure deli.l.fi.

¶ Prescriptio.x.mensium.

Prescriptio est.x.mēsiū vt in auct.vt liti.iu.& Dy.

¶ Prescriptio vnius anni.

21 Prescriptio est vnius anni qua †admittuntur descēdentes ad petendū bo.pos.& non vltra. Est & alia quāto mino.ff.de edi.edic.l.scienduʒ.§.fi.C.eo.l.ij.in quibus dicitur ꝙ redhibitoria, & quāto minoris distulit emptor cōquerens de morbo vel vitio vlterius non auditur. Est & alia prescriptio de seruo qui cum subtraxit inscio dño infra annū tenet in quadruplum,post annum in simplū.vt.C.vi bo.rap.l.si res. Est & alia que datur ad bo.pos.C.vnde liber.l.fi. Est & alia de eo qui abfuit causa reipublice vel alia iusta causa vt.C.in quibus cau.in integ.resti.nō est ne.l.j.ff.ex quibus cau. ma.l.pe.& C.eod.l.vlti. Est alia de eo q alienat causa iudicij mutandi vt ipse post ea haberet. vt.ff. de alie. iu.mu.causa fac.per to. Est & alia que datur pro homine mortuo ꝺ eo qd deiectū erat vt.ff. de his qui deie. vel effu.§.hec actio. ver.si libero homini. Est & alia de seruo interempto & retro cōputatione facta.vt.ff.ad leg.aqui.l.vlti.§.si ita. Est & alia vt si quis pecuniam recepit vt negotium aliquod faceret, vt.C.alleg.ff.de cal.l.j. Est & alia vt si quis conuitium faceret.vt.C.de iniur.l.j.& l.si nō conuitij. est & alia vt si per metū vendidit. vt.ff.qd met.cau.l.si cū exceptione.§.ij.est & alia vt per scriptū heredē adeatur hereditas. vt.C. de insti.& sub.l.iiij.in fi.Dy. est & alia que dat pro noie peculij. vt.C. ad maced.l.macedoniū.est & alia cū seruo cum periculo pretio peculij statuto vendito.vt.ff.de pe.l.& ancilla.§.ij. est & alia de eo qui in fraudē creditoris alienauit omnia bona sua vt.C.de reuo. his q̄ in frau.cre.l.vlti.est & alia vt fiat inuentariū de rebus existentibus alibi.vt.C.de iur.deli.l.scimus.§.si autē. est & alia de proclama.in libertate si citatus nō venit.vt.C.de asser.tol.l.j.§.siuero.est & alia vt heres soluat legata,& fideicōmissa. vt in auct.de heredi. ab inte
22 sta.§.illud.Dy. est & alia ꝺ †creditore qui rapuit res obligatas vt C.vi bo.rap.l.ij.

Est & alia de eo qui vocauit in iudiciū illum quē vocare non debuit vt.ff.de in ius voc.l.pe.est & alia deaccusato qui petebat honorē vt.C.de mu.& ho.l.reus dol. dy. est & alia si quis expulsus vi est.vt.C.de in.l.ij.est & alia vt eps extra dioce. existens ꝯ suam ecclesiā non stet.vt in auct.de sanc.epis.§.ꝯtra.est & alia ꝺ eo cui imminebat tutoris periculo.vt auct.sicut.C. de leg. tut.est & alia de eo qui vocatus ad iudicium nō venit vt .C. de requi. re. lib. xj. Alia est in causa appellationis vt.C.de tem.app. auct.ei qui.est & alia de dote soluenda soluto matrimonio.C.de rei vxo.act.§.ex act. Alia est si quis ius dic.non obtēpe.vt.ff. si quis ius di.nō ob.l.j.§. fi.dy. Alia est que obijcitur filijs emancipatis non petentibus bo. pos.vt insti.de bon.pos.§.liberis itaq;. Alia est que obijcitur extraneis heredibus.C.de iure delib.l.cū antiquiorib⁹. Alia est q̄ obijcitur postulanti sibi adijci de rebus venditis creditoribus.vt.C.de iure delibe.l.vlti. Alia est que obijcitur dominis quando quis de nouo est factus seruus . vt in auct. de san.episcopis.est & alia vt si cui
23 relictum est vt nubat seruo.est & alia quia †remouētur suspecti officiales cū officium recte non administrant.vt .C. de suspec. tuto.l.j. Alia est que obijcitur minori. scʒ de dote nō numerata. vt in auct. de temp.nō sol.pe.§.generali. Alia est si maritus scripsit se dotē recepisse q̄s non recepit,& sit mortuus.ī.bienniū post annū soluere cōpellitur.vt de non nu.pecu.l.j. Alia est qui sine cōmeatu de castris recessit si redire noluerit.vt.C.de col.l.vlt. Alia est qua remouentur fortissimi milites si annonā non petant.vt.C. de mili.an.l.j. Est & alia que obijcitur vasallo inuestiturā nō petēti.vt.x.col.quo tēpore mil. inuesti.pe.de.§.j. est & alia. qui interfecit seruuʒ vel pecudem.vt.ff.ad.l.aquil.l.ij.

¶ Prescriptio duorum annorum.

24 Prescriptio est duorū annoruʒ † que datur debitori neganti sibi pecuniā mutuatam.de verbo.obli. per totum.est alia de dolo.vt.C. de dolo .l. fin . vbi datur biennium continuum actionem de dolo moueri posse siue presenti siue absenti.& computantur non a die scientie sed a die commissi doli. Et not.ꝙ non perpetuatur hec actio lit.non contesta.nec est reperire in alia actione quod est notandū. est & alia de patrimonio fabricēsi,vt.C.de fabri.li.xj. est & alia de locatione horreorum . vt.ff. loca.l.cum dñi.est & alia de muliere perfecte etatis que pignus dedit vel locauit.vt.C.ad velleia.l.si mulier.est & alia de emphyteota qui si alienat eo nomine.vt in auct. de nō alie.§.ij.est & alia vt causa incipit.vt.C.vt intra certū tēpus cri.q.ter.l.vlti.est & alia de cri. deser.predij.C.de agri.& cēsi.l.agris.est & alia de submer.C.ꝺ naufra.l.pe. Alia est de do.fisci. & defensoris ciuitatis .C. de aduoca. diuer.iudi.l.sancimus.est & alia de mortuo in terra trāsmarina legato,vt de leg.l.j. Alia est de dormiente creditore.vt.C.de bo.au. iudi.po.l.j. Alia est de pignore debitoris.vt.C.de in.do.l.pe.§.fi. Alia est de non numerata pecunia.vt.C.de non nu.pe.l.vlti.

¶ Prescriptio trium annorum.

25 Est & alia prescriptio †triū annorū vt in rebus mobilibus vt insti.de vsu.& C.& ff.per totum. Alia est triennalis que cōpetit mulieribus pro dote sua vel ex actione dotis annua,bima,trima die.in primo anno vna pars, in secūdo alia pars, in tertio anno tertia pars que sublata est per auct.dotis ex stipulatu. per q̄s videtur omnia immobilia statim redire,& mobilia infra annum.vt.C. ꝺ rei vxo.act.§.cum aūt. Alia est cū quis emerit ancillam vt eā manumittat & si diuertat vxor a viro si eam cogere nō potest.in auct. de nup.§.circa.& ff.de diuor.& re.l.vxoris. Alia est vt lis non protrahatur.vt C.de iudi.properandum.§.j. Alia est de emphy.C.de iure emphy.li.ij.§.finautē. Alia est de aleatore qui ludit ad tabulas.vt in auct.de san.epi.§.j. Alia est vt seruus stet in monasterio. vt.C.de epis.& cle.auct.debet. Alia est vt mulier alat filium. vt.C. de pa.potesta.l.nec filium in glos.

¶ Prescriptio quatuor annorum.

26 Et est alia prescriptio. iiij.ann. & illa †primo est duplex. vna que competit ei qui vi possidet bona vacantia postquam fuerunt fisco denuntiata prescribit eñ quadriennio etiā si non habeat titulum vel bonā fidē.ꝙ est mirabile,& hoc est speciale ꝓpter negligentiā fisci qui negligit petere bona denūtiata.vt.ff. de iure fisci.l.j.§.diu⁹ pius . est & alia que competit qñ fiscus vendidit rem alienā singularē vel quocūq; titulo alienauit.dñs eius rei, postea vero nō audit. vt insti. de vsuca.in fin.C.de quadri.pre.per totū,est & alia de restitutione hereditatis.vt.C.de tempo. in integ. l.fi. Alia est de creditoribus vnde petatur.vt.C.de bo. auctori.iudi.pos.l.vlti.

¶ Prescriptio.v.annorum.

27 Prescriptio est.v. annorū vt ne de †statu defunctorum querat.vt .C. ne de statu defun.l. is quē.vbi dicit qd si aliquis decessit, & quinquenniū transiuit post mortem eius status questio vltra moueri non pōt.est & alia vt que-

tela inoffi testa. vt. C. de inoff. test. l. contra maiores. post quinquennium repellitur volens agere. Alia est de capto ab hostibus, vt. ff. de cap. ꝛ postli. reuer. alia est de nauicularijs, ꝛ mercatoribꝰ. vt. C. de naufra. l. naue. alia est de accusato ex adult. vt. ff. de adult. l. quinquennium. alia est de hereditate adita vt se paratio fiat. vt. ff. de sepa. l. j. §. quod aūt. alia est de filio pro patre excluso q tacuit vel repudiauit. vt. C. de inoffi. testa. l. si quis in fi. alia est de morato in libertate post manumissionē. vt. C. ad macedo. l. ex eo. alia est de interfecto a familia. ff. ad sille. l. in cognitione. alia est que fisco obijcitur iure vectigali. vt. C. de vecti. l. ij. alia est de collusione detegēda vt. C. de collu. dete. l. ij. alia que obijcitur heredi minori de dote non competenti. vt. C. de tēpo. in integ. resti. auct. si minor. alia est que obijcitur facto maiori petenti rem quā vere vendidit quando minor erat. vt. C. si ma. fac. l. fi. alia est de redimendo ab hostibus. vt. C. de postlimi. reuer. l. vlti. Est ꝛ alia de cubicularijs reuocandis qui serui dicuntur. vt. C. de prepo. sa. cu. l. j. lib. xij.

¶ Prescriptio. vij. annorum.

28 Prescriptio est. vij. † anno. de pupillo instituto in heredem vtrum habeat effectū vt. C. de iur. delibe. l. si infanti.

¶ Prescriptio. ix. annorum.

29 Prescriptio est. ix. † annorū vt prestarentur alimēta simplr relicta. vt. ff. de alimen. le. l. vlti.

¶ Prescriptio. x. annorum.

30 Prescriptio est. x. annorum que obijci pōt vt † aduersarius probauerit post latā sniam quem id dedisse vel iudicem accepisse. vt in auct. vt litigantes iurent. §. si vero. est ꝛ alia que locum habet in rebus mobilibus inter presentes. est ꝛ alia que locum habet inter absentes. ꝺ quibus duabus satis dictum est. insti. de vsuca. per totū. C. ꝛ ff. eo. Est prescriptio de seruo plagium cōmittente. est ꝛ alia de dāno sine tēpore. vt. ff. de pecu. le. l. si primo. Est ꝛ alia prescriptio de debitore fisci qui ꝛ seruū manumisit. vt. ff. qui ꝛ a quibus. l. si cum. §. iij. est ꝛ alia que inter presentes bona fide obtinet. vt. C. de prescrip. xxx. annorum. l. si quis emptionis. est ꝛ alia ꝯ eū qui fecit testamentū, ꝛ nihil ostendit. vt. C. de testa. l. sancimus. Est ꝛ alia ꝯ eū qui vsufr. vel seruitute non est vsus, vt. C. de ser. ꝛ aqua. l. vlt.

¶ Prescriptio. xij. annorum.

31 Prescriptio est. xij. annorū † que refert quo ad matrimoniū contrahendū ꝛ testimonium ferendū in cā ciuili, ꝛ ēt testamentū faciendū. vt inst. de nup. in prin. ꝛ ff. de testa. l. iiij. ꝛ insti. qui. nō est permis. fa. testa. §. preterea est, ꝛ alia de dote non soluta. vt. C. de temp. in integ. re. auct. si minor.

¶ Prescriptio. xiij. annorum.

32 Prescriptio est. xiij. anno. † que datur decurionibus. vt. C. de sena. l. iij.

¶ Prescriptio. xiiij. annorum.

33 Prescriptio est. xiiij. anno. que daṫ masculo † testari volenti si sui interest, ꝛ ad matrimonium contrahendū, ꝛ testimonium ferendū in causa ciuili. vt. C. qui testa. fa. pos. l. seniū. ꝛ l. si frater. ꝛ ff. eo. l. v. in auct. vt spon. lar. §. iij.

¶ Prescriptio. xv. annorum.

34 Prescriptio est. xv. ann. † vt postulare quis posset. vt in auct. de tem. nō solu. pecu. sup dote. §. gnāliter. col. vij. Est ꝛ alia de manumissione facta a minore ꝑ procu. habendo. vt. insti. qui. ex causis ma. §. eadem. l. Est ꝛ alia vt clericus non ordinetur. vt in auct. de san. epis. §. presbyter.

¶ Prescriptio. xvij. annorum.

35 Prescriptio est. xvij. annorū † vt cū queriṫ qs postulare possit, ꝛ adoptare. vt. ff. ꝺ postu. l. j. §. pueritiam. ꝛ insti. eo. §. minorem.

¶ Prescriptio. xviij. annorum.

Prescriptio est. xviij. annorum scʒ in muliere cū querit quis posset ad impetrationem ve-
36 nie. vt. C. de his qui ve. eta. impetra. l. ij. §. feminas. est † ꝛ alia in arrogatore. vt. ff. de adop. l. arrogato.

¶ Prescriptio. xx. annorum.

37 Prescriptio est. xx. annorū scʒ in masculo † qui veniā etatis impetrauit ad vendendum. vt. C. ꝺ his qui ve. eta. impetra. l. ij. in princ. est ꝛ alia de eo qui rem alienā in absentia dn̄i possidet. vt. C. de prescri. xxx. an. l. si quis. est ꝛ alia de eo qui bona fide in possessione stetit. vt. C. de lon. tem. pres. l. prestat. est alia que de his bonis in curia aduocatorum requirendorum contra fiscum obseruatur. vt. ff. de iure fisci. l. j. §. j. ꝛ hoc postq̄ scit se posse occupare. vt. ff. de acqui. rer. do. l. iij. est ꝛ alia vt querela falsi. vt de fal. l. querela. ꝛ l. cum mora. est ꝛ alia vt de milite a militia dimisso, vt. C. quando prouo. non est ne. l. veteranis.

¶ Prescriptio. xxv. annorum.

Prescriptio est. xxv. annorū scʒ. queriṫ an quis possit in iudicio interesse sine tutoris auctoritate. ꝛ dicit ꝙ sic si prescripsit tp̄s. xxv. an. ante vero non sine
per tex. in. d. l. j. §. si quis hoc interdicto. ver. iulianus. ff. de iti. act.
priua. per quã etiam dixit Fely. in. c. cum accessissent. colũ. xij. de
consti. ꝙ actus taciti non sunt interpretandi vltra quãʒ se extendat. ⁊
vltra predictos addo Bal. in. l. ꝙ cõstitutum. C. ne de statu defun.
vbi pulchre dixit ꝙ verba statutorum sunt multum ponderanda in
quo casu loquantur q2 etiam si prescriptio fauorabiliter disponit, tñ
ad similia non extenditur. per illum tex. ⁊ Are. consi. xxxij. in cau
sa que vertitur. circa prin. vbi dicit ꝙ consuetudo non dʒ extendi
de persona ad personã nec de re ad rem, sicut non extenditur pre
scriptio. ⁊ sic parificat consuetudinem ⁊ prescriptionem respectu
extensionis, de quo dicetur. j. col. x. ver. tertio principaliter. ⁊ hoc
consilium adde ad ibi dicta vltra Fely. in. c. auditis. † Hanc gene
12 ralem regulam primo limita, ⁊ declara vt non procedat quo ad ac
cessoria ⁊ connexa rei principali prescripte inseparabiliter, q2 ista
prescribuntur cum principali. ⁊ sic prescriptio ad ea extendit, casus
est in. l. eos. iuncta glo. C. de vsur. ⁊ ibi notant Bal. ⁊ doc. vbi sub
lata actione principali. per prescriptionẽ respectu sortis censet etiã
sublata accessoria pene ⁊ vsuraꝝ. Quã conclusionẽ late comprobat
Fel. in. d. c. auditis. col. x. in. iiij. declara. ⁊ firmat do. Pet. phi.
cor. consi. xliiij. in hac consultatione. ij. col. ij. vol. ¶ Addo bonuʒ
tex. in. l. longe. iuncta glo. de diuer. ⁊ tẽp. prescri. ⁊ in. l. si aliena. §.
j. ff. de vsucap. Per quem dixit Bar. in repe. l. de quibus. in. ij. le
13 ctu. col. ij. ff. de legi. † ꝙ prescribens fundum prescribit omnia acces
soria vt seruitutes, vt ibi dicitur. ⁊ vltra Fely. pulchre Bal. qui ad
hoc dat intell. in repe. l. fi. col. xx. C. de prescri. long. temp. ⁊ bene
dictum est, ꝙ pscriptio extenditur ad accessoria ⁊ connexa insepa
rabiliter. Nõ autem ad simpliciter connexa, q2 illa separantur per
prescriptionẽ, si possunt separari, vt pulchre dixit Jo. an. d quo non
meminit Fely. in addi. ad Spe. super rub. de his que fi. a ma. par
te ca. circa fi. magne apo. ¶ Ex quibus infero ad. q. vltra Felyn.
An prescriptio principalis prosit fideiussori, cum obligatio fideius
soris sit accesseoria ad principalẽ. l. fideiussor obligari in prin. ⁊ ibi
plene no. Bar. ff. de fideius. Istam. q. pulchre decidit Bald. in. l.
tam mandatori col. ij. circa fi. alias. iij. ver. iteʒ dubitatur. C. de nõ
14 nu. pe. ⁊ distinguit, vt ibi per eũ. ¶ † Quid aũt econuerso, si fideius
sor prescripsit, ⁊ non reus. Puta q2 prescriptio fuit interrupta cõ
tra reum, ⁊ non contra fideiussorem an prosit reo. Tangit ibidem
Bald. col. fi. ver. sed quero si fideiussor. ⁊ hec faciunt ad proposi
tum. q2 his duobus casibus tractatur de extendenda prescriptione
de persona ad personã. Predictam limitationẽ sublimita. ⁊ decla
ra, vt pulchre per Rom. singulari. dcvij. incipien. tu habes regulã
fol. xvij. vbi dicit tu habes regulã ꝙ si prescriptio facta de princi
pali trahitur ad accessorium, casus est in. l. eos. C. d vsur. in. l. si alie
na. §. j. ff. de vsuc. quod est veꝝ si accessorium ab initio inchoate pre
scriptionis inerat principali. Secus si ex postfacto cepit inesse, qm
tunc est opus quo ad illud noua prescriptione. Casus est singularis
⁊ non alibi, quem no. dicit Roma. q2 de eo habebis honorem in. l.
qui fundum. §. j. ff de vsu. pro emp. ⁊ bene facit. l. rerum mixtura. in
fi. ff. de vsuc. Hec sunt verba Roma. vbi. s. Sequitur Fel. nõ alleg.
Roma. in d. singulari, sed in. d. l. qui fundũ. §. j. in. d. c. auditis. co
15 lum. x. in. iiij. declara. ¶ † Scdo principaliter limita, ⁊ declara ꝓ
dictam regulam, ꝙ prescriptio non extenditur vt procedat quo ad
extranea. Secus quo ad ipsa preambula vt pulchre declarat Ro.

consi. cclxiij. ad predictoꝝ corroborationẽ, vbi ꝯcludit ꝙ qua ratio
ne consuetudo seu prescriptio conferens iurisdictionem in vno cen
setur contulisse in eius cõsecutiuo seu accessorio, vt est tex. optimus
ẽm eum in. d. l. si aliena. §. j. eadẽ ratione consuetudo siue prescri
ptio, que confert iurisdictionem in vno videtur contulisse in eius
antecedenti siue preambulo. Ex quo infert ꝙ prescripta iurisdictio
pronuntiandi super executione. Refert ⁊ sequit Fel. in. d. c. audi
16 tis. col. xi. ¶ † Tertio limita ⁊ declara predictam regulam, nisi ꝓ
scribat pars indiuisibilis ab ipso toto, q2 tunc prescriptio partis ex
tenditur ad totum ratione indiuidui, per id ꝙ no. in. c. cum in tua.
de deci. ⁊ per Inno. in. c. dilectus. de appel. mona. Ita no. d. Cor
se. in. c. bone. el. ij. in apostil. ad Panor. super. iij. not. de postula.
prela. ¶ Pro qua limitatione siue declaratione vltra eum est ca
sus in. l. si stillicidij. §. fi. cum. l. seq. ff. quẽadmo. seruitus amit.
17 ¶ † Hinc est ꝙ lʒ prescriptio decimaꝝ inducta in omnibus ꝑdijs
parochie, vno excepto, ad illud noñ extendatur ẽm Inn. in. c. tua.
de deci. Archi. in. c. quicunqʒ. xvj. q. j. Panor. in. c. cum contin
gat. circa fi. de deci. quos refert Feli. in. c. auditis. colũ. vj. Pa
nor. in. c. cum in tua. in. iij. per illum tex. de deci. Tamen qui pre
scribit decimas in vna parte agri culti, si alia pars inculta redigat
ad culturã, censetur prescripsisse in toto, ex quo alius non possedit
decimas in ea. Ita eleganter consuluit Panor. cons. lxxj. casus ta
lis est quidam clericus. ij. vol. Pariter qui prescripsit ius decimã
di in predio, in quo toto tempore prescriptionis fuit decimatum tri
ticum, si completa prescriptione seminetur milium, de ipso debetur
decima. ne eadem res diuerso iure censeatur contra. l. eum q edes.
ff. de vsucap. ita decidit Joan. an. post Host. in. c. cum in tua. de
deci. ⁊ ibi refert ⁊ sequitur do. Ant. de but. ver. vnde dicit Jo. an.
⁊ Panor. in ver. sed quero de ratione. ⁊ in consi. ꝓxime relato. Et
idem ẽʒ Joã. and. ⁊ do. Anto. si de arboribus forte nouiter planta
tis ꝓuenirent aliqui fructus. Et satis ꝓbat tex. in. d. c. cũ in tua. ẽʒ
18 scdam lec. vbi est casus † ꝙ monasteriũ vel ecclesia prescribens ius
decimandi in certa terra videtur prescripsisse quo ad oẽs fructus,
q possunt ex illa terra prouenire, lʒ tempore prescriptionis solum re
cepit decimam de certis fructibus, q2 alij fructus non fuerunt inde
collecti. Secus aũt si fuissent alij fructus ꝑcepti ex quibus iste non
ꝑcepisset decimã, vt declarat Panor. in. d. c. bone. el. ij. col. ij. in.
iij. nota. de postu. prela. ¶ Quod intellige qñ decima aliquorum
fructuum perceptorum fuit soluta alteri quã huic. Sed si nulli alij
soluta fuit, tunc debet illi qui prescripsit decimam certoꝝ fructuuʒ
decima omniũ alioꝝ. Nam si fuisset soluta decima de alijs fructi
bus ecclesie prediali, tunc decima deberetur de illis fructibus ec
clesie prediali ⁊ reliquoꝝ fructuum ipsi ecclesie que prescripsit, vt
not. Panor. in. d. c. cum in tua. in. ij. lec. ex quo infert quod vnum
predium põt esse parti decimale vni ecclesie, ⁊ parti alteri. Pu
ta respectu tritici vni ecclesie, ⁊ respectu vini alteri, quod refert pa
nor. placere Host. ⁊ Jo. an. ibi, lʒ Inn. videat discrepare ⁊ respon
det post eos ad regulam que facit in oppositum, ꝙ vna ⁊ eadẽ res
19 diuerso iure censeri non debet. ¶ † Ex quo infero ꝙ ius deciman
di est vniuersale ⁊ indiuiduum, vt dicit Corse. vbi. s. lʒ non declaret
vcʒ qñ decima debetur, ⁊ soluitur vni ecclesie tantum respectu eius
dem fundi. Secus si debeatur, ⁊ soluatur duabus ecclesijs vt pre
dixi. ¶ Unde in proposito est constituẽda differentia, an sit vnus
vel plures fundi. Nam si fundi sunt plures, quãuis in eadem ratio
ne, prescriptio iure decimandi in vno prescriptio non extendit ad
alios fundos in quibus nunquã fuit percepta decima seu causata pre
scriptio. Non sic aũt contingit in eodeʒ fundo vbi datur vnitas ter
minoꝝ, q2 tunc possessio vel prescriptio in parte extenditur ad totũ
vt pulchre declarat Panor. in prealle. con. lxxj. circa fi. ij. volu. ⁊
bene facit tex. in. l. iij. in prin. iuncta. l. ꝙ meo. §. fi. cum ibi no. ff. de
acq. pos. ⁊ istud apertius quam faciat Pano. dicunt ⁊ declarant
Jo. and. ⁊ do. Ant. de but. in. d. c. cum in tua. Dicit enim Jo. an.
20 ibi † quod bene potest vna ecclesia prescribere maiores decimas ⁊
alia minores etiam ex fructibus eiusdem predij. Sicut per pactuʒ
hoc potest induci. c. ex multiplici. e. ti. ⁊ lʒ hoc non placeat Inno.
dicit Jo. an. ꝙ Host. ⁊ sibi, ⁊ subdit. sed pone ꝙ predium colitur
in quo sunt etiam vites vinũ ferentes, vna ecclesia semper percepit
decimã bladi, altera semper decimã vini, vna de aridis alia de lig
dis, quare non valet non video dicit Jo. an. sed do. Anto. de but.
ibi adhuc plenius loquitur lʒ obscure in. j. not. dicens, no. ꝙ pre
scriptio extenditur ad particularitatem iuris comprehensi sub vni
co iure vt vniuersali, ⁊ lʒ prescriptio sit extensibilis rõne accessorij,
vt nota. in reg. odia. lib. vj. si tamen habet vsum iuris, vt quid vni
cum ⁊ vniuersale ad speciem vt partem in iure vniuersali compre
hensam fit prescriptionis extensione contingat eandem rem diuer
so iure censeri quando habent se vt partes separate diuerso iure cẽ

setur. Ideo non fit extẽsio prescriptionis, vnde ius decimale prescriptũ in vna re ex vsu decime grosse extenditur ad minutam in eadem re.

21 ¶ † Et ex hoc no. ꝙ ex vsu partis iuris comprehensi sub vniuerso comprehense. ꝛ hoc ideo, qꝛ ibi datur quedam cõtiguitas saltem respectu generis. Ideo per tanto fit extensio. Alleg. plene no. per Inno. in d. c. dilectus, de cap. mo. ¶ Subdit do. Anto. in d. c. cũ in tua. circa med. doc. nostri sic intelligũt decretalẽ istã inqꝫtũ dicit. Ex prescriptione grossas ꝛ minutas decimas deberi. hoc esse verum quando non apparet decimas minutas ꝑ aliam ecclesiam vel personam fuisse perceptas quo casu ex perceptione decimaꝝ grossarum sub nomine simpliciter sunt decime ipse grosse ꝛ minute vnum ad id maius. ꝛ ideo ẽt qꝫtum ad minutas censetur ꝓscriptũ, sed si alia ecclesia percepisset minutas esset interrupta prescriptio quo ad minutas. Ideo tũc colligẽti grossas dicunť grosse, ꝛ minute colligẽti minutas non est eque absonũ, eandem rem diuerso iure censeri pp diuersum accidẽs cõcurrẽs. ꝛ sicut ex pacto possunt he decime separari ꝛ diuersis deberi, ꝛ sic possibile est ex prescriptionis actu. ꝛ sic arguunt ibi Jo. an. ꝛ do. Anto. de pacto ad prescriptionem. Hec sunt formalia verba domi. Anto. licet lectu. sua sit multum corrupta, que reduxi ad bonũ sensum vt melius potui. ꝛ predicta sunt bene notanda. Nec de ipsis facit mentionẽ Fe-

22 ly. in d. c. auditis. ¶ † Secundo principaliter ad hunc articulum predicta regula que habet prescriptio non debet extendi inducitur ad arduam. q. vtrum prescriptio iurisdictionis extendatur in qua Bar. in d. l. i. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actu. priua. determinat ꝙ non dicens ꝙ in iurisdictione prescribenda probata quasi possessione certi actus in illo tm̃ actu prescribit, secus est si haberet concessionem ab alio qui habet ius concedendi. Nam tunc si vtiť iurisdictione in vno actu, retineť in omnibus, vt ibi latius ꝑ Bar. ꝛ in l. si publicanus. §. fi. de publ. ꝛ in l. titium aut meuium. §. altero. in fi. ff. de admi. tut. Cuius dicta refert ꝛ sequiť do. Bertac. firmanus. in j. parte sui tra. de gabel. col. vij. circa fi. ꝛ seq. in xj. q. ꝛ vltra allegata per eum no. Bar. in l. cum de in rem verso. col. fi. ver. item si volo probare. ff. de vsur. vbi dicit ꝙ si volo probare iurisdictionem ex vsu non probabitur, nisi circa ea que fuit vsus. eandem conclusionem firmat Panor. in d. c. auditis. col. ij. circa fi. de prescri. Not. Inno. in d. c. dilectus. de capel. mona. ¶ Istam qõ. examinat per vnam col. do. Jas. in l. imperium. col. xv. ver. iij. circa predictam materiam. ff. de iur. om. ind. Referens doctri. Innoc. in c. dilecto. de offi. archi. vbi tꝫ ꝙ talis prescriptio iurisdictionis, non extenditur lꝫ extendatur consuetudo. ꝛ tandem concludit Jas. veram esse opi. ꝛ communem sniam. ꝙ cum tres sint species iurisdictionis, vcꝫ merum mixtum imperium ꝛ simplex iurisdictio. si quis vsus vna specie, intelligitur prescripsisse quo ad omnes actꝰ qui sunt eiusdem iurisdictionis ꝛ speciei. Sed non intelligitur prescripsisse in alia specie iurisdictionis. per l. si prius in princ. ff. de aq̃ plu. arcẽ. ꝛ ibi no. doc. ꝛ ista fuit doc. Cy. ꝛ Sal. in l. j. in fin. C. de eman. libe. Bal. ꝛ Pau. de cast. in d. l. imperium. quam latius declarat ibi Jas. qui tangit circa fi. xiij. col. an prescribens iurisdictionem prescribat modicam coertionem, cum sit diuerse speciei. ꝛ concludit ꝙ non hꝫ decisionẽ do. Car. ꝛ Panor. in c. cũ contingat. ꝑ illum tex. de for. cõpe. quam seqť Alex. in l. ij. post prin. ff. de iuri. om. iudi. ꝛ firmat Fely. in d. c. auditis. col. vij. circa fi. ver. prescriptio super iurisdictione. de prescri. dicens ꝙ tex. in d. c. cum contingat. non reperitur alibi quo ad hoc ꝫm Car. ꝛ Imo. in c. pastoralis in prin. ff. de leg. ꝛ in c. ex literis. j. no. e. ti. ꝛ idem Fed. in c. auditis. col. x. circa fi. qui refert ꝛ sequitur decisionem Bal. in d.

23 l. imperium. in j. cõmen. ver. circa vltimũ. col. iiij. † vbi dixit ꝙ prescripta potestate absoluẽdi, est prescripta potestas condemnandi, qꝛ sunt eiusdem speciei, vt ibi latius per Fel. ꝛ faciunt plene no. per eum in c. non potest. de iudi. Ubi late tractat, an condemnatio ꝛ absolutio a pari procedant. ꝛ vtrũ, cui cõpetit vnũ competat aliud. ꝛ notant Are. ꝛ Soc. in rub. ff. de acqui. pos. lꝫ contrarium tenuerit Panor. in c. cum olim. col. ij. ver. sꝫ iuxta predicta de prescrip. ꝛ concor. vt per Fely. vbi. s. ¶ Et vltra eum, ꝛ Jas. addo ꝙ hanc. q. late examinat Alex. consi. lxviij. viso ꝛ dudum discusso. pe. col. ij. vol. ꝛ seqť doctri. Cy. ꝛ Saly. in d. l. j. C. de eman. lib. Concludens post eos, ꝙ si per consuetudinem aliquis vsus est vna specie iurisdictionis, puta simplicis iurisdictionis acquirit iurisdictionẽꝫ quo ad omnes actus qui comprehenduntur sub illa specie iurisdictionis simplicis, arg. l. si stillicidij. §. fi. ff. quemad. ser. amit. Non autem qꝫtũ ad diuersam speciẽꝫ iurisdictionis vcꝫ quo ad ea q̃ sunt meri imperij, arg. d. l. si prius. in prin. ff. de aqua plu. arc. ꝛ ibi not. Soc. ꝛ in d. c. ij. de capel. mona. cuꝫ pluribus concor. adduc. per Alex. vbi. s. ¶ Et ita procedat vltra prefatos doc. quod voluit panor. in c. cum in tua. in ij. nota. ꝛ in ver. sed quero ex mente Joan. and. ibi de deci. vbi videtur impugnare dicta Barto. in d. l. j. §. si quis hoc interdicto. dicens ꝙ si in aliquo loco aliquis exercuit actus iurisdictionis occurrentes animo scꝫ vtendi iurisdictione vniuersali, ꝙ post prescriptionem completam poterit vti iurisdictione in alijs casibus occurrentibus in quibus non fuit vsus. Finge enim dicit Panor. ꝙ homicidium non fuit ibi commissum per. xl. ann. sed in eo loco cõmissa fuerunt alia scelera, que iste tãqꝫ superior puniuit si post prescriptionem contingat perpetrari homicidium, certe poterit iste, qui prefato modo prescripsit iurisdictionẽ illud punire ꝫm Panor. arg. illius tex. ꝛ est ratio, lꝫ ipse non dicat, qꝛ tunc non fit extensio ad aliam speciem iurisdictionis sed ad alios actus eiusdem speciei, vcꝫ meri imperij. ¶ † Sic etiam ꝓcedit, ꝙ no. vo

24 luit Flo. in l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. vbi dixit ꝙ prescriptio iurisdictionis in causa appellationis non extenditur ad simplicem querelam. ꝛ ꝙ prescriptio iurisdictionis in ciuilibus non extendiť ad criminalia. ꝛ hoc vltimũ refert Fely. in d. c. auditis. circa medium de presc i. Ratio qꝛ ista sunt diuerse speciei.

25 ¶ † Sed si queratur an possit fieri extensio consuetudinis quo ad certum separatum territorium, concludit Alex. vbi. s. ꝙ non, ꝛ ita procedant notata per Inno. in c. fi. de offic. Arch. ꝛ idem est qñ iurisdictio esset quesita prescriptione sicut qñ est quesita consuetudine, vt ibi per Alex. in d. consi. xvj. in causa ꝛ lite. col. vj. v. volu. vbi concludit, ꝙ prescriptio iurisdictionis in certa parte hominum ville non extenditur ad totam villam, ꝛ consil. xxxiij. ponderatis his. ij. col. v. vol. no. Soci. consi. cxvj. abunde ꝛ subtiliter circa fi. ij. col. ver. solum ergo restat. dicens ꝙ si prescripsi iurisdictionem in certis actibus, non possum extendere ad alios actus ꝙ intellige hꝫ ꝓdictã doctri. vcꝫ respectu diuerse speciei. ¶ Et sic vult Alex. pal leg. consi. xvj. ꝙ prescripta iurisdictione in certas personas nõ extenditur ad alias. ¶ De quo articulo, an prescriptio iurisdictionis in vna persona extendatur ad alias dic vt plene pꝫ in c. dilectus. col. j. ꝛ super verbo possessoriũ, de capel. mona. ꝛ But. ꝛ ibi per roma. consi. cccxlvij. ad fi. ꝛ pulchre per Panor. in sua dispu. incip. duo clerici. vlti. col. ꝛ late per Fely. in d. c. auditis. col. ix. versic. tertia declaratio. ¶ Predictam conclusionem que habet ꝙ prescriptio iurisdictionis non extendiť ad diuersam speciem, vt predixi, limita ꝛ declara primo, vt ꝓcedat in iurisdictione acquirenda. Sed secus est in iurisdictione retinenda, qꝛ tota retineť per exercitiuꝫ vnius actus ꝫm Bar. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. per

26 illum tex. vbi probať † ꝙ per vnum actum singularem retinetur q̃si possessio totius iuris in vniuerso. ꝛ ita summat ibi Barto. ꝛ ideo si quis exerceret iurisdictionem in accusando sed non in inquirendo, diciť quasi possessio totius iurisdictionis retineri, vt non currat cõtra eum prescriptio. Ita Bar. in l. si vnus. ff. de serui. rust. predio. ꝛ ibi no. Flo. ꝛ idem Flo. in l. vna est via. eo. titu. ꝛ fuit de mente Spe. in titu. de prescri. in iiij. parte. col. pe. ver. sed pone miles. vbi videtur concludere, ꝙ si habens iurisdictionẽꝫ in vniuerso vsus est ipsa in certis capitulis, retinuit iurisdictionem in totuꝫ, adeo ꝙ sibi non obstat prescriptio in his in quibus vsus non est, ꝛ ita limitat. ꝛ declarat do. Bertac. Firmanus dicta Bart. in d. §. si qs h interdicto in j. parte trac. de gabel. col. viij. in prin. in ix. questio. ¶ Ultra quem addo Bal. in l. is qui vsumfructum. ff. quemad. serui. amit. vbi dixit per illum tex. quod qui non vtitur iurisdictione in totum, sed in parte retinet quasi possessionẽ totius, ꝛ ante omnes hoc aperte voluit Inno. in d. c. dilectus. col. ij. in gl. super verbo possessorium. de capel. mona. vbi formaliter dicit ꝙ si episcopꝰ vel quicunqꝫ alius habet iurisdictionem vel aliud ius generale a iure, vel a consuetudine, vel a statuto in aliqua loca vel personas qꝫtocunqꝫ tpe stet, ꝙ in aliquo illoꝝ locoꝝ, vel ꝑsonaꝝ non vtatur iurisdictione, vel omni iure, ꝙ in eis habet, vel aliquo capitulo, nõ tamen ꝯ eum prescribitur, qꝛ semper possidet. Nam exercendo illud ius vel vnũ capitulũ illius iuris generalis in vno loco, in omnibus locis, personis, ꝛ capitulis retinere videtur, nisi amittat possessionem, vel qꝛ expellatur vel reuertens non admittatur, vel suspicetur se posse repelli. Nam cum hec iura sint contingua, sufficit i vno predictorum retinere possessionem. ff. de acquir. pos. l. possideri. in prin. Inmo nec prescriptio eius temporis, cuius non extet memoria currit. De qua no. in c. quid per nouale. de v e bo. signi. qꝛ semper possidet. ꝛ si ꝯrium diceretur sequeretur absurditas, vt ibi late ꝓbat Inno. cuius hec sunt verba idem tenet do. Signo. consi. lxx. in q. vertente inter cõe Parme. col. vij. ver. venio ad quartũ vbi concludit, ꝙ ex retentione ꝛ vsu in vna parte rei indiuidue impeditur prescriptio in omnibus, ꝛ bene facit tex. in preallleg. l. si stillicidijs. §. fi. cum l. seq. ff. quemadmo. ser. amit. ¶ † Secundo limita ꝛ

27 declara predictam conclusionem ꝛ dicta Bar. in d. §. si quis hoc interdicto. procedere qñ alius est in possessione vel quasi vniuersa

li certi.

li certi loci. Tunc enim prescribens contra eum in certis actibus i bis solum acquirit ius. Sed nullo alio existente in quasi possessio ne iurisdictionis quasi possessio vnius actus causat ius vniuersale. Item solenniter declarat Inno. in. c. dilecto. col. fi. de offi. Archi. per tex. optimũ. in. c. j. de reli. do. vbi ipse idem tenet cũ gcor. ad duc. per Fely. in. d. c. auditis. col. viij. in. iij. decla. comprobantem per plura. ❡ Ultra quẽ addo ꝙ idem voluit Inno. in. c. dilect⁹. col. j. de capel. mona. ꝛ in. c. cum dilectus de reli. domi. quẽ refert ꝛ sequitᷣ Panor. in preelleg. consi. lxxj. vltra medi. ver. iij. ad idẽ. ij. vol. vbi dicunt ꝙ exercens iurisdictionem vniuersalem in loco videtᷣ iurisdictionem in totum acquirere dummodo alius non sit in possessione generali. Nam tunc tm̃ acquirit respectu capitulorum seu actuum quos exercuit. ꝛ hoc casu põt ꝓcedere dictũ Bar. in. d. §. si quis hoc interdicto. fm Panor. vbi. s. qui idem sentit in. c. cum in tua. in. iij. no. de deci. ꝛ in. d. c. auditis. ad fi. ij. col. in penu.
28 no. ❡ †Hinc est ꝙ prescribens iurisdictionem territorij puniendo subditos põt punire ẽt forenses in territorio delinquentes lʒ in eis nunꝗ̃ sit vsus iurisdictione vt no. Flo. in. l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. Bal. in addi. ad Spe. in titu. de iuri. om. iu. §. fi. quos refert ꝛ sequitur Fely. in. d. c. auditis. col. ix. ver. sic etiam intellige.

❡ Tertio principaliter in hoc articulo videndum esset an consue tudo extendatur. Sed qꝛ hic non intendo tractare nisi de prescri ptione ꝛ non de consuetudine nisi incidenter, inquantum hʒ in se in clusam prescriptionẽ tangam succincte. Dico igitur ꝙ istum passuʒ
29 attigit Fely. in. d. c. auditis. col. vij. versi. consuetudo. dicens† ꝙ ꝯsuetudo regulariter non extenditur, vt no. Bal. in. c. j. in fi. prin. in titu. de feu. cogni. ꝛ hanc conclusionem comprobat per plura ꝗ̃ postea ipse Fely. ibi latius declarat colũ. ix. dicens ꝙ consuetudo tanꝗ̃ fauorabilis non est restringenda sed dilatanda saltem ad ea que sunt similia ꝛ eiusdem rationis, vnde si prescriptio non extẽdatᷣ ad noua monasteria consuetudo tamen extenditᷣ. c. cum olim. de cõ sue. ꝛ late no. Inn. in. c. dilecto. prope fi. ꝛ ibi clare But. de offic. Archi. Nam in ꝯsuetudine ꝯsiderat equitas sed in prescriptione vertitur rigor ꝛ odium fm Bal. in. l. de quibus. col. xij. ver. restat videre. ff. de legi. ꝛ in. l. scimus, prope fi. prin. C. de inoffic. testa. ꝛ in l. non dubium. col. iij. ver. tu potes. C. de lega. Ubi dicit ꝙ lʒ con suetudo ꝛ statutum interdum extendatur, tamen secus est in prescri ptione, qꝛ prescriptio consistit in actibus limitatis, ꝛ non egreditur formam illorum, alleg. Inn. in. d. c. dilecto. ❡ Subdit deinde Fe ly. vbi. s. ꝙ multi non faciunt differentiaʒ inter prescriptionem ꝛ cõ suetudinem, quo ad extensionem per plura ibi adducta, ꝛ ideo con corda, vt ibi per eum, qui concludit predictam declarationem pro cedere in consuetudine non preiudicante iuri alterius. Nam tunc dʒ extendi. Contraria aũt loquuntur fm eum in consuetudine pre scripta preiudicante iuri alterius, qꝛ illa non extenditᷣ, ꝛ videtur bo na concordia. Adde ꝙ ista concordia bene faciunt plene not. per Moder. in. l. fi. col. v. ff. de const. prin. vbi in beneficijs ꝛ gratijs fit latissima interpretatio, nisi quatenus preiudicant iuri alterius, quia tunc restringuntur vt non ledant ius tertij. Et idem dixit Fel. in. d. c. auditis. col. ix. versic. sic etiam trãseat, qꝛ consuetudo potest extẽ di ex idẽtitate rationis, qñ non hʒ legem contrariam fm Panor. i. c. translato. in fi. de consti. ꝛ ita procedit gl. in. l. de quibus. ff. de le. extendens consuetudinem, que excludit canonicum regularem a feu do ad personam similem cum ibi no. per Bal. qui tarbit consuetu dines ad casus similes, ponendo plura exẽpla. ❡ Et vltra Fel. an consuetudo extendatur de similibus ad similia tangit Bar. in re pe. fine in secunda lec. d. l. de quibus col. j. circa fi. ꝛ. ij. ꝛ ibi no. le te Ias. col. iij. ꝛ. iiij. qui post oẽs late tractat, an extendatur simile consuetudinis vt vincat legem. ❡ Ultimo an prescriptio extẽdatᷣ de tpe ad tempus, de re ad rem, de loco ad locum, de psonis ad p sonas, de rebus ad res, vltra Fely. in. d. c. auditis. tradit latissime Bal. in repe. l. i. in tribus vlt. col. C. de eman. liber. posita in calce sui cõmenti octaui libri codic. ❡ Et de istis quatuor extensionibus in simili circa prorogationem iurisdictionis est gl. ordi. in. l. i. C. de iu. om. iud. ❡ Et per hoc remanet expedita hec difficilis ꝛ pericu losa materia extensionis prescriptionis vt attestatur Fel. in. d. c. au ditis. col. vi. in prin. versi. ceterum pro ordinanda. ꝛ si quis viderit scripta Fely. comperiet me clarius loquutũ fuisse in hoc laborioso articulo ꝛ plura addidisse vltra eum licet ibi cumulauerit propemo dum infinita. ❡ Quartus principalis resultat effectus ex predicta doctrina an prescriptio sit fauorabilis vel odiosa, qꝛ vbi exceptio p scriptionis est fauorabilis, Quod prescriptio. xxx. an. dicatur po tius fauorabilis ꝗ̃ odiosa data ignorantia ꝛ bona fide prout. s. con clu. in prin. huius. ij. partis. col. ij. sentit aperte Panor. in. c. fina.
30 col. v. circa fi. de prescrip. vt qꝛ iuncta cum bona fide† debitor tu tus prescriptione si soluat per errorem repetit. Secus qñ prescri ptio esset odiosa, qꝛ iuncta cum mala fide, vt declarat Pau. de ca. post gl. in. l. fi. §. i. ff. rem ra. habe. per. l. qui exceptionem. ff. de con di. inde. Refert ꝛ commendat Fel. in. c. fi. col. iiij. ver. demum cir ca predictam. de prescri. Et dixi in. j. parte in prin. in. v. q. col. vij. circa me. ❡ Sed erit difficile dare casuʒ, in quo currat prescriptio in actione personali de iure cano. propter malam fidem debitoris, vel defuncti, que nocet heredi, vt latius dicetur in. ij. parte. iij. par tis princi. proxime seq.

Nunc transgrediamur ad

tertiam partem principaleʒ huius tractatus, in qua pn cipaliter videndum est de prescriptione rerum corpora lium, ꝛ hʒ tres partes.

❡ In prima tractatur de titulo.
❡ In secunda de bona ꝛ mala fide ꝛ titulo permixtim.
❡ In tertia ꝛ vltima de traditione ꝛ possessione.

SVMMARIVM

1 Corporalium rex prescriptio quatuor principaliter exigit.
2 Prescriptio nõ cadit nisi in aptis ꝛ habilibus prescribi.
3 Titulus iustus cũ possessione iniusta non ꝓdest ad prescriptioneʒ qꝛ in prescriptione requiritur ius ꝛ factum.

1 **Primo igitur** quero capiendo primam partem hu ius tertie partis prin. ❡ †Quot req rantur ad prescriptionem rerum corporalium, Dico quod quatuor principaliter requiruntur, titulus, bona fides, traditio, vel aliquid ꝙ habeatur loco traditionis, ꝛ possessio ꝯtinuata absꝙ interruptione per tempus a lege diffinitum, vcʒ triennio in mobilibus, ꝛ decẽ an nis inter presentes ꝛ viginti inter absentes in immobilibus, cum ti tulo ꝛ bona fide. Ita no. Bar. in. l. vnica. C. de vsucap. transfor. p illum tex. ꝛ Pet. de ancha. in. c. possessor. in fi. commen. de regu. iur. in. vj. Hec probantur in. l. ij. ꝛ in. l. diutina. ꝛ. l. super longi. C. d prescri. lon. temp. ꝛ in. l. nullo. C. de rei ven. iuncta. l. iij. ꝛ. l. sine pos sessione. ff. de vsuc. ꝛ insti. de vsuc. in prin. ꝛ est gl. magistra. in ru. ff. de diuer. ꝛ tempo. pres. que ponit aliud requisitum, ꝙ res non sit p hibita prescribi. Sed videtur superfluum† qꝛ prescriptio non cadit
2 nisi in aptis ꝛ habilibus prescribi, vt in simili no. d. Ias. in. l. i. in pn cip. col. vi. circa fi. ff. de acqui. pos. dicens, ꝙ diffinitio semper intel ligitur loqui de habilibus per. l. vt gradatim. §. j. ff. de mu. ꝛ hono. ꝛ plene no. Bal. ꝛ Ang. in. d. l. super longi. in prin. colligentes se ptem requisita ad prescriptionem longi temp. que in effectu com prehenduntur in predictis quatuor, ꝛ quinꝙ ponit Pau. de cast. in. l. celsus. circa fi. ff. de vsuc. ❡ Hinc dixit Bal. in repe. l. j. col. iiij. C. de eman. lib. ꝙ in prescriptione requiritur ius ꝛ factum, idest
3 titulus ꝛ possessio, ꝛ in vtroꝙ dʒ adesse iustitia. † ꝛ ideo titulus iust⁹ cum possessione iniusta non prodest ad prescriptionem. l. nec ex ve ra. ꝛ ibi not. Barto. C. de acqui. pos. ꝛ. l. stipulationem. ꝛ ibi no. ff. eo. ti. ❡ Et requisita in omni prescriptione, tam in rebus corporali bus ꝗ̃ iuribus incorporalibus, summatim colligit practi. Papi. i forma responsio. rei conuen. in gl. in ver. exceptionem prescriptio nis. col. i. ꝛ. ij. que latius. j. sigillatim declarabuntur suis in locis. ❡ Et que requirantur ad prescribendum res corporales, plene no ta. Host. in summa de prescri. sub titu. de prescr. rerum immobi. ꝛ Azo in sum. C. de vsuc. pro emp. ❡ Sed hoc loco principaliter vi dendum est de titu. ꝛ de bona ꝛ mala fide. De traditione autem ꝛ possessione ac eius continuatione, ꝛ qualiter probetur, plene dicetᷣ in repe. l. celsus. in tertia ꝛ quarta pte ꝛ ibi videbimus primo post Bar. qualis titulus requiritur, ꝛ an error iuris vel facti causet iustũ titulum, ꝛ quis dicatur error iustus circa titulum. ꝛ in. ij. ꝛ. iij. par te probetur, vel presumatur bona vel mala fides, ꝛ ex quibus. hic aũt solum attingam ea que non dicentur, nec habentur in. d. c. cel sus. De tempore vero requisito ad prescriptionem cum accessorijs dicetur in quarta parte principali huius tractatus, que proxime sequitur.

SVMMARIVM

1 Titulus dicitur cã habilis ad dominij translationem ꝗ̃tũ ad pro positum ꝛ quot modis sumatur titulus.
2 Titulus dicitur iusta cã possessionis.

1 **Secundo quero** in specie qd sit titulus, ꝛ breui ter† titulus dᷣ cã habilis ad do

minij translationẽ q̃tũ ad ꝓpositũ, lz multis alijs modis summatur titulus s̃m Cy. in. l. cogi. C. de pe. here. Refert Paul. de cast. in. d. l. celsus. circa fi. commen. ver. vltimo ex omnibus notant Glo. & doc. Car. in cle. j. circa prin. de censi. & dicit Bal. in. l. ancille. in. iiij. oppo. C. de fur. † ꝙ titulus dicitur iusta cã possessionis.
2 ¶ Et quot modis a iur̃ accipiat̃ titulus, tradit glo. magistra. in. l. nõ est in gl. j. C. fam. her. & alia glo. in auc. de eccle. ti. ¶ Et q̃ sint tituli habiles ad dominij translationem, enumerat tex. in. l. j. cũ se quen. ff. de pu. & habetur in pluribus titulis positis post rubri. ff. de vsucap. vsq3 ad titu. de re iudica.

SVMMARIVM

1 Titulus qualis requiratur ad prescriptionem.
2 Rem suam nemo prescribere dicitur.
Quod semel est meũ non potest amplius esse meum.
3 Tituli q̃ sufficiant ad prescribendum plenum dominium, aut vsum fructum aut emphytheosim.
4 Titulus iustus sufficiẽs ad prescriptionem quot modis dicatur.
5 Titulus lucratiuus donationis vt legati rei aliene an sit potens ad prescribẽdũ cum bona fide & de iure canonico.
6 Donatio iuris spiritualis facta laico non prestat iustum titulu3 prescribendi.

1 **Tertio quero** † qualis titulus requirat̃ ad prescriptionẽ. Sic ꝙ talis q̃ esset sufficiẽs ad transferendũ dñium, si tradẽs esset dñs, q̃ habitus a nõ dño trãsfert vsucapiendi seu prescribẽdi conditionem. l. clauibus. in fi. ff. de zhẽ. emp. Alias, si ille a quo habitus fuit titulus, & q̃ tradidit fuisset dñs, translatũ fuisset dñiũ per titulũ & ꝑ traditionẽ. instit. de re. diui. & l. traditionibus. C. de pac. Nec esset de prescriptione tractãdum. † qꝛ nemo prescribit rem suam. l. sequitur. §. lana. ff. de vsuc. ꝑ
2 regulam que h3. Quod semel est meũ, non põt amplius effici meũ. l. & an eadem. §. actiones. ff. de exec. re. iud. ita declarat Imol. in repe. c. fi. col. viij. ver. qualis autem titulus. de prescrip. & Aret. insti. de vsuca. in prin. vers. nota ẽt ꝙ requiritur tituli habilitas.
¶ Quod est verum qñ res est sua irreuocabiliter, sed si est sua reuocabiliter, qꝛ ille tenet̃ alteri restituere, siue põt ab eo reuocari, ꝓscribere tũc põt quis rem reuocabiliter suam. l. in bello. §. si quis ser uus. & ibi no. Bar. ff. de cap. & Bar. in. l. sequitur. §. fructus. ad fi. ff. de vsuc. ¶ Adde pulchre Bal. in rub. ꝯ prescri. circa prin. vbi
3 dicit † ꝙ ad prescribendum plenum dominium sufficit habere titulum super proprietate. ad prescribendum vsumfructum sufficit habere titulum super vsufructu. ad prescribendum emphytheosi3. sufficit habere titulum super emphytheesi. & sic de similibus. Adde eundem Bar. in. l. iij. col. fi. ver. ad tertium. C. ꝙ me. cau.
4 ¶ † Et dicit gl. in. c. si diligenti. in gl. magna, in verbo, iustus titulus. circa med. de prescrip. ꝙ titulus iustus ad prescriptionem dicitur, qñ quis habet causam a non domino si tamen prescribens credidit tradentem esse dominum. ¶ Item dicitur iustus titulus, qui tendit ad dominij translationem cessante scientia rei aliene. l. iusto. in princi. ff. de vsucap. ¶ Item omnis titulus, quem pretor tuetur ẽt cum rei aliene scientia, dicitur iustus. Casus est no. in. l. & generaliter. ff. de noxa. nota. Firman. in reper. in ver. titulus iustus.
¶ Et de illius tex. intellec. & an ꝓcedat de iure ca. no. plene Ale. post bar. & Imo. in. l. si finita. §. si de vectigalib⁹. col. iij. & iiij. ff. de dã. infe. & dicã in vlti. q. ij. partis ꝓxi. seq. ¶ Et sufficit titulus verus vel putatiuus causatus iusto errore, vt. l. celsus. cum mã, vbi la
5 te dicet̃. ff. de vsuc. ¶ † Et an titulus lucratiuus puta donationis vł legati rei aliene sit potens ad prescribendum cum bona fide de iure cano. no. Fel. in. c. si diligenti. col. vlti. de prescr. vbi concludit, ꝙ reprobata opinio. Are. in. l. apud iulianum. §. constat. col. pe. ff. de leg. j. Sequitur de. Clau. Aquen. in. l. naturaliter. col. ij. circa
6 finem. ff. de vsuca. ¶ † Et no. qõ donatio iuris spiritualis facta laico non prestat iustum titulum prescribendi, vt per Panor. in. c. dudum. circa prin. de deci. ¶ Successiue esset hic tractandum an & quando titulus sit necessarius ad prescribendu3, tam de iure ciuili quam canonico. Sed quia ista questio est cõnexa cum materia bonefidei vc3 an ambo. s. bona fides & titulus requirantur ad prescribendum, vel alterum sufficiat. Ideo reseruo dicendum in seq. parte huius tertie partis, vbi tractabitur materia bone fidei. & ibi vide in. v. colum.

SVMMARIVM

1 Titulus diuisionis an sit sufficiens ad prescribendum.

1 **Quarto quero** † An titulus diuisionis sit sufficiẽs ad prescribendum. de hoc est casus no. in. l. j. cum gl. C. commu. vtriusq̃. iudi. & ibi no. Bal. & Sal. in. l. cum solus h3 vnum intelle. ff. de vsuca. vbi Bar. ponit doctri. in. j. col. versi. Sed extra gl. Quam ibi declarant & sequuntur Ange. & Imo. circa prin. commen. not. Alex. consi. cxxxvij. in causa & lite vertente. col. iiij. ver. nec ẽt probat̃. ij. vol. & consi. xxiiij. ponderatis his que in themate. vlti. col. v. volu.

SVMMARIVM

1 Distinctio sup titulo trãsactionis an sufficiat ad prescribendum.
2 Titulus transactionis sufficiẽs ad prescribẽdũ vbi res traditur.

1 **Quinto quero** † Quid de titulo transactionis. an sit sufficiens ad prescribendum. de hoc est casus repu. singu. in. l. ꝑ fundo. C. de transactio. & ibi no. gl. Bar. & doc. vbi singulariter distinguitur, ꝙ aut res dimittitur penes possessorem, & tunc transactio non h̃r ꝓ titulo, nec transfert dominium vel prescribendi conditionom. An vero res traditur a parte, & tunc h̃r pro legitimo titulo. & ex transactione transfertur dominium, si tradens erat dominus, alias conscribendi conditio. & ita ꝑ illum tex. distinguit gl. no. in. l. j. & ibi Bar. ff. de vsuc. pro emptore. & sequuntur cõiter doc. in. d. l. si pro fundo, vt ibi Alexã. & Ias. col. vlti. Ultra quos addo Bal. in. c. j. in prin. in ti. de controuer. inter vassal. & alium de benefi. Alexan. prealleg. consi. xxiiij. pon
2 deratis. col. fi. ver. accedit ẽt titulus. v. vo. ¶ † Et ꝙ titulus transactionis sit potens ad prescribẽdum vbi res traditur, est casus in. l. ex cã transactionis. C. de vsuca. pro emp. no. Corne. consi. xvj. viso primo themate. circa prin. ij. vol.

SVMMARIVM

1 Uendens, donans, vel concedens quicquid iuris habet in aliqua re an titulus istius venditionis, donationis, & concessionis causet prescriptionem.
2 Possideri non potest res sub incerto concessa & absq3 possessione non procedit prescriptio.
3 Uendentis mala fides nocere non debet ementi.

1 **Sexto quero** † Quid si quis vendit, donat, vel concedit quicquid iuris h3 in tali re. An iste titulus causet prescriptionẽ. Istã qõ. attingit Bar. in. l. si sic. §. j. in fi. commen. ff. de leg. j. & plene in. l. emptor. ff. ꝑ emp. Ubi not. decidit ꝙ talis concessio siue titulus nihil operatur, & ꝙ non sufficit ad prescribendum, nisi constet de iure concedentis propter incertitudinem, & seq̃r Alexan. in. d. l. si sic. §. j. col. vlt. adducens ꝑ conclusione. Barto. tex. no. in. l. ꝙ si in venditione, & in. l. ꝙ si sic. ff. de here. vel act. vendi. & idem Alex. consi. xxviij. visis & accurate ponderatis. col. iij. ver. ad predictoꝝ. j. vol. & consi. xliij. viso & considerato themate. col. ij. & consil. clxxxvij. in hac cã. col. ij. ver. circa ꝑmum. ij. vol. Ro. consi. clxiiij. viso priuilegio. Fely. in. c. ij. col. v. ꝺ rescrip. ¶ Hanc conclusionẽ limitat no. Bart. in. d. l. emptor. vt ꝓcedat, qñ venditio fuit facta hoc modo. Uendo quicquid iuris
2 habeo. Itẽ tibi trado quicquid iuris habeo. † tunc enim nõ põt sic possideri ꝑꝑ incertitudinem. l. iij. §. incertam. & l. locus. ff. de acqr. pos. Ideo nõ procedit prescriptio sine possessione. l. sine possessione. ff. de vsuc. ¶ Sed si vendo quicquid iuris habeo, & trado fundũ totum, tunc ꝓcedit prescriptio, qꝛ emptor credit se totũ emisse. argu. l. sed si fundum. ff. ꝑ emp. ita dicit Bar. vbi. s. ¶ Et limitationem istam sequitur Alex. in. d. l. si sic. §. j. vbi aliam tradit Paul. de ca. quẽ ad premissoꝝ declarationẽ omnino vide, & pulchre Alexan. in. d. l. locus. qui ponit an vendens quicquid iuris h3 teneatur de euic. vel ad pretij restitutionẽ, si apparet eũ nullum ius habere, & ibi examinat dicta Bar. in. d. l. emptor. & sequitur, Excepto inq̃3
3 tum vult † ꝙ mala fides vendentis modo predicto nõ nocet emptori. dicens hoc hodie non procedere per auct. male fidei. C. de prescrip. long. temp. ¶ Adde de titulo donationis an sufficiat ad prescriptionem Bal. dicentem quod sic in. c. si diligenti. colũ. pen. de prescrip. & ibi an per clausulam non obstan. conferatur iustus titulus vel per verba enũtiatiua.

SVMMARIVM

1 Titulus habitus ab eo cui bonis erat interdictũ vel ab eo quẽ q̃s scit male ꝯsumptuꝝ an prestet cãm prescribendi.

1 Septimo quero † quid d titulo habito ab eo cui bonis erat interdictum, vel ab eo quē quis scinit ꝯsumptuꝝ in aliquos malos vsus. An talis titulus prestet cām prescribēdi. Dic vt per Bar. in. l. si qs cum scire. vbi tex. ff. de vsuc. ꝓ emp. ⁊ ibi vide de titulo habito a ludēte p gl. ⁊ Panor. in. c. si diligenti. co. v. de prescrip. Ubi inuenies de titulo habito a ꝓdigo vel luxuriose viuente. ⁊ ibi no. Fel. col. iiij.

SVMMARIVM

1 Titulus habitus a furioso an det cām prescribendi.
2 Titulus habitus a fure habet̄ pro non titulo.

1 Octauo quero † quid d titulo habito a furioso pupillo vel adulto absq̄ decreto ⁊ solēnitatibus reqsitis. An prestet cāꝫ prescribendi. Dic vt hꝫ in. l. ij. §. si a furioso. ⁊ §. si a pupillo. ff. de vsuc. ꝓ emp. Ubi Bar. dat plenam doc. not. Panor. ⁊ Fel. in. d. c. si diligēti. col. iiij. ⁊. v. ⁊ dicet̄ aliquid in repe. l. celsus. ⁊ in. j. parte vlti. partis huius tractatus. ¶ Quid aūt de titulo habito a fure. Bal. in. l. inciuile. versi. conclusiue ergo. C. de fur. dicit. † Quod titulus habitus a fure habet̄
2 pro non titulo. Nec patrocinatur emptori. ⁊ sic non prestat vsucapiendi causam. Nec mirum. Quia res est effecta vitio reali. §. furtiue. insti. de vsuc.

SVMMARIVM

1 Habens titulum ignorās autem se habere non prescribit, qꝛ nō dicitur habere bonam fidem.
2 Scientia tituli ad causandam bonā fidem est necessaria.
3 Furiosus ⁊ infans possunt prescribere mediāte tutore vel curator̄.
4 Ad prescribendum nō reqrit̄ q̄ appareat aliquē sciuisse de titulo, sed q̄ appareat titulū habuisse ⁊ possedisse.
5 Bone fidei possessor dicitur q putat rē esse tradentis.
6 Scientia tituli in initio possessionis non est prescribenti necessaria, sed tantum quod scientia tituli superueniat ante completam prescriptionem.
Usucapio scienti competit.
7 Testis deponens super titulo emptionis ad prescriptionē probandam non tenet̄ deponere in pretio.
8 Confirmatio tituli inualidi an ipsum reddat iustum ad prescribendum.

1 Nono quero † vtrum ille qui hꝫ titulū ⁊ ignorat se habere prescribat. Dic q̄ nō qꝛ non dicit̄ habere bonā fideꝫ. ⁊ h̄ vbi titulus est necessarius ad prescriptionē. Ita dicit Bal. in. l. j. col. f. ver. nunc venio. C. per quas pers. ⁊ ibi sequitur Sal. allegans ꝓ casu tex. in. l. possessio quoq̄. §. ⁊ si possessio. ff. de acq. pos. ibi scienti vsucapio competit refert Fel. in. c. illud. col. f. de prescri. ⁊ ante ipsum Alex. in. l. naturaliter. in apost. ad Bar. col. iiij. ff. de vsuc. Sed Bal. ēt allegat illū tex. ante Sal. ⁊ assignat rationem. Quia ad prescriptionem reqrit̄ bona fides, q̄
2 non cadit in ignorante. † Et sic exigitur scientia tituli ad causandaꝫ bonam fi. Addo tex. in. l. j. vbi est casus, ⁊ ibi gl. in verbo interuenerit, que assignat predictā rōem. C. de acq pos. ⁊ ibi no. doc. ⁊ Ale. in. d. §. ⁊ si possessio. in primis ꝟbis. ¶ Et vltra ibi no. adde Dy. in. c. sine possessione. co. ij. de reg. iur. in. vi. vbi tractat, an quis possit prescribere p ꝓcuratorem ⁊ neg. gest. Nō ob. si opponat̄ de furioso ⁊ infante, q non possunt scire. l. in negotijs. ff. de regu. iur. Tū
3 prescribere possunt † qꝛ prescribunt mediante psona tutoris vel curatoris. Circa q̄ no. quod pupillus, si tutore autho͛e cepit possidere, vsucapit, vel prescribit sine tutore, aut si hꝫ animū possidendi, poterit prescribere. Furiosus aūt nō pōt incipere possidere per se, ⁊ ita non incipit vsucapere. Quod aūt ante furorem incepit possidere, pōt vsucapere vel prescribere. l. seqt̄ §. j. ij. ⁊. iij. ff. de vsucap. no. Azo in sum. C. de vsuc. ꝓ emp. col. j. ver. vsucapere potest. p quos possunt possessionē acquirere, ⁊ iam quesitam continuare. ⁊ sic exigitur scientia tutoris vel curatoris, vt declarat Aret. in. l. locus. circa fi. commē. ff. de acqui. pos. Sed lꝫ Fel. ita simpliciter transeat cū dicto Bal. ⁊ Saly. in. d. l. j. C. p quas pers. Reperio vltra eū q̄d Bar. voluit totum ꝯriū in. l. ij. §. si sub conditione in fi. cōmen. ff. de vsuc. pro emp. Ubi dicit hec ꝟba. Ex his ꝯcludit̄ † q̄ sufficit si
4 apparet titulū me habuisse, ⁊ possedisse, lꝫ non appareat me sciuisse de titulo in initio possessionis. Quod est notā. ⁊ loqt̄ ad effectum
5 prescribendi, vt ex precedentibus pꝫ, ⁊ ibi seqt̄ Imol. dicens † Iteꝫ nota quod bone fidei possessor dicitur, qui putat rem esse tradentis, licet non putet se adhuc factū dn̄m q̄ est no. dignum. ⁊ no. bene, qꝛ talis vsucapit, si verus titulus adsit, lꝫ ipse ignoret eum adesse, ⁊ cōsequenter ex illo titulo non possideat, q̄ est ēt singulariter notādū. Hec sunt verba Imo. ⁊ idem tꝫ ibi Ang. dicens quod si re vera apparet titulus, ⁊ est facta traditio, ⁊ recipiens habuit bonā fideꝫ tēpore traditionis, lꝫ titulū ignorauerit, hec ignorātia sibi non nocet. Non est ergo necesse, dicit Ang. vsucapientē scire d tit. in possessionis initio. ⁊ hoc est secundum eum q̄ dicit ille text. Subijciēs. Neec ob. q̄ qui ignorat titulum, non possidet cogitatione dn̄ij. ergo non bona fide. l. apud antiquos. C. de fur. Quia quantuꝫ ad vsucapiendi potentiam considerare debemus hoc modo q̄ credat tradentē dn̄m, qua credulitate interueniente lꝫ ignoret titulū, illa igno
6 rantia non nocet sibi. ¶ † Unde ex verbis Bar. dum dicit lꝫ non appareat me sciuisse de titulo in possessionis initio ⁊c. ⁊ Ang. colligi videtur concordia, vcꝫ q̄ non reqritur quod prescribens sciat titulum in initio sue possessionis sed sufficit q̄ scientia tituli superueniat ante completam prescriptionem ⁊ talis scientia superueniens trahitur retro, sicut dicimus in ratihabitione, ex quo extrema sunt habilia ad tempus tituli quē per talē scientiam ratificare videtur possessor, ex quo tendit ad acquisitionem, ⁊ sic ad commodum suū, ⁊ possedit statuto tpe. ¶ Et vltra scientiam interuenit factum continuando possessionem, vt no. glo. ⁊ doc. in. l. si absentis. C. si cer. peta. ⁊ pulchre Bar. in. l. quo enim. in prin. ff. rem ra. habe. ⁊ ita pcedat tex. in. d. l. possessio quoq̄. §. ⁊ si possessio. dum dicit q̄ vsuca. scienti competit, ⁊ in. d. l. j. cum gl. C. de acqui. pos. ⁊ miror q̄ Alexan. ⁊ doc. in. d. §. ⁊ si possessio. nullam faciant mentioneꝫ de dictis Bar. Imo. ⁊ Ang. in. d. §. si sub conditione. ⁊ credo quod ista fue
7 rit mens ipsorum. ¶ † Et circa predicta no. q̄ quando testis deponit super titulo emptionis ad probandam prescriptionē non est necesse q̄ deponat de pretio, qꝛ non inducitur principaliter ad probādum titulū. Ita singulariter decidit Bal. in. l. j. C. de rebus alie. nō alie. Rfert, ⁊ seqt̄ Alex. in. l. sciendū col. iij. circa princ. ff. de verb.
8 obli. ¶ † Quid autem si apparet de nullitate primi tituli confirmati, vel non apparet de titulo confirmato. An ꝯfirmatio prebeat iustum titulū prescribendi, vide per Panor. in. c. dudum col. ij. vel. iij. versi. sed quero iuxta predicta de deci. ⁊ faciunt plene no. p bar. in. l. more. ff. de iur. om. iud.

SVMMARIVM

1 Titulus ad iustificandam prescriptionē presumit̄ allegatuꝫ ex cursu temporis requisiti ad prescriptionem.
2 Probando cursum temporis ⁊ allegando titulum prescriptio dicitur completa.
3 Cursus tpis nō sufficit ad prescriptionē absq̄ titulo.
4 Solēnitas extrinseca que in facto consistit nō presumitur.
5 Titulus seu ꝓbatio obligationis an presumat̄ seu inducatur p prestationem, seu solutionē diuturnam,
6 Subditi possunt compelli ad faciendum ea que longo tempore facere soliti sunt.
7 Titulus prescriptionis an presumatur in sola patientia.
8 Conclusio q̄ ex solo longi temporis vsu inducatur obligatio q̄uo intelligatur ⁊ limitetur.
9 Titulus prescriptionis nō presumit̄ ex prestatione diuturna seu ex cursu longi temp. vbi ius cōe resistat.
10 Titulus presumitur ex patientia si de patientis commodo ⁊ fauore tractetur.
11 Triginta anni reqrunt̄ ad illā prescrip. que requirit mutationē status vel subiectionem persone.
12 Titulus nunq̄ presumit̄ ex patientia longi temporis vbi agitur de magno preiudicio.
13 Actionibus personalibus non prescribitur minori spatio triginta annorum.
14 Titulus liberatorius presumi pōt cursu long. temp.
15 Dos mulieris lucratur a viro per dissolutionem matrimonij contingentem culpa mulieris.
16 Cursu lon. temporis prescribit̄ vbi concurrit ius sanguinis diuturnitas tpis ⁊ multiplicata computatio rationis.
17 Silentium continuum inducere videt̄ remissionem in casu in quo non petitur interesse.
18 Ostendens se p triennium soluisse tributū vel censuꝫ presumit̄ vsq̄ retro postea sp soluisse nisi probetur ꝯriūm.
19 Patientia lon. temp. cum prestatione vel sine lꝫ presumptionē inducat, tamen allegari dꝫ id q̄ ex tempore presumitur.
20 Ex diuturna prestatione cum cursu longi temporis presumitur titulus.

21 Diutina prestatio obligat in futurum nisi constet eā non animo se obligandi factam vere vel presumptiue.
22 Lex cū de in rem verso, qūo limitetur in materia prescriptionis ex diuturna prestatione.
23 Protestatio non plus dz operari quam stipulatio.
24 Prescriptio nō currit ꝯ eum qui long. temp. soluit sine causa.
25 Presumptio. l. cum de in rem verso, que insurgit ex longa prestatione non est iuris, qꝫ probari potest contrarium.
26 Maior pensio soluta per errorē ab emphytheotis ēt per. xl. an. nō obligat ad prestationem in futurum.
27 Titulus ex patientia long. tem. presumit᷑ allegatus si nulla interuenit prestatio, ⁊ vbi tractatur de paruo preiudicio.
28 Solennitas mandati nunq̄ꝫ presumit᷑ per diuturnitatem longissimi temporis ēt per mille annos.
29 Mandatum patris precedere dz ad hoc vt filiusfa. possit adire hereditatem sibi delatam.
30 Patientia includit in se necessario scientiam.
31 Obligatio seu titulus q probatur acquisitus ex longa prestatione an causet prescriptionem.
32 Titulus non exprimitur vbi tractat᷑ de presumendo titulo liberatorio ex sola patientia longi temporis.
33 Longum tempus siue longa aut diuturna prestatio qūo intelligat᷑.
34 Jus vassallagij ⁊ subiectionis an presumatur vbi alicui quis lon. tē pore seruiuit prestando seruitia ꝑsonalia.
35 Emphytheota an presumat᷑ ille qui diu tenuit rē tanq̄ꝫ emphyteoticam ⁊ pro ea prestitit canonem debitum.
36 Tempus q̄ntum requiratur ad prescribendū ius emphytheoticū.
37 Prelatus vel clericus qui diu tenuit beneficium an presumatur canonice institutus.
38 Ecclesia vel capella longo temp. fundata an presumatur auctoritate episcopi fundata.
Auctoritas epi reqrit᷑ in fundatione ecclesie.
39 Diuisio bonoꝝ an presumatur vbi duo fratres vel socij diu steterūt separat possidendo qlibet vnam ptem. ⁊ nu. 41.
40 Diuisio bonoꝝ a minore facta tempore minoris etatis sine curatore vel decreto iudicis an sit valida.
42 Argumentum a cōiter accidentibus est bonum.
43 Probata diuisione presumptiue sequitur ꝙ ēt sit probata redditio rōnis presumptiue.
44 Diuisio bonoꝝ non presumit᷑ vbi nulla in bonis separatis habetur proportio.
45 Argū de possibilitate actus ad ipsum actum non tenet.
46 Fratres instituti a patre heredes quoꝝ vnus patitur alium longo tempore totam hereditatem possidere an ille postea possit partem suam repetere, aut censeri debeat exclusus tacita repudiatione per totam taciturnitatem.
47 Repudiatio a bonis non inducitur ꝑ diuturnum silentium.
48 Jus suum nemo dz per solam negligentiam amittere.

1 Decimo quero vtrum ex †diuturnitate seu cursu tēporis presumatur allegatus, lꝫ nō ꝓbaret᷑ ad iustificandam prescriptionem. gl. no. in. c. dilecto tua. in verbo offerre. xvj. q. iij. dicit ꝙ quis probat cursum temporis requisiti ad prescriptionem, ⁊ alleg. titulum, presumitur titulus ex cursu temporis. An titulus presumatur ex patientia ⁊ cursu temporis, vide per Bertac. in repertorio i verbo titulus. versi. titulus presumitur ex patientia, ⁊ versic. titulus presumitur licet non probetur. nisi prescriptio iuris sit contra eum.
2 †Et sic probando cursum temporis, ⁊ allegando titulū prescriptio dicitur completa, ⁊ cum illa glo. transit ibi Archi. Sed non est ita indistincte intelligenda, qꝫ diceret contra tex. in. l. celsus. ff. de vsuc. ⁊ in. l. nullo. C. de rei vendi. ⁊ in. l. diutina, ⁊ in. l. super longi. C. de ꝑ scruptio. longi temp. cum similibus. Ubi ad prescriptionem requiritur titulus verus vel putatiuus causatus iusto errore cum cursu legitimi temporis. Ergo solus cursus temporis non sufficit absq̄ꝫ titulo vero vel putatiuo. ¶ †Hinc dicit glo. notabilis in. c. duo similiter. de officio. ordina. quod prescriptio ⁊ consuetudo non causantur
3 ex solo tempore nisi habeant suos debitos comites ⁊ ꝙ titulus i dubio ex solo temporis cursu non presumatur. firmat Bart. in. l. cum de in rem verso. colum. iij. circa princip. ⁊ circa fi. ff. de vsur. ⁊ bar. consi. xlj. illud afferam. xj. colum. per iura preallegata.
3 ergo pscribit. xxx. an. l. sicut i verbo, ius. C. de pres. xxx. ann. † al's nō posset dici pscri. sublatū, qp nō fuit i actu & potētia cātū, vt ibi p ro. Refert Fely. qui et attestat qp hec est cōis opi. in. c. de quarta, colum. vj. ver. & scias, de pres. ¶ Et p ista rōne addo pulchre Bal. in repe. l. fi. col. viij. C. de prescri. lon. tem. vbi stricte probat qp id demum prescribitur, qd est ius, & demū illud ius, qd est in rex natu. productū & formatū, licet ibi teneat ꝯ cōem, qd nō prescribat iuri adeundi, quasi sit mera facultas, & non ius, ꝯ id qd ipse tenuit in. d. l. licet, vbi sequit cōem. ¶ Et qp adire sit ius, & prescribat tali iuri ꝯ Bal. in loco prealleg. firmat Bar. in. l. is potest, circa fi. iij. colum. in ver. ꝯ hoc videtur. ff. de acqui. here. & in. l. j. col. iij. ℣. iuxta predicta quero. ff. de cōdi. ex lege. ¶ Et istam conclusionem esse cōmunem ꝯ Saly. attestat etiam Soci. consi. lxiij. in causa que videtur inter do. Catharinā. col. ij. & iij. & cōsi. lxxxj. in presenti consultatione, col. j. in fi.

4 ¶ † Et pariter iuri imiscēdi prescribitur. xxx. annis fm glo. & cōiter docto. in. d. l. licet. (Adde vtrum ius imiscendi prescribatur, Bal. consi. xij. col. ij. in. iij. volu. vbi dicit qp iste passus est dubius, & tandē cōcludit. cum opi. glo. in. l. licet. C. de iure delib. qd tollatur per prescriptionem longissimi temporis, & ibi etiam concludit qd licet prescriberet ius adeundi vel imiscendi possunt tñ bona pscribi a legittimo possessore.) Quis Jas. ibi, co. ij. teneat oppositum in puncto iuris per vnū motiuū qd fuit Ang. & Alex. in. l. j. C. qñ nō pet. par. vbi videtur glo. ꝯria, & ibi late disputat Alexā. col. iij. Tangens an prescribat existentie suitatis, ex qua prouenit ius imiscendi, post Bal. ibi. ¶ Et istam esse cōem opin. attestatur Rapha. Cuma. consi. xxix. quidam Sonterius. ¶ Currit aūt dictum tēpus triginta anno. a die, quo reatum est ius, & orta adeundi vel imiscēdi facultas. Antea non ideo heredi sub conditione instituto non currit, nisi cōditione impleta. Ange. in. l. si seruus. ff. de bono. aucto. iud. possieen. Nisi esset cōditio potestatiua fm Bald. in. l. eum qui. ff. si quis omis. cau. testa. Refert Fely. in. d. c. de quarta.

5 colum. vj. ¶ † Et not. qp licet iuri adeundi vel imiscendi prescribatur. xxx. annis fm cōem opi. glo. & doc. in. d. l. licet. Tñ filius pōt venire ad successionem patris ex triplici capite, vez per caput vnde liberi, vnde legitimi, & vnde cogna. Et si est exclusus tēpore a. j. capite, potest venire per secundū. Et si exclusus a secūdo potest venire per tertium. Casus est in. l. j. §. sed videndū. ff. de succes. edict. ¶ Et si filius veniat de iure pretorio ex quocunqz capite veniat semper habet annum, vt dicit tex. in. l. penul. §. filius. ff. quis ordi. in bo. possessio. ser. notant glo. & doc. in. l. j. in gl. fina. C. qui admit. vbi late Jas. col. viij. ¶ Si aūt venit de iure ciuili habebit. xxx. annos, qz sicut se habet annus de iure preto. ita se habent triginta anni de iure ciuili, fm Bal. Ang. & Pau. de castro. in. d. l. licet vbi referūt

6 per hoc cōsuluisse Bar. de facto † qd si filia instituta in testamēto matris steterit per. xxx. annos qd nō adiuerit ex testamento poterit intra. xxx. alios annos adire ab itestato. ¶ Plus refert Bal. in. d. l. licet. in. iij. q. cōsuluisse Bar. qd ēt si ab intestato steterit per triginta annos qd nō adiuerit & si sit exclusa a primo capite liberorum poterit ad hnc ex alio generali capite legitimorum intra alios. xxx. annos adire. ¶ Et sic hoc casu iuri adeundi vel imiscendi non erit in effectu prescriptum nisi vsqz ad. lx. annos. ¶ Et ita limitat cōmunis cōclusio gl. & doc. s. relata ¶ Hanc decisionē sequnt oēs in. d. l. licet, excepto Saly. Pau. de cast. & Rapha. in. l. cōdiu. la. j. ff. de acq. here. vbi Pau. de cast. reputat istā decisionē mirabilē. Referēs se habuisse de facto, & cōsuluisse cuius cōsilia refert. d. Jas. in. d. l. licet. circa fi. ¶ Et vltra eñ istam decisionē firmat Alexan. consi. lxxxix. viso puncto, col. ij. vbi attestatur qp ista opi. est verior & cōcordat, & rñdet motiuo Saly. dicentis se dubitare de hac decisione in. d. l. licet. & consi. seq. in cā & lite vertente. i. col. ij. vol. ¶ Et per hoc singulariter decidit Bal. in. d. l. licet. in. iiij. q. C. de iure delibe. & ibi doc. cōiter sequuntur maxime Alexā. circa med. cōme. & Jaso. circa fi. qp si filius staret per. xxx. annos qd nō adiret hereditatem patris de iure ciuili censetur solū exclusus a primo capite intra alios. xxx. annos. Et si fuit exclusus a secundo lapsu aliorum triginta anno. potest adhuc venire intra alios triginta annos. ex tertio capite, & sic admittit vsqz ad nonaginta annos.

7 ¶ † Predictam conclusionē que hz qp iure adeundi durat. xxx. annis, limita & declara procedere quo ad bona hereditaria non prescripta. Nam si possessor bone fidei prescripsisset rem hereditariam longo tēpore cū titulo, videlicet decē annis inter presentes, & xx. inter absentes, puto qp posset se tueri prescriptione, & ēt ante lapsum. xxx. anno. aduersus filium, qz licet non esset filius exclusus a iure adeundi, seu veniēdi ad hereditatem, esset tñ prescriptum dñio, & actioni, & p cōsequens tolleret per indirectū illud ius adeundi, quo ad bona prescripta, vt in similibus terminis cōcludit Bal. post glo. in. l. fi. C. fi. regū. ¶ Et idem putarem si quis prescripsisset bona hereditaria longissimo tēpore. xxxx. an. cū bona fide absqz titulo, & sic acquisiuisset vtile dominium iuxta. l. si quis emptionis. §. i. C. de pres. xxx. anno. ¶ Et hoc aperte sentit Alex. prealle. consi. lxxxix. col. iij. circa prin. versicu. aut volumus dicere. ij. vol. vbi presupponit qd lz filius nō sit exclusus a iure veniēdi ad successionem, excludatur tñ prescriptione a iure agendi petitione hereditatis ad rem possessam per tertium spacio. xxx. anno. iuxta. l. hereditatis cum ibi not. C. de peti. here. & in. l. hereditatē. C. in quib. cau. cessat longi tempo. prescrip. vel a iure agendi rei vendicatio. vel publiciana, qz possessores rei que petitur illam possederunt spacio. xxx. anno. & sic acquisiuerunt dñium saltē vtile, nisi mala fides vel quid aliud obstat prescriptioni, & salua restitutione in integrum ex capite ignorantie vbi competit, vt latius ibi per Alexan.

SVMMARIVM

1 Ius agnoscendi bonorum possessionem de iure pretorio quāto tempore prescribatur.
2 Differentia est inter ius adeundi & bonorum possessionem.
3 Tempus petenti bonorum possessionem nunqz currit ignoranti.
4 Successio pretoria quo casu vtilior sit qz ciuilis.
5 Ius deliberandi cōpetens heredi non suo est annale quo ad transmissionem.

1 Uigesimo quero † Quanto tempore prescribat ius agnoscendi bonorum possessione de iure pretorio, dic qp scribitur anno quo ad liberos & descendentes, quo vero ad agnatos & cognatos spacio centū diez vtiliū. l. j. §. largius. ff. de succes. edic. & §. fi. institu. de bo. pos. ¶ Et istud tempus petēdi bonoz pos. est vtile, nō solum in prin. sed in medio in fi. & incipit currere a tēpore sciētie mortis defuncti. l. ij. in prin. ff. qs ordo i bono. pos. ser. & l. ij. C. qui admit. & ibi plene no. doc. Et in

2 hoc est differentia inter bono. posses. & ius adeūdi † qz tēpus. xxx. anno. qd hz heres ad adeundū de iure ciui. est cōtinuū & currit ignoranti. d. l. licet, vbi tex. expressus in verbo, ignorātes, iuncta gl. qz cōmuniter approbant docto.

3 ¶ † Sed tempus petendi bonorum possessionem nunqz currit ignorāti etiam si staret per centum annos. Ita declarat Bal. in. d. l. licet, & in rub. C. qui admit. in. vi. q. Et sequūtur Alex. & Jaso. in. l. ij. eodem titulo. & do. Pet. philip. cornens consi. cccxxj. de pluribus. iiij. col. iij. volumine.

4 ¶ † Et isto respectu est magis vtilis successio pretoria qz ciuilis data ignorantia.

5 Sed data scientia magis vtilis est ciuilis p predicta. ¶ † Jus autem deliberandi competens heredi non suo est annale quo ad trāsmissionē. Ita qp si itra annū heres decedat sciēs hereditatē sibi delatā, trāsmittit facultatē adeūdi ad hr̄des ipsius heredis. l. cū antiquioribus C. de iur. deli. ¶ Et dic, vt ibi plene p gl. & oēs doc. & plene p Bar. in. l. g duos. ff. de reb. du. vbi ponit que requirant, vt fiat trāsmissio ex beneficio illius. l. & format plures. q. circa eius mām.

SVMMARIVM

1 Jus dicendi nullum quanto tempore prescribatur.

1 Uigesimoprimo quero † qūto tempore pscribat ius dicēdi nullū. (Adde Bal. in consi. cccv. punctus queritur. in. iij. vol.) Bar. in. l. filio pterito. col. antepe. seu pe. ℣. sed qñ se imiscuit. ff. de iniu. rup. determinat qp tollet spacio. xxx. anno. sicut ius adeundi, vel imiscēdi. Mouetur per rationē de quibus ibi per eum & sequit ibi Pau. de cast. & Alex. in. l. i. C. quando non pet. par. in. ij. col.

SVMMARIVM

1 Querela inofficiosi quanto tempore tollatur.

1 Uigesimosecundo quero † Quanto tempore tollat querela

rela inofficiosi. Tex. est clarus ꝙ prescribitur quinquennio, in. l. si quis filium, in fi. C. de inofficio. testamen.

SVMMARIVM

1 Jus agendi ad supplementum legitime tollitur quinquennio.
2 Juri agendi ad supplementum legitime quanto tempore prescribatur.
3 Statutum quod non petens debitum intra triginta annis vlterius non audiatur an extendatur ad supplementum legittime vel ad legittimam pro qua datur petitio hereditatis.
4 Statutum generaliter loquens an intelligatur loqui de legitima.

1 Uigesimotertio quero † Quanto tempore prescribatur iuri agendi ad supplementum legittime, de quo in. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. ¶ Ista. q. est quotidiana ꝛ eam mouet Bar. in. l. si quis filiũ in fi. ꝛ decidit qꝺ tale ius tollit quinquennio sicut querela inofficio si. Mouetur Bar. qꝛ ius agendi ad supplementum succedit loco querele. d. l. omnimodo, ꝛ ꝯsequenter dꝫ sortiri eius naturaꝫ, in. l. j. §. hec actio. ff. si quis testa. libe. esse ius. fue. ꝛ. l. si eñ. §. qui iniuriarum. ff. si quis can. ¶ Sed opi. Bar. reprobant ibi cõiter doc. vꝫ Bal. Saly. ꝛ Pau. de cast. qui optime rñdent ad motiuũ Bar.
2 ꝛ firmant conclusionem † qꝺ iuri agendi ad supplementum legittime non prescribitur minori spatio. xxx. ann. vt in ceteris actionibus personalibus. ¶ Et eandem conclusionem ꝯ Bar. tenuit Ang. in l. papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testamen. ꝛ Bal. cõsi. xx. si pecunia, in fi. ij. volu. Et hanc esse cõem attestatur Pau. de ca. consi. cxxij. alias. cxxiij. dubia de quibus queritur in antiquis consilijs, ꝛ eam cõfirmat per plures rationes. Et late consuluit Alex. pro ista conclusione affirmans etiam eam esse cõmunẽ ꝯsil. cxxviij. consideratis verbis instrumenti, col. iij. ꝛ. iiij. versi. preterea posito ꝙ lapsum esset quinquennium. j. volu. ꝛ cõsi. viij. visis subtilissimis dubitationibus, vlt. col. iij. vol. Eandem sequitur Ang. [...] cit cõmunem, institu. de inoffi. testa. in prin. col. ij. ꝛ late [...] phylip. coꝛ. consi. cclxiiij. in hac consultatione pe. ꝛ vlti. [...] rñdendo motiuis Bar. do. Bene. de Peru. consi. xl. circa que Fulgo. consi. lxxxiij. Bonacursius, col. ij. ¶ Primo ampliat ista ꝯclusio, vt procedat nedum in supplemento legittime, sed etiam in ipsa legittima iure nature debita filio ꝛ pro qua cõpetit petitio hereditatis, non enim prescribitur petitioni legittime nisi. xxx. annis, ẜm Bal. Saly. ꝛ Pau. de cast. in. d. l. si quis filium, ꝛ Ange. in. d. l. si quis papinianus. §. si conditioni, quos sequitur Alex. preallega. consi. viij. vlti. col. iij. volu. ¶ † Secundo ampliat predicta conclusio, vt procedat etiam si extaret statutum, qꝺ qui non petierit debitum intra. xx. annos vlterius non audiatur. Nam tale statutum non extenditur ad supplementum legittime, vel ad legittimam pro qua datur petitio hereditatis. Ita concludit. d. Pet. phylip. coꝛ.
3
4 consi. cclxxiij. in hac consultatione. j. ꝛ. ij. col. j. vol. ¶ † Cõfirmatur ista conclusio, qꝛ statutum generaliter loquens non intelligitur loqui de legittima nisi de ipsa faciat specialem mentioneꝫ. arg. tex. in. l. si quãdo. §. ꝛ generaliter. C. de inof. test. vbi plura cumulat Jaso. ¶ De validitate aũt predicta statuti late dixi in. xj. q. secunde partis tertie principa.

SVMMARIVM

1 Remedium canonis reintegranda. iij. questione prima competit perpetuo.
2 Lex canonica in quo differat a ciuili.
3 Remedium canonis reintegranda non admittit probationes concurrentes ipsum dominium.
4 Exceptio dominij non potest opponi in remedio canonis, reintegranda.
5 Prescriptio excludere dicitur omnem exceptionem.
6 Differentia inter ius canonicum ꝛ ciuile non datur in prescriptione remedij canonis reintegranda.
7 Conditio ex canone reintegrãda quibus casibus sit perpetua.

1 Uigesimoquarto quero pñcipaliter † ꝙ̃to tempore pscribatur vtilissimo ꝛ quotidiano remedio. c. reintegranda. iij. q. j. de quo late scribunt Panoꝛ. ꝛ Cano. in. c. sepe, de resti. spolia. Alex. ꝛ alij in. l. rem que nobis. ff. de acqui. possess. ꝛ plene Alex. in consilijs. j. allegatis. Et aliquid dicam in repeti. l. celsus. ff. de vsuca. glo. in. c. sollicite. de resti. spolia. dicit qꝛ remedium canonis reintegrãda competit perpetuo. vnde dicunt ibi Goffre. ꝛ Jo. an. in fine cõmen. qꝛ licet interdictum vnde vi tanquam pretoꝛium sit tẽporale. l. j. §. annus. ff. de vi ꝛ vi arma. Tamen conditio ex illo canone reintegranda est perpetua, qꝺ intelligit Jmol. ibi, scꝫ ꝙ non prescribit
2 etiam triginta annis. ¶ † Et in hoc secundum eum differt lex canonica a ciuili, qꝛ actio spacio. xxx. anno. tolleretur. l. sicut. C. de pres. xxx. anno. cum simi. ꝛ refert ita tenere do. Anto. de but. ꝛ male, qꝛ do. Anto. declarando dicta Goffre. dicit qꝛ ex quo competit ꝯdictio ex canone, ꝛ nõ actio pretoꝛia, qꝺ sit perpetua, id est duret. xxx. annis, institu. de perpe. ꝛ tempo. actio. in prin. ꝛ sic vult ꝙ conditio ex illo canone prescribatꝛ spacio. xxx. ann. ¶ Et ita firmat Panoꝛ. in. d. c. sollicite. col. vj. ver. gl. vlt. querit. ¶ Et istam opi. sequitur ꝛ dicit esse verã Soci. in repeti. d. l. rem que nobis. colum. xj. in viij. q. prin. ꝛ ꝯfirmat ratione, qꝛ si prescribitur dominium tanto tẽpore, qꝺ est magis preiudiciale a possessoꝛe bone fidei, vt ꝑ Bart. in. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. ꝛ per Cano. in. c. fi. de prescri. Item si prescribitur actionibus personalibus que competunt ad dãdum propter bonam fidem debitoꝛis, vt not. in. d. c. fina. ꝛ per docto. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. igitur fortius dꝫ posse pscribi conditione ex illo canone a possessoꝛe bone fidei spacio. xxx. annoꝛum, ex quo hoc est minus preiudiciale. ¶ Eandem opinio. videtꝛ tenuisse Areti. in. §. quadrupli. col. x. ꝛ. xj. ver. vij. pñcipaliter, ꝛ ver. ex quibus, instit. de actio. ¶ Addo vltra Soci. licet ita simpliciter transeat, qꝛ contrariam partem videtur tenere Alex. consi. cc. viso ꝛ discusso. penul. col. ij. dubio. ij. vol. vbi concludit qꝛ ꝯ agẽ
3 tem remedio dicti canonis non obstat exceptio dominij, ꝛ ideo † qꝺ in tali remedio non debent admitti probationes concernentes dominium. ¶ Et expressius idem Alex. consi. vj. circa processuꝫ cause vertentis. col. iiij. vel. v. versi. non obstat etiam si dicatur qꝺ Guido Paulus, vsqꝫ ad ver. item qꝛ posito ꝙ reus. iij. volu. vbi videtur sibi contrariari. ¶ Dicit enim primo, qꝛ remedium dicti canonis est perpetuũ, id est ꝙ non excluditur minoꝛi spacio. xxx. anno.
4 [...] Postea subdit qꝛ in illo non potest opponi exceptio dominij. [...]stra ergo curreret prescriptio si non posset oppo. Idem sensit [...]e Alex. in. l. iij. §. genera. circa fin. cõmen. ff. de acqui. pos. ꝛ cõsi. cxviij. viso themate, ꝛ consi. sequen. ij. vol. ꝛ consi. xc. viso processu. cum duobus seq. v. vol. ¶ In quibus locis concludit, qꝛ in remedio dicti canonis debet prius restitui possessio antiquo possessoꝛi antequam audiatur possidens in aliqua exceptione, ꝛ in dictis consilijs late tractat de natura ꝛ priuilegijs remedij illius canonis reintegranda. ¶ Sed his non obstantibus non recedo ab opi. But. ꝛ Pau. quam approbat Soci. pro vera. ¶ Non obstat, qꝛ non possit opponi, qꝛ exceptio dominij, ꝙ cum ꝯditio ex illo canone perpetua, id est duret. xxx. annis, ꝛ tanto tempore prescribatur, vt communiter concludunt glo. ꝛ cano. in. d. c. sollicite, frustra vt dixi prescriberetur, si non posset opponi prescriptio. ¶ Et contrariũ debet intelligi de dominio aliter causato, ꝙ̃ ex prescriptione, nam vbi est de cursa prescriptio, tale remedium non competit, cum sit extinctum.
5 ¶ † Prescriptio enim omnem prorsus actionem excludit, vt dicit tex. in. c. ad aures. ꝛ ibi not. Panoꝛ. ꝛ Fely. de prescrip. ¶ Et exceptio prescriptionis est litis finite, ꝛ impedit litis ingressum. l. fi. ꝛ ibi not. Bar. ff. pro suo, ꝛ not. Bar. ꝛ doc. in. l. fratris. C. de trans. Bal. ꝛ Ange. in. l. sicut, ꝛ in. l. omnes. C. de prescrip. xxx. annoꝛum per illos tex. qui prohibent litem moueri tuto prescriptione, ꝛ Fel. in rub. de prescrip. col. iiij. circa med. ver. ꝛ illis casibus. ¶ Et prescriptio tollit actionẽ saltem ope exceptionis. gl. in. d. l. sicut, in principi. ꝛ ibi not. Bal. ꝛ late Saly. ꝛ plene dixi, in. j. parte. q. ix. ¶ Cõcludo igitur, qꝛ remedio dicti canonis reintegranda prescribitur. xxx. anno. cõcurrente tamen bona fide, etiam si res esset affecta vitio reali, qꝛ tanto tempore purgatur omne vitium. l. j. §. ad hec. C. de anna. exceptio. gl. in. §. furtiue, institu. de vsuca. Et dixi in. iij. parte principa. ¶ Et hec conclusio vera in priuatis. ¶ Sed quo ad ecclesiam requiritur spacium. lx. anno. auc. quas actio. C. de sacro san. eccle. ꝛ. c. de quarta, de prescrip. cum similibus. ¶ Quinimo videtur de iure concludendum, quia tali remedio prescribatur spacio decem annoꝛum inter presentes ꝛ viginti inter absentes quo ad priuatas personas cum titulo ꝛ bona fide, si possessoꝛ nõ habet cãꝫ a male fidei autoꝛe, vel res non sit affecta vitio reali, cõcurrentibus extremis requisitis, ex quo istis concurrentibus de iure ciuili queri
6 tur dominium saltem vtile. ¶ † Et in prescriptione huius remedij non est differentia inter ius ciuile ꝛ canonicum, vt dicit Panoꝛ. in d. c. sollicite super glo. fina. imo nulla est differentia inter ius ciuile ꝛ canonicũ in materia prescriptionis, data bona fide, vt concludit Panoꝛ. in. c. de quarta. col. iiij. circa princi. de prescriptio. ꝛ in. c.
7 peruenit, in. ij. not. de emptio. ꝛ vendi. ¶ † Non obstat, qꝛ cõditio

ex illo canone sit perpetua, id est duret ad. xxx. annos sm gl. & Cano. in c. sollicite. ¶ Hoc est. n. verum regulariter, vbi possessor nõ esset titulatus, vel qñ res esset affecta vitio reali, vel vbi possessor haberet titulũ a male fidei autore, in quibus casibus nõ procedit prescrip. longi tempo. iuxta distinctionẽ auc. male fidei. C. de prescri. longi tempo. Et late dixi in. iij. parte prin. col. xlij. alias sequeret, q3 hodie nunq̃ haberet locũ prescriptio. x. vel. xx. anno. q3 antiquus possessor q nõ alienauit nec alienationi ɔsensit, & sic absq3 facto suo de possessione cecidit semper haberet actionẽ vsq3 ad. xxx. ann. Et sic in effectu esset sublata prescriptio longi temporis.

SVMMARIVM

1 Conditioni seu actioni descendẽti ex. l. si quis in tantam. C. vnde vi, q̃to tempore prescribatur.
2 Dispositio. l. si quis in tantam. C. vnde vi, an de iure canonico locũ habeat.

1 **Uigesimoquinto quero** † quãto tempore prescribatur ɔditioni seu actioni descendenti ex. l. si quis in tantã. C. vnde vi, dic q3 est perpetua. Et sic prescribitur spacio. xxx. anno. glos. in. l. j. in
2 prin. in verbo, annũ. ff. de vi & vi arma. ¶ † Et an dispositio illius. l. locũ habeat de iure canonico, vide per gl. & Cano. maxime Pa. in. c. j. glo. in verbo, rigor de dolo & contu.

SVMMARIVM

1 Remedio. l. secunde. C. de rescinden. venditio. quanto tempore prescribatur.
2 Mala fides impedit prescriptionem ex remedio. l. secunde. C. de rescinden. venditio.

1 **Uigesimosexto quero** † quanto tẽpore prescribatur remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. ¶ Dic, q3 triginta annis prout in ceteris personalibus. Nam in casu illius l. cõpetit actio, ex vendito ad rescisionẽ ɔctus. Ita ɔcludit ibi glo. ij. magna in prin. & sequuntur Bar. & cõiter doc. & d. Pet. philip. Corneus consi. xvij. circa presentẽ
2 ɔsultationẽ, col. vj. & vij. ver. circa sextũ. iiij. vol. ɔcludens, † q3 illi remedio prescribitur spacio. xxx. anno. nisi probet mala fides. Ad do glo. in. c. cũ cã. in glo. magna circa med. ver. alij dicũt, & ibi per Cano. de emptio. & ven. ¶ Quã ɔclusionẽ limita pcedere quo ad emptorem. Sed tertius in quẽ res esset trãslata per emptorẽ, ɔ quẽ ẽt datur conditio illius. l. quia licet sit actio personalis, est tñ in rem prescripta, vt ɔcludunt glo. & Bar. in. d. l. ij. prescriberet longo tẽpore cum titulo & bona fide. Nec sibi obesset mala fides autoris, si venditor sciuit alienationẽ, secus si ignorauit. auc. male fidei. C. de prescrip. lon. tempo.

SVMMARIVM

1 Actio ex empto competens pro emptione quanto tempore prescribatur.
2 Re non euicta non currit prescriptio.

1 **Uigesimoseptimo quero** † quãto tempore pscribatur actio ex empto, que cõpetit pro euictione. Dic, q3 triginta an
2 nis sicut cetere personales. † Sed non currit prescriptio anteq̃ nascatur, id est anteq̃ res fuerit euicta tex. est iuncta glos. in. l. emp. & ibi not. Saly. C. de euic. Sed cũ sit personalis, de iure cano. principalis vel eius heres nunq̃ prescriberet propter malam fidẽ per ea que late dixi in. iij. parte col. xliiij. & seq.

SVMMARIVM

1 Scientia seu patientia partis an requirat in prescriptione.
2 Prescriptio currit aduersus ignorãtẽ siue ius siue fcm ignoret. 5.
3 Ignorantia seu impedimentũ non impedit cursum prescriptionis.
4 Prescriptio statutaria an subrogetur in locum prescriptionis iuris cõmunis.

1 **Uigesimooctauo principa** liter quero † vtrum in prescriptione requiratur scientia & pacientia partis, & sic an prescriptio currat ɔ ignorãtẽ. ¶ Paucis ɔcludo, q3 prescriptio ipso iure currit ɔ ignorãtẽ siue in rebus corporalibus. l. fi. circa fi. de prescri. longi tempo. siue in actionibus persona. l. sicut C. de prescri. xxx. an
2 no. & ibi no. Bal. col. j. dicens, † q3 pscriptio currit aduersus ignorantem, siue ignoret ius siue factũ. ¶ Istã ɔclusionẽ firmat Bar. in. l. j. §. si quis aũt pp. ff. de itine. actuq3 priua. (Cõtrarium voluit Bar. in. l. si quis C. qui mili. nõ pos. lib. xij. vbi dicit q prescriptio non currit ignoranti incõmodũ per illũ tex. sed bene ad eius cõmodum & qd ita d3 intelligi. l. genero. ff. de his qui no. infa. sed illud d3 intelligi de alia pscriptione, q̃ longi vel longis. tem.) Pañ. in c. j. in fi. & in. c. vigilãti. col. j. & in. c. ad audien. col. iij. de pres. & prac. Papi. in suo opere in forma rñ. rei cõuẽ. in verbo prescri. col. iiij. & d. Pe. phili. cor. ɔsi. clxiiij. me subscripsi. ij. vol. & late. d. Philip. deci. ɔsi. xxix. & p tenui facultate, & Pau. de cast. in. l. si sic. ff. quẽad. ser. amit. & ɔsi. cccxxv. in cã q vertit parme. col. ij. ver. iiij.
3 vñ in antiq. dicẽs, † q3 ignorãtia seu ipedimẽtũ nõ ipedit cursũ prescriptionis, sed est iusta cã ɔcedendi restõnẽ de quo late dicã in. q. pxime seq. & idẽ Pau. ɔsi. cccvij. visis, & ponderatis circa med. in anti ¶ Amplia istã ɔclu. sm Pau. vbi. s. pcedere ẽt in prescrip. statutaria, vt currat ɔ ignorãtẽ, q3 succedit loco pscriptionis introducte de iure cõi, & sic d3 sortiri eius naturã, arg. l. in ɔtribus. in pñ. C. de nõ nu. pe. & ibi no. Bal. in. j. no. dicẽs q3 vbi breuis prescri. subrogat loco maioris pscrip. sapit eãdẽ naturã. ¶ Et facit sm eũ ad statuta, q̃ minuũt pscriptiones legales. ¶ Idẽ dixit Bar. in. l. fi. C. de tem. in inte. resti. pet. cũ ɔcor. adductis p Fely. in. c. illud. col. ij. de pres. & p Jas. in. l. nemo põt. in. ij. lec. col. antepe. circa fi. ff. de leg. j. ¶ Et q3 prescriptio statutaria subroget in locũ prescriptionis iuris cõis, & sapiat eãdẽ naturã, late firmat. d. Pet. phili. cor. ɔsi. clxxx. multũ diffuse. col. ij. ver. & alias. ij. vol. & plene not.
4 Berta. in reperto. in vbo pscriptio. vj. col. v. ver. pscriptio statutaria cũ tribus se. v. ¶ † Primo limita pdcãm ɔclusio. vt nõ pcedat in prescriptione seruitutũ, & iuriũ, in qbus nõ causat quasi possessio, nõ ɔcurrẽte sciẽtia & patiẽtia aduersarij, q3 in illis necessario nõ currit prescriptio nisi ɔ sciẽtẽ & patiẽtẽ. c. ij. & ibi no. declarãt Bal. C. de serui. & aqua. & late dixi. s. i. ij. pte huius. iiij. par ¶ Scdo limita & declara predictã ɔclusio. q̃ h3, q3 prescriptio currit aduersus ignorãtẽ ipso iure, vt pcedat in eo q ignorat al ter prescribere, & scit ius sibi cõpetere. Secus si ignorat ius sibi cõpetere. Idẽ si scit ius sibi cõpetere, & ignorat factũ ex quo causet illud ius & quo mediãte cõpetit sibi exercitiũ sui iuris, q3 tũc nõ currit prescriptio aduersus eũ. Ita dixit elegãter. d. Pet. de Peru. suo trac. quarte epalis. c. ij. ad fi. vbi dicit ita debere intelligi text. in. d. l. fi. circa fi C. d prescr. lon. tẽpo. & sequit. d. Pet. phil. cor. ɔsi. cccxxxviij. videret in pñti ɔsulta. circa fi. j. vol. ¶ Sed istud dictũ late ipugnat Fely. in. c. vigilãti. col. iij. de pres. Et latius. d. Soci. in. l. cum filius. §. in hac, col. v. & vj. versicu. sed aduerte. ff. de verborum obligatio.

SVMMARIVM

1 Restitutio in integrum an detur aduersus ignorantem ex capite ignorantie.
2 Heres an debeat restitui ex capite presumpte ignorantie aduersus prescriptionem decursam.
3 Regula q restitutio detur ignoranti aduersus ignorantem quo casu limitetur.
4 Molestiam pati dicitur qui iudicialiter vexatur.
5 Molestiam vel inquietudinem pati non debet qui quadraginta annis prescripsit.
Uerbum generale non tollit speciale.
6 Generalis exclusio remediorum vel beneficiorum de quibus intelligi debeat.
7 Beneficium restitutionis in integrum an quandoq3 censeat exclusum.
8 Ignorantia debet esse probabilis & iusta nõ supina ad hoc vt ignoranti detur restitu. in integrum.
9 Ignorantia facti quandoq3 tollitur negligentia & quandoq3 non.
10 Restitutio aduersus prescriptionẽ in integ. peti d3 intra quadriennium a die perfecte prescriptionis siue causate lesionis & quãdo istud quadriennium currere incipiat.
11 Communitati currit tempus petende resti. a die lesionis.

1 **Uigesimonono quero** principaliter † stãte ɔclusione pdicta, q prescriptio currat ɔ ignorantem vtrum ipse ignorans contra quem est legitime prescriptũ, restituat in integ. aduersus prescriptionem decursam

decursam ex capite iuste ignorantie. (Adde quod hunc articulum an adversus prescriptionem detur restitutio ex capite ignorantie latissime examinat Soci. in l. cum filius. §. in hac. col. iiij. cum multis seq. ff. de ver. ob. no. Cepo. in tract. ser. vrb. predi. c. ij. col. iiij. vbi firmat istam conclusionem Bar. consi. viij. scribitur preclare. co. iij. ver. venio nunc ad secundā. & consi. xlj. illud afferas. co. xv. ver. & si quispiam. j. vol. & Raph. cu. consi. cxlvij. do. comitissa. vbi an detur restitutio ex gnali clausula adversus prescriptionē, & Pan. de ca. consi. ccxciiij. ego Pan. in anti. vbi an concedatur restitutio cōtrai adversus prescriptionem ex capite ignorantie, & qn incipit currere tempus petende restitutionis.) ¶ Ista est quotidiana & vtilis. q. q̄ determinat Bar. in l. j. §. si quis autem propter. ff. de iti. actuqz pri. vbi concludit, q̄ si ḡtra me cucurrit prescriptio. xxx. an. & eram ignorans ius mihi cōpetere, debeo in inte. rest. ar. illius tex. Et ita intelligit Bar. tex. in d. l. fi. circa. fi. C. de prescri. long. tempo. vbi dr̄ q̄ non habetur distin. scientie & ignorātie quo ad prescriptionem, verum est dicit ipse, q̄ prescriptio currit, sed in integ. resti. competit. & ibi Alex. ponit latam apostillam, & refert multos tenere pro & contra Bar. & tandem concludit cum Bar. ¶ Istam conclusionem firmat etiam Panor. referens dicta Bar. in. c. vigilanti. in vlt. not. de prescrip. & pro ea allegat bonam glo. in l. j. C. d̄ patri. po. & idem Panor. in. c. j. col. pe. eo. ti. & in c. si de terra. in fi. de priui. & consi. xxxiij. quidam iam defunctus. j. vo. pro qua facit bonus tex. in l. & atilicinus. ff. de ser. rustic. predi. vbi impedito currit tēpus, sed restituitur. & est bona gl. in l. si partem. §. j in ver. non vtendo. & in l. si sic. in gl. pe. ff. quēad. ser. amit. & ibi no. Pan. de cast. mandans hoc perpetuo notari. & pro eadem conclusione facit etiaz bonus tex. in l. pāthonius. in prin. & ibi no. Imo. & Pa. de ca. ff. de acquir. her. ¶ Eandem gclu. firmat Roma. gsil. clxix. conclusionem primam circa fi. & late cōsi. clxvj. viso diligenter. co. pe. & consi. cccclxxvj. in casu proposite cōsultationis. co. fi. Pan. de cast. consi. ccxc. visis his que superius narrantur, in anti. ¶ Et hec opin. est cōmunis, vt attestatur Felin. in. d. c. vigilanti. de prescri. Allegans pro illa parte copiosas auctoritates. & Cepo. in tracta. ser. vrb. predi. c. xxiiij. co. iij. ¶ Et pro ista conclusione frequenter & diffuse consuluit Alexan. vcz. consi. lxxj. videretur prima cōsideratione dicendum. j. & ij. col. consi. lxxxiij. in causa vertente inter cameram. ij. col. j. vol. & consi. iiij. videretur inspectis his. vij. col. & consi. lxxxix. viso puncto. iij. colum. & cōsi. clxix. viso thema. suprascri. pen. col. ij. vol. & consi. viij. visis subtilissimis dubitationibus vlt. col. & consi. lxxix. causa & lite vertente. vlt. col. in. iij. vol. & consi. lxiij. stantibus his. col. iij. vel. iiij. versi. & licet completa fuerit. iiij. vol. consi. ij. ex his que in themate narrantur circa fi. & gsi. lj. videtur pro deci. col. pe. versi. posset etiaz restitui. & cōsi. lxxxij.
2 reuocatur in dubium. v. vol. ¶ † Et in. d. consi. lj. concludit, q̄ heres deberet restitui ex capite presumpte ignorantie adversus prescriptionem decursam. Et do. Petr. philip. Corne. cōsi. c. consuluit. j. vol. & consi. clxiij. me subscripsi. ij. vol. ¶ Contrariam partem, q̄ restitutio non detur ignoranti adversus prescriptionem tenent aliqui quos refert Feli. in. d. c. vigilanti. circa prin. Et eam subtiliter defendit per plura do. Fran. de are. consi. ciij. breuitas in consulendo. tamen ibi nihil determinat. ¶ Et omnibus suis motiuis, & alijs que adducunt̄ in contrarium respondet Feli. in. d. c. vigilanti. col. ij. vbi hanc. q. examinat per quatuor col. & firmat opi. Bar. & partem affirmatiuam esse veram & communem. (Vide Deci. consil. xxix. & pro tenui facultate per totum.) ¶ Eandem. q. excutit latissime Soci. in l. cum filius. §. in hac col. j. cum tribus seq. ff. d̄ verb. obli. qui etiam attestatur opi. Bar. esse communem, & adducit. x. motiua in oppositum, quibus respondet. ¶ Amplia predictam cōmunem gclusionem, vt procedat etiam in prescriptione statutaria q̄ adversus eam datur restitutio ex capite iuste ignorantie sicut adversus prescriptionem iuris cōmunis. Ita Pan. de ca. in d. l. si sic. ff. quemad. serui. amit. & sequitur Cepo. in tra. ser. vrb. pdi. c. xxiiij. & firmat Imo. in repe. c. fi. col. xlj. ver. sed aduertendū. de
3 prescri. ¶ † Predictā conclusionē limitat Fel. in. d. c. vigilāti. co. ij. septem modis, & referam solum tres limitationes magis vtiles omissis alijs. ¶ Primo limitatur conclusio predicta, q̄ restitutio datur ignoranti adversus prescriptionē, vt procedat nisi esset decursa prescriptio. xl. an. q̄ adversus eam non datur restitutio per tex. in l. fi. C. de fun. patri. lib. xj. ad hanc limita. tendunt subtilia motiua Are. in. d. consi. ciij. licet eam non firmet. ¶ Sed illam firmat Alex. consi. clj. viso themate. & consi. clxij. viso processu cause vltra med. ver. scdo non deberet gcedi. ij. vol. ¶ Primo mouetur Alex. per text. in l. omnes. in fi. C. de prescri. xxx. an. vbi dicitur q̄ talis prescriptio prebet plenissimā securitatē. ¶ Et plenissima securitas dicitur esse, qn̄ nō potest peti restitutio in inte. vt no. glo. in l. sit pretor. §. permittit̄. in verbo, imputandū. ff. de mino. ¶ Secūdo mouetur Alex. per tex. in. d. l. fi. in verbo, nullam molestiā vel in-
4 quietudinē. C. de fun. patri. lib. xj. ¶ † Ille enim dicitur pati molestiam, qui iudicialiter vexatur vt ꝓbat tex. in l. j. & ibi no. Bal. C. d̄ nudi. & in. d. auct. de fideius. in prin. ¶ Eandē limita. cōsulēdo firmat do. Maria. Soci. gsi. clxiiij. visa bulla Bonifacij in fi. & gsi. cxciiij. subtiliter. co. iij. & do. Frā. cur. senior p plura cōsi. pe. co. iij. ponderans tex. in. d. l. fi. C. de fun. patri. & in. d. l. oēs. vbi dicit esse decisionē apertissimā, que cauillari nō potest, si quis leges intelligat. Ponderat etiā tex. in. c. volumus. xvj. q. iiij. ibi. Sed qetē eorum inconcussam modis oibus procurate, & dicit se hāc partem sepius defensasse & fuisse plurimū letatū vidisse aureū doct. mod. d. Alex. de Imo. in consilijs preallegatis sic firmantem. ¶ Istā etiā limita. multum late & pulchro stilo sustinet & defendit. d. Philip. deci. consi. xxix. & pro tenui facultate per totum, vbi post longā disputationem, & adducta hincinde motiua concludit, q̄ non detur restitutio adversus quadragenariam prescriptionē respondendo fundamentis oppositis. ¶ Contrariam opi. late firmat Alex. sibi cōtrarius consi. lxxj. videretur prima consideratione. ij. col. & consi. lxxxiiij. in causa vertente. ij. col. j. vol. & consi. clxix. viso themate. col. fi. ver. non obst. & quod adversum prescriptionem. ij. vol. vbi refert cōmunem opi. esse. q̄ detur restitutio ignoranti etiā adversus prescriptionem. xl. anno. & allegat multos doc. tenētes istaz partē, & idem consi. cxvj. perspectis pōderatisqz omnibus. v. vo. Roma. consi. clxix. conclusionem primam in fin. & sequitur Feli. allegans vnū tantū cōsilium Alex. in. d. c. vigilanti. co. ij. vltra medi. ¶ Et istam partem late defendit. d. Bar. soci. consil. lxxxvj. in causa cōmunitatis castri montis. in fin. vbi attestatur, q̄ hec est communis opi. & cōsi. cxlvj. in causa cōitatis castri mōtis. circa. fi. gsi. ccxcix. capio primū gsultationis articulum circa fi. versi. confirmant predicta. & rūdet ad tex. in. d. l. oēs. dū dicit q̄ prescriptio. xl. anno. parit plenissimā securitatē, ad tex. in. d. l. fi. C. de fun. patri. li. xj. vbi dicitur, q̄ qui. xl. an. prescripsit nullā molestiā vel inquietudinē pati
5 debet. † Quia per hec verba gnalia nō tollit̄ spāle beneficium restitutionis. arg. tex. no. cū gl. in l. decurionibus. C. de silen. lib. xij. vbi per gnalem dispositionem non videntur tolli priuilegia specialia. ¶ Quam cōclusionem cōprobat Feli. per plura. in. c. j. co. vij. d̄ rescri. Jas. in l. sicut certi. col. vlt. C. de test. mili. Et eam firmat Ale. in plerisqz gsilijs presertim cōsi. cj. visis instrumētis, in prin. ij. co. & melius pe. & vlti. col. j. vol. & gsi. ccxvj. nec arguēdi sumus. j. col. ij. vol. & Barba. inter cōsilia Ale cōsi. cxxiij. super primo quesito. iij. col. & cōsi. vlt. clementissimi dei. vlti. col. iiij. vol. ¶ Ad idez q̄ per verba gnalia nō censeatur exclusa restitutio in integrum, alle. Soci. gl. no. in. §. preterea si quis. in versi anni. que bene probat in titu. de probi. feu. alie. p Fed. q̄ ibi sequunt̄ cōiter doct. & sequit̄ Alex. cōsi. lxxix. circa primū. vlt. col. j. vol. Et ita consuluit Bal. vt refert Soci. ¶ Addo gl. repu. singu. in l. postq̄ liti. in gl. fi. C.
6 de pact. Ad q̄ multa ibi posuit Jas. col. vl. ¶ † Ex qua colligitur not. regula. q̄ generalis exclusio remediorum vel beneficiorū intelligitur de his que cōpetunt de iure cōmuni, non autem de iure spe-
7 ciale. ¶ † Et sic infertur, quia nunqz censetur exclusum beneficiuz restitutionis in integrum. ¶ Concludo igitur, quia etiaz adversus prescriptionem longissimi temporis quadraginta an. datur restitutio ex capite iuste ignorantie. & hanc esse magis cōem opi. vt attestantur doc. preallegati. & ita tenet Imo. in repe. c. fi. co. xxxj. ver. sed aduertendū. de prescrip. ¶ Et in hac opi. videt̄ residere Soc. in l. cum filius. §. in hac ad fin. cōmen. vbi hūc articulū disputat in vlti. col. ff. de verbo. obli. licet ꝓ parte cōtra. dicat sepius vidisse cōsultum per doctissimos viros. (Adde quod ita cōsuluit Barba. consi. viij. scribit̄ preclare col. iiij. & gsi. xv. circa dubia. x. col. j. vol. Anto. but. cōsi. xxvj. & consi. lxxiij. Imo. consi. xxxvij. Car. cōsilio xl. facto pro veritate &c.) ¶ Secundo limitatur predicta cōclusio. vt nō procedat in casu. c. ij. de prescr. in. vj. propter illa verba. Nō esse vlterius molestandos ſm Panor. in. c. cum nobis. col. iij. ver.
8 ego dico. de prescrip. ¶ † Tertio limitatur predicta cōmunis conclusio quia adversus prescriptionem datur restitutio in integrū ex capite ignorantie, vt procedat, dummodo ignorantia sit probabilis & iusta, & non supina ſm Imo. in repe. c. fi. col. xxx. ver. sed hic est aduertendum de prescrip. vbi hunc arti. late examinat per. l. nec supina. ff. de iur. & fac. igno. (Adde late Marti. lau. in dispu. posita ad fi. suorum tracta. qui imprimi solent cum tracta de princ. & post tracta. de legiti. in. iij. & vlt. dub.) ¶ Et concludit cum opinio. Bar. in. d. l. j. §. si quis autem propter. quia competat cum modificatione predicta. ¶ Et ideo quādo militaret presumptio scientie non deberet cōcedi restitutio, vt declarat Feli. in. d. c. vigilāti. ver. limita tertio. referēs Areti. consi. xv. reuerendissime pater. in fin.

vbi dicit not. q quando quis fundat ius suum in iuribus antiquis ⁊ instrumentis. que habuit continue penes se ⁊ in suo arbitrio, non credit. Quia possit allegari iusta ignorantia, q quilibet presumitur scire facultates sui patrimonij. l. quisquis. C. de rescin. vendit. ⁊ sunt verba multum importantia ſm Felin. vt supra. ¶ Et vltra istaʒ limitationem firmat Alex. cōsi. clxiij. viso processu cause circa med. ij. vol. vbi dicit, q quando militat presumpta scientia vt in coniunctis qui presumūtur scire facta cōiunctoruʒ. l. octaui. ff. vnde cogna. ⁊ l. de tutela. ff. de in inte. resti. ⁊ plene no. p Bart. ⁊ doc. in. l. j. co. tit. ff. si cer. pet. nō debet concedi in integrum restitutio aduersus prescriptionem, etiam stante pro vera opi. Bart. in. d. §. si quis aūt ꝑpter. ⁊ allegat Pet. de ancha. consi. clviij. ratione que superius. ¶ Predictam limitationem tenet etiā do. Fran. curti. senior cōs. lxxxij. deus pius. ad fin. ⁊ si forte. Idem voluit practic. papi. in forma responsio. rei quen. in verbo, exceptionē prescriptionis col. iiij. versi. ego puto. dicens quia non omnis ignorantia prebet restitutionē aduersus prescriptionem. Nam si sic faciliter daretur, non esset differentia quātuʒ ad effectum, vt ipse dicit inter prescriptionē rerum corporalium ⁊ incorporalium, quam iura facere voluerunt. ¶ Sed si aliqua iusta causa ex his que traduntur in materia. l. qd tempore de resti. mi. ⁊ in. §. rursus inst. de act. interueniret, que causam prestitisset ignorantie, bene crederē equū restitutionem dari, ⁊ ita puto intellexisse Bar. in. d. §. si quis aūt propter. hec sunt verba
9 sua. ¶ † Addo Bal. quē nullus allegat in repe. l. fi. col. xiij. ver. sed iuxta hoc quero de qua ignorātia. C. de prescri. lon. tem. vbi pulchre declarat quomō veniat intelligēda predicta cōclusio q ex capite ignorantie detˀ restitutio, ⁊ qualis esse debeat ignorātia dicens q quedā est ignorātia facti que nō tollitˀ negligentia, verbi gratia. Ego scio fundum esse meum, sed ignoro ipsum possideri per tertiū ipsa ignorantia nō tollit negligētiam, q lʒ ignorem ipsum possideri per tertium, sum in negligentia non eundo ad possessionē naturalem, ⁊ si isto lon. temp. amitto ciuilē ⁊ habebā. l. si de eo. §. si forte. ⁊ ibi no. ff. de acqui. pos. ⁊ tunc nō obstāte isto errore facti prescriptio procedit contra me ipso iure ⁊ in effectu hoc est aduersus restitutionem. ¶ Quedam est ignorantia facti que impedit negligentiā verbi gratia. Ignoro aliq̄ rem meā que est mihi legata, ⁊ ignoro legatum ista res possidetur bonafide ⁊ titulo, ⁊ tunc isto casu iste error non impedit prescriptionē ipso iure, sed ipso errāte in tali facto, cuʒ non sit in negligentia ex errore facti, aduersus prescribentem dabitˀ beneficiuʒ in integrū restitutionis ex clausula generali. si qua mihi ⁊c. arg. l. j. §. si quis ꝑpter. ff. de iti. actuq; priua. ⁊ l. ⁊ attilicinus. ff. de serui. ru. predi. ¶ Et ideo dicas sic ſm Bal. Interdū qs non interrumpit prescriptionē ex negligentia sua, ⁊ tūc currit prescriptio cum effectu per tex. in. d. l. fi. circa fi. C. de prescri. lon. tēp. interdū quis nō interrūpit prescriptionē non ex negligentia sua, sed impeditus aliquo iusto impedimēto facti, vt q in facto vel aliquo impedimento erat impeditus, ⁊ tunc contra ipsum currit, ⁊ tamen ipsi dabitur beneficiū restitutionis in integrum. d. l. ⁊ attilicinus. Hec sunt verba Bal. ita declarantis, de quibus docto. in locis preallegatis
10 gatis mentionem non faciunt. ¶ † Et pro premissorum intellectu not. vtiliter, quod licet restitutio aduersus prescriptionem peti debeat intra quadriennium a die perfecte prescriptionis siue causate lesionis. l. fin. C. de tempo. in integ. resti. peten. Tamen istud quadriennium non incipit currere nisi a die scientie, ⁊ sic est vtile in initio sed continuum in progressu. ¶ Et ideo si quis ignorans prescriptionem esse decursam, staret centum annis. quod non peteret se restitui, nunquam ipsi probabiliter ignoranti currit tempus petende restitutionis secundum Bald. not. in. l. iij. C. si ex fal. instrumen. ⁊ domi. Cardi. in clemen. j. xxv. questio. de restit. in integrū. ¶ Et quod non currat nisi a die scientie, probatur in. d. l. fin. ⁊ firmat. Alexan. consi. lxxi. videtur prima consideratione, vlti. colu. ⁊ consi. lxxxiiij. in causa vertente. ij. col. j. volu. ⁊ consi. iiij. videretur inspectis. vij. col. ⁊ consi. lxxxix. viso puncto. iij. col. ⁊ consi. clxix. viso themate. penulti. col. ij. volu. ⁊ consi. lxxxiij. reuocatur in dubium. circa fi. v. volu. ⁊ in omnibus alijs consilijs preallegatis, in quibus consuluit. quod datur restitutio aduersus prescriptionem ex capite ignorantie, ⁊ consil. j. ponderatis his. col. iiij. circa princi. iiij. volu. ⁊ Aret. consi. xv. reuerendissime pater. col. fina. not. Ias. in aucten. quas actiones. col. ix. versi. vnum tamen tene perpetuo cordi. C. de sacrosan. eccle. ⁊ plene Felin. in. c. j. colum. penul. ver. ad illud. post Panor. ibi circa fi. commen. de prescri. ¶ Eandem cōclusionem sequitur dominus Petr. philip. Corneus consi. clxiij. me subscripsi. ij. vo. ⁊ propterea videtˀ male loquutus Pau. d cast.
11 consi. ccxciij. ego Paulus circa fi. in antiquis. † vbi vult quod cōmunitati currit tempus petende restitutionis a die lesionis, lʒ ignorauerit, alias nunq̄ diceretur scire ſm eum, quia debet attendi scientia administratoris argu. l. municipibus. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ not. per Cepo. in tract. serui. rusti. predi. sub. rub. de serui. iur. pascen. col. vij. ¶ Quid aūt vbi qs fuit impeditus impedimēto facti, an restituatˀ aduersus prescripti. dicā in. vj. parte prin. in. j. arti.

SVMMARIVM

1 Officio iudicis quanto tempore prescribatur.
2 Officio iudicis quibus casibus non possit prescribi.
3 Timens pro debito alterius grauari potest ante factum implorare iudicis officium.
4 Grauamine existente successiuo, nunq̄ currit tempus appellādi.
5 Exceptio habens tractum successiuum an possit opponi.
6 Officium iudicis quo casu anno extinguatur.
7 Exemptionis vel immunitatis priuilegio in libro cōis debentium descriptio quantum tempus detur ad appellandum.
8 Emendatio importat correctionem in parte, non in totum.
9 Iure communi vtitur nimis allibratus ⁊ grauatus.
10 Emendatio quo casu petatur officio iudicis aut iure actionis.
11 Officium iudicis competens consanguineo siue agnato ratione feu di alienati reuocandi quomodo tollatur.

1 Trigesimo principaliter quero † Quanto tempore prescribatur officio iudicis. (Adde Bal. in rubrica de prescrip. col. fin. versicu. dubitatur.) quod licet non presupponat obligationem. l. qui per collusionem. in fine. ff. de actio. empti. tamen large continetur verbo actionis. l. actionis verbo. ff. d acti. ⁊ oblig. no. glo. ⁊ doc. insti. de actio. in prin. super verb. debetur. dic breuiter quod officio iudicis prescribitur spatio. xxx. anno. glo. no. in. l. sicut in prin. in verb. persecutione. C. de prescri. xxx. vel xl. ann. quam Bald. ibi, vt refert Ias. in locis. j. alle. reputat singularem, dicens non reperiri alibi. ¶ Sed non est verum q Bald. ibi col. pe. in verbo, extraordinaria. allegat gl. consociam. in. l. querela. C. de fal. Bald. tamen alibi facit illam glo. singularem in. l. ij. vlt. col. circa prin. C. de execu. rei iudic. Dicens illud no. q officiuʒ iudicis perpetuum est. s. de prescri. xxx. ann. l. sicut ⁊ ibi glo. singularis. ¶ Istam cōclusioneʒ firmat Bar. in. l. pretor. §. fi. ff. de ope. no. nun. allegans illas duas glo. ⁊ in. l. si societatem. §. arbitrorum. col. v. ver. quero intra quantum tempus. ff. pro socio. vbi circa hoc tradit no. doctr. dicens qd aliquando officium iudicis succedit loco actionis, ⁊ tunc tanto tēpore durat quanto durat actio. quādoq; vero officium iudicis proponitur loco exceptionis, ⁊ perpetuo durat, sicut exceptio. ¶ Et predictas gl. no. Ias. non allegans Bar. in predictis locis in. §. rursus. colū. ij. vel. iij. ⁊ in. §. fuerat. col. viij. in antiquis impressio. insti. de actio. ¶ Et vt habetur clara ⁊ perfecta doctrina, facio regulam q officio iudicis prescribitur. xxx. an-
2 nis. per preallegata. ¶ † Primo limita istam regulam, vt nō procedat, quando officium iudicis succedat loco exceptionis, q tunc perpetuo durat vt per Bart. in. d. §. arbitrorum. Secundo limita predictam regulam, vt procedat quādo officium iudicis habet causam ex iure de preterito. Secus si ex iure, quod in futurum semper instat q cum istud officiuʒ semper nascatur, durat etiam post. xxx. annos. dato quod officium iudicis succedat loco actionis. per gl. not. in. l. ij. in glo. magna. C. de ser. ⁊ aqua. ¶ Ita limitat Bart. in d. l. pretor. §. fin. cum quo transeunt Imol. ⁊ Roma. ⁊ ibi comprobat. Ias. per plura que fere omnia ante ipsum cumulauit Alexan. in. d. l. sicut in apost. ad Bar. in apost. magna licet Ias. non referat. Et quia sunt vtilia, aliqua succincte referam addendo multa. ¶ Et primo comprobat Ias. post Alex. in. d. l. sicut hanc limitationem per id quod volunt Bal. ⁊ Ang. in. l. prescriptione. C. de prescrip. xxx. ann. vbi tenent qd officio iudicis causato a timore nullo vnq̄ tempore prescribitur, vt in eo qui timet ruinam domui sue ex vicino domo minante ruinā. ¶ Ex quo vltra Ias. infero. no. ad id qd no. Bald. Sal. Alex. Moder. in. l. si super possessione, ⁊ per illum tex. C. de transac. vbi dicunt q si aliquis est in possessione alicuius fundi, ⁊ timet molestari, ⁊ sibi vim inferri potest implorare officium iudicis, per quod prouideatur, ne sibi inferatur vis. Facit tex. in. l. si seruus ibi. Auctoritate cōpetētis iudicis protegeris. C. qd cum eo. ⁊ tex. no. in. l. fi. in prin. ⁊ ibi no. Bar. ff. qd met causa. ¶ Et in simili tradit Bar. no. practicam in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori, vlt. col. ff. de oper. no. nū. facit text. no. in. l. si pater. C. q
3 bon. ced. pos. per queʒ no. ibi Bal. † q ille qui timet pro debito alterius grauari, potest ante factum implorare officium iudicis, quatenus iudex hoc inhibeat, qd alibi non reperitˀ ſm eū. ¶ Pariter si quis dubitat offendi in persona, potest implorare officium iudicis, ⁊ eo mediante cogere aduersarium, vt sibi prestet securitatē de nō offendendo. l. denūtiamus. vbi Bar. C. de his qui ad eccl. cōfu.

⁊ plene

⁊ plene no. Bar. in. l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de offi. psi. ⁊ late
Jas. in. d. l. super possessione. vlt. col. in. iiij. no. Alex. cōsi. cxxx. in
causa strazaroloꝝ. j. col. iiij. vol. latissime Feli. in rub. de treu. ⁊ pa
ce. co. iiij. cū seq. ver. q timet ⁊c. Certe tali officio iudicis, cū cause
tur a timore, ⁊ habeat tractum successiuū, nullo tēpore prescribit.
¶ Secūdo pro dicta limitatione adducit Jas. in. d. l. pretor. §. fi. ff.
de ope. no. nun. quod vult Bar. in. l. j. in fi. princ. ff. vti pos. vbi te-
net ꝙ pōt agi perpetuo, etiā post. xxx. an. ne quis turbet in posses-
4 sione, eo q turbatio semper instat. ¶ † Tertio facit pulchrum si-
mile ꝑm Jas. ꝙ qn̄ grauamē est successiuū, nūq̄ currit tēpus appel
landi, vt qn̄ quis detinet in carceribus iniuste. Naȝ cōtinue potest
appellare, q cōtinue grauat ꝑm Spec. in titu. de appel. §. restat.
ver. ⁊ no. ⁊ est bonus tex. in. c. ex parte. el. j. in verbo, quoties. d ap
pel. ⁊ ibi no. But. ⁊ cano. Idē tenet Bal. i. l. ij. in. ij. q. C. d epi. au
5 di. ⁊ in alijs locis alleg. p Jas. vbi. s. ¶ † Quarto facit aliud simile
ꝙ exceptio habens tractū successiuum q̄uis dilatoria, vt loci nō tu
ti, potest opponi qn̄cunq̄ etiam post lit. cōte. Dictū est famosum
Archi. in. c hortamur. iij. q. ix. ꝙ pro eleganti cōmendat Alex. in
l. de etate. col. iiij. ff. ad trebel. Idē tenet Bald. in. l. peremptorias.
co. ij. C. senten. rescin. nō pos. cū cōcor. allega. per Jas. vbi. s. ¶ Et
ad hec duo vltima similia, de grauamine ⁊ exceptione habentibus
tractū successiuū, addo late Feli. in. c. accedēs. el. ij. vt lite nō con
test. ⁊. d. Prepo. in. c. ex parte. el. j. de ap. ¶ Tertio limita dictā
regulā generaliter. vt nō pcedat ratione subiecte materie q lȝ offi-
cium iudicis regulariter duret. xxx. ann. vt dicunt gl. preallegate
tamē ꝯsiderandū est ꝑm Jas. in. d. l. pretor. §. fi. ꝙ ꝑm subiectā mate
riam pro qua cōpetit officiū iudicis, aliqn̄ prorogat in longius tem
pus, vt est in casu predicte limitatiōis Bar. vbi prorogat in perpe
tuū ratiōe materie, que in futurū semper instat, ⁊ vltra Jas. hoc vo-
luit expresse Bar. in. d. l. societatē. §. arbitroꝝ. col. v. ver. quero in-
tra quātū tps ⁊c. dū vult ꝙ vbi officiū iudicis proponitur loco ex-
ceptionis, duret perpetuo sicut ipsa exceptio pro qua datur, ⁊ sic re
guletur ꝑm subiectā materiā. ¶ Aliqn̄ vero multo breuius durat.
¶ Hinc est ꝙ officiuȝ iudicis, qd cōpetit pro fructibus, nō durat
nisi triēnio, vt est gl. singularis in. l. sequit. §. fructus. in glo. magna
in fi. ff. de vsuca. quam Bart. ⁊ alij, ibi circa fi. ad hoc multum not.
6 Bart. ⁊ doct. in. l. iij. C. quod met. cau. vbi per Alex. ¶ † Aliquā
do officium iudicis extinguit anno. vt in casu singulari, de quo per
Bar. in. l. forma. §. fi. ff. de cēsi. vbi singulariter determinat ꝙ si qs
pretendat se allibratū in registro seu cathastro cōmuni vltra debi-
tum, pōt implorare officiū iudicis, vt emendet eius cathastrū, ⁊ dȝ
hoc implorare ⁊ petere intra annū, al's lapso anno sibi preiudicat, ⁊
nō audit. per tex. no. in. l. qui se grauatos. C. de agri. ⁊ censi. li. xj. ⁊
tedicere potentiam nauigandi nauigare volentibus per eorum gul
fum. per. d. l. sane si maris, ⁊ ibi est casus ſm Ray. de forli. qui ex-
presse ponit exemplum in gulfo Venetorū. refert Jaso. in. d. l. quo
minus col. xj. ¶ Ultra quem vide Joā an. de ana. in. c. j. ⁊. ij. de
cle. vena. vbi plene tractat, quo iure Veneti ⁊ Jannenses acqsi-
uerunt ius maris, ita vt alijs prohibere possint ius nauigandi, ⁊. d.
Car. suo consi. xl. dn̄s Comes, qui late consuluit ꝙ ius nauigandi
in aliena aqua non prescribit̄ sine titulo vel spacio tanti tpis, cuius
initij ⁊c. sicut nec alia iura regalia, q̄ iura regalia de iure cōi nō pti
nent nisi ad principem vel ei cui concessum est a principe. c. j. cū ibi
not. que sint regal. ⁊ ius nauigandi censetur de regalibus. l. quomi
nus. ff. de flumi. ⁊. l. ij. §. viarum. ⁊ ibi glo. ff. ne quid in lo publi. ⁊ sic
dicta prescriptio est ꝯ ius cōe. ergo requiritur titulus, vel tantū tem
pus ⁊c. c. j. de pres. vbi latius per eum in. d. consi. ⁊ sequitur Fely.
in. c. de quarta. col. vlti. de prescrip. ¶ Sed Pau. de cast. in. d. l.
fin. de vsucap. reprehendit Ang. dicens ꝙ Ang. non bene intelli
git, q̄ quantum ad hoc vt faciat quis aquam publicam suam vel lo
cum publicum suum saltem quantum ad vsum non requiritur pre-
scriptio, sed sufficit occupatio, quando est aqua publica non desti-
nata ad vsum publicum, vel est littus maris, sicut sufficit in his que
celo, terra, mariq; capiuntur. l. j. in prin. ff. de acqui posses. ¶ Ad-
do vltra Pau. casum expressum de hoc in. l. quod in littore. ff. de ac
qui. reꝝ domi. vbi tex. expresse facit istam equiparationē. ¶ Qn̄
vero aqua non est publica, sed priuata habet locum ſm Panor. il
la. l. vsum aque q̃ allegat Ang. q̄ tūc ſm eū seruitus aque ducē de
seu capiende per haustū cū nō habeat causam continuam, non ac-
quiritur, nisi tanto tempore cuius initij ⁊c. l. hoc iure ductus aque.
ff. de aqua quoti. ⁊ esti. sed in d. l. fi. vt dicit Pau. non queritur de
7 hoc. † An dicatur ius aque quesitum seu littus maris. Sed queri-
tur, postquā talia loca publica de iuregentiū sunt acquisita per oc-
cupationem, si desinat occupatio per destructionem loci vtrum ille
qui primo occupauerat, habeat ius prohibendi aliū ne occupet
de nouo illum locū. Et ibi decidit̄ ꝙ non, etiam si per mille annos
8 durasset occupatio ſm Pau. ¶ † Ex quo infert ꝙ si ciuitas Ve-
netiaꝝ destrueret̄ non possent Veneti prohibere alios illū locum
occupare. cum illa ciuitas sit fundata in mari siue in littore maris.
Interuenientibus tamen duobus, videlicet qd̄ edificia essent peni-
tus dirupta, ⁊ ɔcurrente negligentia reficiendi, vt probat tex. in. d.
l. fi. in verbo, funditus dirupto edificio, ⁊ vltra eum bonus tex. in.
d. l. quod in littore. circa fi. ita declarat Pau. de cast. in. d. l. fi. ff. de
vsuca. ¶ Cuius verba ɔfirmāt ea que dixi. s̄. in corpore questionis
ad intellec. l. si quisq;. ff. de diuer. ⁊ tempo. prescrip. licet Jas. in. d.
l. quominus nō aduerterit. ¶ Et q̄uis ista sint vera, tū communiter
tenet̄ opi. Ange. ꝙ ea que sunt iurisgentium prescribantur spacio
tanti temporis cuius initij ⁊c. quā tenent Jo. de pla. ⁊ Areti. in. d.
§. flumina. ⁊ Cepo. ⁊ do. Jaco. vbi. s̄. qui dicunt ꝙ ius piscādi pre
scribitur tanto tempore cuius initij ⁊c. quia tanto tempore prescri-
buntur etiam loca publica dicta. l. hoc iure. §. ductus aque. ⁊ etiam
regalia ⁊ ea que sunt reseruata principi. c. super quibusdam. §. pre-
terea, de verb. signi. ⁊ dixi plene. s̄. in. ij parte huius quinte partis.
¶ Quod declara, vt per Felyn. in. d. c. accedētes. col. v. ver. post
9 hec, ⁊ seq. de prescrip. † vbi dicit ꝙ per tantum tempus, cuius ini-
tij ⁊c. id ꝙ nō est prescriptibile non efficit̄ prescriptibile, sed tāto tē
pore presumitur cā vel titulus q̄ oꝫ allegari, ⁊ in eo fieri fundamen
tum. ⁊ ad ipsum presumptiue probādo est ꝓbādū dictū tps, sed nō
est dicendū ꝙ ipsuꝫ tps inducat prescriptionē, ⁊ faciat rem prescri-
ptibilē que nō est vt ibi latius per eū reprobantē opi. Panor. tenē
tis ꝯriū ɔsi. xxvj. in. q. que ad presens vertit̄ ij. volu. licet in fine re-
linquat cogitandū. ¶ Et confirmatur opi. Ange. per ea que vult
10 Cardina. consi. s̄. relato, ⁊ per preallega. ¶ † Tertio limita predi-
ctam regulam, vt per Ang. not. consi. cclxxxix. thema tale est inter
cetera capitula pacis. col. ij. ⁊ seq. vbi dicit ꝙ hec regula que hꝫ ꝙ
ea que sunt publica, ⁊ in vsu publico ⁊ que de iuregentiū cōia sunt
nō pn̄t prescribi vel vsucapi. d. l. fi. ff. de vsuc. ꝓcedit si ex hac longis
sima possessione velimus acquirere dn̄iū eoꝝ que nobis iuregentiū
cōmunia sunt, sed per istam talem possessionem vel quasi bene ac-
quirimus ius quoddam excipiendi. vt de possessione non expella-
mur. ¶ Cuius possessionis effectus est duplex. ¶ Primus est,
q̄ si turbamur in ea agere possumus contra turbantem. l. sane si ma
ris, vbi casus. ff. de iniur. ¶ Secūdus est q̄ anteq̃ expellamur, ꝓ-
hibere possumus, ne quis inter locum nobis inuitis, vnde prohibe-
re possumus ratione possessionis nauigationem ⁊ piscationem ma-
ris ⁊ fluminis, que alias nobis sunt cōia de iuregentium, ⁊ text. est
ſm opinio. approbatam, ⁊ veram in. l. si quisq;. ff. de diuer. ⁊ temp.
prescrip. Hoc tenet gl. in. §. flumina. in verbo oibus. institu. de reꝝ
diui. ¶ Hāc opi. approbat Bar. in. d. l. fi. de vsuca. ſm Ange. in
predicto ɔsi. ⁊ seqt̄ Jaso. in. l. quominus. col. xxviij. ver. v. pro limi-
11 tatione. ff. de flumi. ¶ † Et no. ꝙ licet per occupationē quis non cō
sequatur dominium loci publici de iuregentium, consequitur tamē
dominium eius quod construxit, vel edificauit in illo loco publico,
puta in mari vel in littore maris, donec durat, accedente decreto
pretoris. tex. est no. in. d. l. q. d. in littore, ⁊ in. l. quāuis. ff. de acqui-
ren. rerum domi.

SVMMARIVM

1 Jus preoccupationis quod est mere facultatis quanto tempore perdatur.
2 Cautela ad hoc vt quasi possessio non dicatur derelicta in casu quo constructum in loco publico destruitur.

1 **Septimo quero** de. q. cōnexa ꝓcedenti. † Quā
to tpe ꝑdat̄, seu prescribat̄ ius
preoccupationis ꝙ est mere facultatis, vt ecce. Licet cuilibet edi-
ficare in littore publico, ⁊ edificiū ɔcedit̄ occupāti. l. qd̄ in littore. ff.
de acq. reꝝ domi. Licet ēt cuilibet construere molēdinū in flumine
publico, precedēte licentia principis. d. l. quominus. cum ibi plene
not. per Bar. ff. de flumi. Pone ergo ꝙ aliquis habebat molēdi-
nuꝫ i flumine publico vel edificiū in littore, qd̄ impetu aque destru
ctum est. ergo differo reficere, alius interim occupat aquam vel lo
cum illum, ita ꝙ mea refectio impeditur. Queritur, an istud ius p̄-
occupationis per me facte prescribatur, ⁊ perdatur, ⁊ quanto tem-
pore ¶ Jstam. q. plene examinat Bar. in. d. l. quominus. col. an-
tepenul. q. xv. ⁊ Jas. ibi latissime. col. xxvij. cū duabus seq. ⁊ Bar.
in. l. fi. in prin. per illū tex. no. ff. de vsuca ⁊ dic vt ibi late per Jaso.
2 ¶ † Et no. cautelā q̃ tradūt Ang. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. fi. ⁊ re-
fert Jas. vbi. s̄. ꝙ ad hoc vt nō dicat̄ quasi possessio aque derelicta,
vel ille locus d̄relictus ꝙ edificio seu molēdino dirupto, is ad quē
spectat incōtinēti ꝓtestet̄, ⁊ de ꝓtestatione ɔficiat̄ instr̄m publicuꝫ
ꝙ nō obstāte destructione nō intēdit habere illū locū ꝓ derelicto, sꝫ
reficiet, q̃ primū poterit, ⁊ in signū faciat imponi aliquos pallos li
gneos in aliquibus partibus clausure molendini, tunc enim eo inui
to alius ibidē edificare nō potest. ¶ Et per hec remanet expedita
quarta pars huius quinte partis principalis.

Deuenio ad quintam partem huius quinte partis princi
palis, qua reponam plures questiones extra-
uagantes vtiles, ⁊ quotidianas circa materiam prescriptionis, que
sub prioribus partibus commode locari non potuerunt.

SVMMARIVM

1 Quesibile priuilegio an sit quesibile prescriptione vel cōsuetudine.
2 Consuetudo priuilegium ⁊ prescriptio non semper eandem vim dicuntur habere, quia multa queruntur priuilegio que non possunt queri prescriptione.

1 **Et primo quero** † vtrum quesibile priuilegio sit
quesibile prescriptione vel con
suetudine. ¶ Regula est ꝙ sic. c. duo simul. de offi. ordi. ⁊. c. cū cō
tingat, de foro compe. circa fi. not. d. Abb. in. accedētes. col. pen.
de prescrip. ¶ Que regula procedit quando prescriptio vel con-
suetudo inducitur sciente ⁊ paciente illo, ad quem spectat concede
re priuilegium, alias secus, quia multa possunt queri prescriptio-
2 ne, † ⁊ sic non semper priuilegiuꝫ ⁊ consuetudo siue prescriptio ha-
bent eandem vim secundum do. Anto. ⁊ Panor. in. d. c. acceden
tes. ⁊ est glo. not. in cle. j. in verbo, limita de cēsi. ⁊ cle. j. in gl. fi. de
priuile. ¶ De qua materia dic vt late per Fely. in. d. c. accedentes
col. iij. iiij. ⁊. v. in ver. quesibile priuilegio, qui facit regulam cum.
iiij. fallen. ⁊ est glo. magistra. in. c. catholica. xj. distin. vbi Domi-
ni. ⁊ do. Prepo. col. vlti. tradunt doc. per modum distinctionis.
⁊ ad ibi plene scripta me remitto.

SVMMARIVM

1 Priuilegium et prescriptio an possint concurrere simul et semel, et an dicantur contraria.
2 Prescriptio pōt causari a priuilegio insufficiente et inualido.
3 Priuilegiatus an possit contra tenorem sui priuilegij vel vltra ibi contenta prescribere.
4 Impetrans priuilegium an videatur renunciasse prescriptioni.

1 **Secundo** principaliter quero † vtrū priuilegiū et pscriptio possint concurrere simul et semel, et sic an dicant̄ ꝯtraria. ¶ Hanc. q. mouet glo. in. d. c. nullus pluribus. de reg. iur. in. vj. et ꝯcludit p plura ꝙ prescriptio et priuilegiū nō sunt ꝯtraria in effectu, et ita firmat Bal. in. l. j. col. pe. ver. itē querit. C. d ser. fugi. vbi plus dicit ꝙ pscriptio pōt cām habere a priuilegio et̄ si erretur in iure. Bene facit tex. in. c. cū persone. cū ibi not. p Jo. and. et Semi. de priuil. in. vj. ¶ Subdit Bal. vbi. s. ꝙ prescriptio et sen-
2 tentia nō sunt ꝯtraria, et dicit idē Bal. in. l. solēnibus. C. de fi. inst. † ꝙ prescriptio pōt cāri a priuilegio insufficiēti et inualido, et ibi ponit,
3 an circa priuilegiū cadat pscriptio. ¶ † Sed an priuilegiatus possit prescribere ꝯ tenorē sui priuilegij vel vltra ibi ꝯtenta, vide p Jn-
4 nocē. in. c. veniens. de prescrip. † Et premissa faciunt ad. q. an impetrans priuilegiū videat̄ renūtiare prescriptioni, de qua est text. cū gl. in. c. veniēs. de pres. vbi Pañ. post alios Cano. col. iij. ver. circa istā materiā tradūt doc. distinguēdo, an priuilegiū habeat formā ꝯtriā prescriptioni, vel ꝯueniētē, et an priuilegiū ipetret̄ post prescriptionē cōpletā, vel ante, vt ibi latius p eū q et̄ tāgit post glos. et alios, an sufficiat sola impetratio priuilegij, ad exclusionē prescriptionis ꝯtrie aut priuilegij ꝯtrij, an vero requirat̄ vsus priuilegij. Dic vt late per oēs in. d. c. veniēs qd est peñtimū. an aūt possit pscribi tenor priuilegij, et qualiter, vide per Jmol. in repe. c. fina. col. ix. de prescriptio.

SVMMARIVM

1 Actio nundum orta quando est in patris facultate illam oriri facere, an possit prescribi.
2 Prescriptio an currat in actione hypotecaria ante factam excussionem.
3 Regula iuris canonici ꝙ prescriptio non currit cū malafide quo respectu procedere dicatur.

1 **Tertio quero** † vtrū prescribat̄ actioni nōdū orte qñ est in facultate partis illā oriri facere. (Adde pulchre Bal. in ꝯsi. cccxij. super eo. et c. in. iij. volu.) Pau. de cast. in antiqs determinat ꝙ sic, qꝛ q potuit facere vt possit agere vr̄. l. q pōt. ff. de reg. iur. p q̄ regulā, vt ipse dicit determinarūt glo. pignoratitie actioni posse prescribi. licet ante solutionem vel oblationē debiti non sit orta, cū fuerit in potestate debitoris facere eā nasci, offerēdo debitū, vt not. gl. in. l. cū notissimi. §. j. in fin. C. de pres. xxx. ann. et bene facit tex. in. l. quibus diebus. in prin. cū ibi not. per Bar. ff. de ꝯdi. et demon. et in. c. fi. d elec. et in. l. iij. §. qd ergo. ff. d ꝯtra. iudi. tutel. ibi, et si qdē nō postulauerit sibi iputet et c. que iura adducit Pau. de cast. in consi. preallega. secus esset in potestate patris facere ꝙ obligatio et actio nascatur, qꝛ obligatio fuit ꝯcta sub ꝯditione causali, vel mixta, tunc enim ante euentū ꝯditionis prescriptio non currit. d. l. cum notissimi. §. illud not. Corne. consilio. xliiij. in hac ꝯsultatione. j. col. ij. vol. ¶ Et ꝙ non prescribatur actioni nōdū orte, puta actioni de euictione, anteq̄ res euincatur, est glo. in. l. empti. C. de euic. ¶ Accedāt que plene dixi. s. in. j. q. partis huius. v. principalis circa prescriptionem iuris offerendi.
2 ¶ † Ex quo infero ꝙ currit prescriptio in actione hypotecaria ante factā excussionē, cū sit in potestate creditoris illi dare ortum quandocunq vult cessante impedimēto facti licet contrarium consuluerit Alex. et male, vt late dixi in. iiij. parte princi. col. xxxij. et sequen. ¶ Amplia hanc conclusionem ꝙ prescribitur actioni nondum orte spacio. xxx. anno. secundum communem metam secundum predi-
3 cta, vt procedat nō obstā. mala fide, † qꝛ regula iuris canonici que habet ꝙ prescriptio non procedit cum mala fide. c. fi. de pres. procedit respectu creditoris, cui actio cōpetit, secus si non cōpetit, sed competere potest acceptando, vt in legatario, vel herede. Nā ante aditionem hereditatis vel acceptationem prescribitur contra eos. Nec dicitur prescribens esse in malafide. ita decidit singulariter Pet. de ancha. i. c. sine possessione. d reg. iur. i. vj. quē refert et sequitur. d. Soci. consi lxiij. in causa vertente, inter dominā Catharinam col. iij. ver. preterea hanc partem. ¶ Et idem dicendum est in presenti qđ. qꝛ est eadem ratio, vt satis patet, et plenius dixi. s. in. iij. q. ij. partis huius quinte principalis.

SVMMARIVM

1 Res prohibita alienari a lege vel statuto siue in vltima voluntate aut per ꝯctum an prohibitione valida possit prescribi.
2 Defficiente possessione prescriptio non procedit.
3 Statutum est lex.
4 Prescriptio habet vim decreti in rebus que non possunt alienari sine decreto.
5 Bona alienari prohibita fauore publice vtilitatis an possit prescribi.
6 Regula ꝙ ea que non possunt alienari non possint prescribi et econtra an procedat.
7 Spurius non potest contra patrem prescribere ex titulo lucratiuo.

1 **Quarto quero** † an res phibita alienari a lege vel a statuto siue in vltima volū. aut p ꝯctū phibitione valida possit prescribi. (Vide plura ad hanc. q. p Bertachi. in reperto. in verbo prescriptio. v. col. ij. ver. prescriptio non procedit, et in verbo, prescriptio sexto. in princi.) ¶ Jstā qđ. format Bar. in. l. filiusfami. §. diui. col. vlti. in pen. q. ff. de leg. i. ꝯcludēs talē rē posse prescribi per iura que allega. ¶ Contrariā opi. tenuit ipse Bal. sibi in hoc ꝯtrius in. l. vbi lex. per illum tex. cū gl. ff. d vsuca. vbi firmat ꝙ res phibita alienari p legē vel i vltima, vel i ꝯctu phibitiōe valida ipediēte dñij trāslationē iuxta plene no. p Bar. et oēs in. d. §. diui. et in. l. q absenti. §. j. ff. de ac. pos. nō pōt pscribi. Alex. in. d. §. diui. col. penul. ver. tetigit hic Bar. late examinat hūc articulū, tādē ꝯcludit opi. Bar. ibi esse verā ꝙ res prohibita alienari prescribi possit, sumpto fundamento, qꝛ res q est phibita alienari sine certa forma vel solēnitate, si interueniente illa solēnitate est alienabilis, prescribi pōt vt ꝯcludūt Bar. et doc. in. l. fi. col. pe. C. in qb. cau. in integ. resti. Sed res prohibita alienari p testatorē est alienabilis seruata certa forma. s. interueniente ꝯsensu illoꝝ, quoꝝ fauore facta est phibitio. l. quoties ab oibus C. de fideicom. Ergo est prescriptibilis, stante predicto fundamēto, ꝙ intelligit verꝰ Alex. interueniente scientia illoꝝ, ꝯ quos prescribit, qꝛ sic videnē tacite ꝯsentire. Alias secus p. l. alienationis. ff. d ver. sig. vt ibi latius p eū. ¶ Jstā. q. plene explicat Pañ. i. d. l. cū nō liceat, col. ij. et. iij. ver. et circa istā primā partē. de prescrip. et concludit distinguēdo. ¶ Qñ qñq lex phibet rē alienari, qꝛ eius cōmercium haberi nō pōt nec possessio, vt in rebus sacris et religiosis ac spūalibus respectu laicoꝝ, et i illis nō pcedit pscriptio, † qꝛ deficiēte pos-
1 sessione, pscriptio nō pcedit vt in. c. cām de pscr. iūcta regula. l. sine possessione. ff. d vsuc. Bene facit no. doctr. Jo. and. et Gem. i. c. ij. de pb. in. vj. q̄ refert Fely. i. c. cāmq col. j. et i. c. accedētes. col. iiij. circa fi. d pscr. vbi volūt ꝙ spaciū tāti tpis cuius initij et c. nō habilitet icapacē, qꝛ deficit possessio vel quasi. ¶ Quandoq res prohibet̄ alienari simplr̄ fauore ipsius rei, vt i fundo dotali, et tūc phibitio ipsa ipedit pscriptionē icohoari. l. si fundū. ff. de fun. dot. not. gl. et Bar. in. l. ij. C. de vsuc. p emp. s3 iā ichoatā nō ipedit p fidei. dato ꝙ superueniat qualitas, sup qua fundat̄ phibitio legis, vt qꝛ fundus post ꝯctū efficit̄ dotalis, tex. est no. in. d. l. si fundū. ¶ Jdē est ƀm Pañ. qñ res peruenit ad priuilegiatū, seu habentē priuilegiū, vt nō possit ꝯ eū pscribi, vt no. Jo. an. in. c. j. de in. pat. in. vj. et intelligi semp dicit Pañ. ꝙ possidēs sit bonefi. vt qꝛ ignorabat phibitionē iuris phabiliter. Alias aūt error iuris nō iuuaret in vsuca. l. nūq̄. in pn. ff. de vsuca. cū ꝯcor. p eū adductis. ¶ Qñ res nō phibet̄ simplr̄ alienari, s3 sine certa solēnitate, vt in rebus minoꝝ et ecclesie, et tūc data bona fide, et excluso iuris errore pcedit pscriptio si h3 cōcōmitātia sua, vt ibi latius p eū exēplificantē. Et hec pcēdūt qñ res est phibita alienari p leges vel canones. ¶ Qñq res est phibita alienari p defunctū, et idē dicēdū est qđ in phibitione legis ƀm Pañ. vt pscribi nō possit stāte phibitione valida p tex. not. cū gl. in. l. ij. C. de vsuca. p emp. ¶ Et sic i3 Pañ. cū Bar. in d. l. cū lex, qñ phibitio fit in vlti. volun. Sed ꝯtriū tenet idē Pañ. vbi. s. quando prohibitio fieret in contractu, vt ibi latius per eum.
3 ¶ † Si vero prohibitio fiat per statutum, dicit idem quod in prohibitione legis, qꝛ statutum est lex in loco. c. ius ciuile prima dist. ¶ Et cum opinio. Panormi. licet ipse non alleget in multis. concordat Bal. in. l. j. col. v. et. vj. versicu. tertio oppono. C. de ser. fug.
4 † vbi dicit plura notabilia verba ad propositū, et inter cetera quod prescriptio habet vim decreti in rebus que non possunt alienari sine decreto, vt in re minoris. l. lex que tutores C. de admini. tutorum. (Nō possit pscribi res minus solenniter alienata adde tex. in. l. ser

nos. ⁊ ibi Bal. C. si ven. pig. aga.) Et in hoc tꝫ cum Bart. in. d. §. diui. ⁊ in. d. l. fina. ꝙ qñ res potest alienari, seruata certa solēnitate, possit prescribi contra opi. Pañ. in. d. c. cũ nō liceat. volentis ꝙ nō possit p̄scribi res minoris vel ecclesie, nisi ꝯcurrētibus solēnitatibus requisitis, cuius opi. ꝓcedere nō potest, qꝛ si requisita interuenerint, de prescriptione tractandũ non est p̄supposito ꝙ res sit minoris vel ecclesie esset. n. traslatũ dñium per ꝯtum solēnē, ⁊ sic non caderet prescriptio in re sua. l. sequit̃. §. lana. ff. de vsucap. ¶ Si vero res erat aliena, que fuit vendita tanꝗ̃ res pupilli vel ecclsie tũc nō p̄scribitur ꝯtra minorem vel ecclesiã, sed ꝯtra illũ qui erat dñs. ¶ Nō ob. tex. in. l. ij. C. de vsuca. pro emp. qꝛ ibi concurrit duplex prohibitio. s. legis ⁊ testatoris, que est potentior quam simplex isto etenim casu ipeditur alienatio, etiã in casibus alias permissis, vt ē tex. no. i. §. sanctissimas. in auc. de alie. ⁊ emphy. not. Alex. in. d. §. diui. col. j. ¶ Sed Pau. de cast. in. l. fi. C. cōia de lega. in p̄nti q. distinguit inter p̄scriptionē lōgi tpis. x. vel. xx. an. in qua requirit̃ titulus. l. ij. ⁊. l. super longi. C. de prescrip. longi tēpo. vt ista locum nō habeat in re proposita alienari ꝓhibitione valida, qꝛ titulus est nullus, ⁊ habetur pro titulo. d. §. diui. cum materia ⁊ inter prescriptionē longissimi tpis. xxx. vel. xl. an. in qua nō requiritur aliquis titulus, sed currit negligentia non petētis. l. si quis emptionis. §. j. l. sicut. ⁊. l. oēs C. de prescri. xxx. an. ⁊ illa poterit habere locũ, non obstante ꝓhibitione in re ꝓhibita alienari, qꝛ ibi non curatur d̓ titulo ſm Pau. cuius opi. secutus est Alex. consi. lix. attentis verbis testis. iij. volu. ⁊ Soci. referens istud ꝯsiliũ Alex. ꝯsi. cclj. quoniã in presenti consulta. col. pe. ⁊ Pet. philip. Cor. consi. xxxviij. placet. iiij. col. in prin. j. vol. ⁊ ꝯsi. cccciij. rem arduam. iiij col. iij volu. ⁊ Jas. in. d. §. diui. vlti. col. in. j. lec. sed idē Jas. ibi in. ij. lec. tꝫ ꝯtra opi. Pau. in primo casu, qꝛ dato qd̓ venditio non valeat ꝓpter ꝓhibitionem alienationis, tamen ex quo emptor habet iustam causam erroris, qꝛ ignorauit ꝓhibitionem, prout in dubio presumitur talis iustus titulus causatus errore iusto sufficit ad prescriptionem lꝫ inualidus. l. celsus. cũ materia. ff. de vsuca. ¶ Unde verior ⁊ magis cōis vr̃ opi. Bar. in. d. §. diui. ꝙ res ꝓhibita alienari ĩ vltima voluntate vel per contractũ prescribi possit ꝯcurrente titulo ⁊ bona fide prescribentis spatio longi tpis nedũ longissimi. ¶ Quã opin. firmat Alex. ibi ⁊ Fely. in. d. c. cũ non liceat. col. iij. ver. inquãtũ Abb. referens Alex. ⁊ sequunt̃ plures, quos ipsi allegãt nisi forte autor esset in malafide, qꝛ tunc malafides eius noceret singulari successori in prescriptione longi tpis, sed nō in longissimi, vt qꝛ ꝯstaret ipsum habuisse notitiã de prohibitione per auc. malafidei cũ materia sua. C. de pres. lon. tempo. ¶ Quando aũt esset ꝓhibita simpliciter alienatio per legē vel statutũ in oēs indifferenter ⁊ sic prohibitio esset perpetua, qꝛ tunc res nō dicitur in cōmercio, vt est text. not. in. l. sine emptione. §. j. ff. de ꝯtrah. emptio. ibi morbus ciuitatis in cōmercio non existunt, quem tex. ad hoc allegat Bar. in. d. l. filiusfami. §. diui. col. iij. ver quero an per statutũ, teneo ꝙ res sic prohibita alienari non possit prescribi aliquo tempore. excepta prescriptione centenaria, que nunꝗ̃ censetur exclusa, vt. ĩ. dicetur in. ix. q. ¶ Sed si prohibitio legis vel statuti nō esset generalis, sed specialis, vt qꝛ statutũ prohibet bona existentia in territorio alienari in forēses, vel in nō subditũ, dicerē ꝙ nō hēret locũ prescriptio longi tēporis, ex quo titulus est reprobatus a statuto. Sed bene locũ habebit prescriptio. xxx. vel. xl. anno. saltē data ignorãtia statuti in qua non curat̃ de titulo, dũmodo adsit bonafides, que ex cursu tanti tēporis in dubio p̄sumitur, licet de titulo nō appareat vt vult Bart. in. l. cũ querebat̃. in fi. cōmen. C. vnde vi. ⁊ dicam plene in. l. celsus. in. iiij. parte. ff. de vsucap. Nam toto tēmpore de iure ciuili tollitur omnis actio, ⁊ prescribitur quelibet res quãtumcunꝗ̃ affecta vitio reali. l. j. §. ad hoc. C. de anna. excep. ⁊ plene dixi in. ij. parte prin. in xij. q. col. xlj. ⁊ qꝛ isto casu non censetur prohibita alienatio propter ipsius rei naturam ex eo qd̓ non sit in cōmercio, vt in re sacra vel religiosa. Sed potius fauore ciuium, ⁊ sic talis res erit prescriptibilis saltem spacio longissimi temporis. ¶ Ista doctrina colligit̃ ex verbis Bar. in. d. l. fi. col. penul. circa med. C. in quib. cau. in inte. resti. ⁊ Bal. ⁊ Saly. ibi circa regulam. de qua statim dicam.

¶ Et idem qñ res esset prohibita fauore certe persone, vt in fundo dotali, qꝛ ibi nō habebit locũ p̄scrip. lon. tem. ⁊ ita procedat tex. i. d. l. si fundus. ff. de fun. do. ꝗ proprie loqt̃ d̓ ista. Nec pōt itelligi ꝙ loquat̃ in prescrip. lon. tempo. que non erat cognita de iure digestorum glo. in. l. que occidit. ff. ad. l. aqui. ⁊ in. l. iulianus. ff. ex quib. cau. maio. ¶ Idem qñ res est prohibita alienari absꝗ̃ certa solennitate, vt in re minoris pupilli vel adulti, qꝛ si alienetur absꝗ̃ illa solēnitate, nō prescribitur, ex quo titulus est nullus, spatio longi temporis. l. nō est ignotum. C. in qui. cau. cessat long. temp. prescri. sed spatio. xxx. anñ. prescribitur res adulti, sed nō res pupilli. vt no. in d. l. nō est ignotũ. ⁊ in. l. bonefidei. ff. de acquirẽ. rerum do. ⁊ dicã latius in. vj. parte. in. xxiij. casu prime partis. ¶ Confirmatur ista cōclusio, quia statutũ in dubio nō intelligitur excludere prescriptionem. xxx. an. sed dũtaxat longi temporis, vt dicetur plene. ĩ. in. ix. q. huius partis. ¶ Cōfirmatur etiam ex his que sequũtur. ¶ Et ita
5 resideo. ¶ † Addo qd̓ bona alienari ꝓhibita fauore publice vtilitatis prescribi no possunt. ita Bald. consil. cxxj. ꝙ nō possit in fi. iiij. volumi. ¶ Quod verũ est prescriptione cōmuni, sed bene prescribuntur prescriptione centenaria, vel tanto tempore cuius initij ⁊c. ꝑ ea que dixi. s̄. in. vj. q. ⁊ in. ij. limita. ⁊ que dicentur. ĩ. in. ix. qd̓.
6 istius partis. ¶ † Sed queritur, an procedat regula ꝙ ea que non possunt alienari, nō possunt prescribi, ⁊ ecōtra, vide per gl. ⁊ Bar. in. d. l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. col. pen. circa med. ⁊ ibi per Saly. col. vlti. perfecte distinguentē. ⁊ Bal. in vlti. not. qui ꝯcludit qd̓ si res simpliciter ⁊ indistincte prohibet̃ alienari prescribi nō potest. Et sic procedit argu. non est alienabile, ergo non est prescriptibile. ¶ Si vero prohibita est alienatio cum modificatione, vel absꝗ̃ decreto, non procedit argu. ⁊ qualiter ꝓcedat ista regula no. Soci. consi. cclxxj. in causa que vertit̃. col. xvj. ⁊ consi. lxxxvj. in cã cōitatis castri montis nigri. col. fi. ⁊ do. Pet. phil. corn. consilio. ccxciij. videtur prima facie. col. penul. versi. circa secundũ. iij. vol. vbi alleg. glo. in. l. longe. ff. de diuer. ⁊ tempo. pres. ⁊ dicit indistincte, qd̓ argu. non procedit, sed dic vt. s̄. ¶ Addo Bal. in rub. de p̄scrip. col. fi. ver. item scias, vbi tradit regulam, ꝙ cuius rei non potest quis fieri dominus per traditionē factã a domino, eius rei prescriptio non procedit. ¶ † Ex quo infert quod spurius non prescribit contra patrem ex titulo lucratiuo per. l. nemo. cum glo. fina. de vsuca. pro lega. Item qd̓ res prohibita alienari a testatore non potest prescribi ex titulo habito a tali persona. ¶ De quo dic, vt dixi supra.

SUMMARIUM

1 Res tacite prohibita alienari an alienata prescribatur.
2 Agere non valenti de iure non currit prescriptio.
3 Prescriptio ante euentum conditionis an in rebus fideicommisso subiectis currat.

1 **Quinto quero** † quid de re ꝓhibita alienari nō ꝓhibitione expressa sed tacita, vt i re subiecta fideicōmisso conditionali, que est tacite prohibita ex mente testatoris alienari pendente ꝯditione. l. fi. §. sinaũt sub conditione. C. cōmu. de le. no. gl. in. l. cũ pater. §. liberis. ff. de leg. ij. an si fuerit alienata prescribatur. ¶ Istam. q. vtilem ⁊ quotidianam attingit Pau. de cast. in. d. l. fina. §. sinaũt sub conditione, quam legit cũ. §. sed nostra. col. fi. ver. adde aliam vtilitatem, vbi concludit in effectu qd̓ non solum pendēte cōditione cessat vsucapio vel prescriptio
2 qꝛ fideicōmissarius adhuc agere non potest, † ⁊ non valenti agere de iure non currit prescriptio. l. j. in fi. C. de ann. excep. sed etiã postquam ꝯditio extiterit, nō poterit empor incipere vsucapere vel prescribere longo tempore qꝛ in reali prescriptione requiritur titulus. l. nullo. C. de rei vendi. Ex hoc fingit̃ nunꝗ̃ interuenisse titulus, qꝛ tex. in. d. §. sinaũt sub ꝯditione, irritat alienationē in euentũ ꝯditionis, vt extunc bene tñ poterit incipere prescriptio longissimi tēporis, qꝛ in illa nō requirit̃ titulus, ita illuꝫ tex. declarat ibi Pau. de cast. subdens, aduerte tñ ad vnũ, in quo his diebus ꝯsului. nã verũ est ꝙ illa res nō potest vsucapi vel prescribi, qñ alienatio facta fuit per personã prohibitã alienare, vt est ipse grauatus de restituēdo, ⁊ ita loquit̃ ille tex. Si autem alius penitus extraneus qui non continetur sub prohibitione, qui forte rem tenebat vt suam alienauit, nō nomine grauati, sed suo proprio valeret venditio sicut de qualibet re aliena in preiudicium ipsius venditoris, ⁊ sic ex ea tribueret̃ titulus habilis ad vsucapiendũ vel prescribendum ꝯ illũ qui agere posset post euentũ cōditionis, vel qñ fideicōmissuꝫ esset purũ de presenti, vel in diem certũ post diem ⁊ hoc vr̃ tenere Bal. ſm Pau. in. l. ij. C. de vsuca. pro empto. ita not. concludit Pau. de cast. vbi. s̄. ¶ Cuius doctri. late firmat do. Pet. phil. corn. consi. cxvij. licet in hac consultatione. j. ij. ⁊. iij. colum. primo volumine, vbi plene explicat intellectum illius. §. sinautem sub conditione. ¶ Et ꝙ in casu. d. §. procedat prescriptio post euentum conditionis firmat idem Corneus consilio. ccxciij. videtur prima facie. columna penultima versiculo circa secundum tertio volumine, ⁊ consilio. cccciij. rem arduam columna quarta vbi etiam late sequitur predictam doctrinaꝫ Paul. de castro, columna decimaquarta per totum tertio volumi-
3 ne, ⁊ fortius dicit † quod in rebus subiectis fideicommisso currit prescriptio, etiam ante euentum conditionis, quando possessor

habuit

habuit titulum ab alio quam a fideicommissario, ꝛ refert ita velle Pau. ubi supra sed non est verum; quia ipse dicit, ut s. retuli.

SVMMARIVM

1 Renunciari an possit prescriptioni, ꝛ illi per pactum derogari. nu mero. 2.
3 Iuri introducto in odium alterius potest cum iuramento renunciari.
4 Desinentia unius est origo alterius.
5 Iuri iam quesito potest per pactum renunciari, sed per pactum nō potest fieri ne prescriptio currat in futurum.
6 Prescriptio plus potest quam pactum.

1 Sexto quero † an possit renūciari prescriptioni ꝛ illi per pactū derogari. ¶ Hanc. q. monet Bar. in. l. nemo potest, col. penul. ver. querit By. ff. de lega. j. ↄcludens ꝙ prescriptio per pactum tolli non potest, sine cursus prescriptionis impediri motus, qꝛ usucapio, ꝛ prescriptio est introducta principaliter propter bonū publicum per. l. j. ff. de usuca. ꝛ odio creditoꝝ. Ergo illi renunciari non potest. l. ius publicum. ff. de pac. iuncta. l. tametsi. ff. ad macedo. Sed Bar. in. d. l. j. aliter sentit distinguendo inter prescriptionem odiosam ꝛ fauorabilem, ut ibi per eum Alex. in. d. l. nemo. potest, col. penul. post relatas varias opi. dicit ꝙ substantiabilior videtur opi. Barto. ibi per rationes suas. ¶ Et opi. Bar. firmat Areti. ibi circa finem cōmen. ꝛ do. Preposi. qui attestatur eam esse cōem in. c. j. §. preterea. in titu. de cap. corra. ꝛ Angel. are. institu. de usucap. in princi. col. ij. ꝛ. iij. in fine. ¶ Eandem opi. sequitur Panor. in rub. extra de pres. col. fin. ubi Fely. col. pen. ꝛ si. hanc. q. diffuse, examinat ꝛ facit regulam secun
2 dum opi. Bar. quam dicit cōem † ꝙ regulariter prescriptioni nō possit per pactum renunciari, cum. vij. fallen. ¶ Sed dum Bar. in. d. l. nemo potest, dicit ꝙ prescriptio est introducta principaliter in fauorem publicum, non bene loquitur, principaliter enī fuit introducta propter utilitatem priuatam, licet secundario propter bonum publicum, ꝛ ita procedit tex. in. d. l. j. de usuca. ꝫ Ang. Imo. ꝛ do. Alex. in. d. l. nemo pōt. col. penul. ꝛ colligitur ex doc. Bar. in. l. j. col. iiij. ff. sol. mat. ꝛ q̄uis presuppositū Bar. nō sit verꝝ tn̄ ꝓcedit arg. qꝛ iuri inducto principaliter ob priuatam utilitatem, ꝛ secundario ꝓpter utilitatem publicam renuntiari nō pōt, ut ꝑ Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. ꝛ ꝑ Ang. Imo. Are. d. Alex. ꝛ Moder. in. d. l. nemo potest. ubi Ias. col. antepe. ¶ Istam conclusionē ꝙ per pactum non possit renuntiari prescriptioni, sine impediri cursus prescriptionis, ampliat Bar. ubi. s. procedere nedum in prescriptione legali, sed etiam in prescriptione statutaria. (Vide Raph. cu. consi. xc. visa copia precepti.) si statutum dicat, ꝙ debitum prescribatur decem annis, qꝛ ꝫm Bar. hec prescriptio currit negligentia non petentis, ꝛ sic dicitur odiosa. l. fi. in fi. cum glo. C. de edic. diui adria. not. By. in. c. possessor. de reg. iur. in. vj. ¶ Sed videtur dicendum ↄ̄rium, qꝛ illa. l. fi. cum glo. ꝛ By. loquuntur in prescriptione. xxx. anno. nā illa bene est odiosa, qꝛ procedit absq; titulo ꝛ bonafide sola neglientia non petentis, prescriptio vero decē annoꝝ dr̄ mixta non autē mere odiosa, ergo fundamentum Bart. non procedit. ¶ Huic motiuo r̄ndet Ias. in. d. l. nemo pōt. col. antepe. in. ij. lec. ꝙ ista prescriptio statutaria decem annorum est subrogata in locum prescriptionis iuris cōis. xxx. anno. Ideo assumit eius naturā, ꝛ censetur odiosa, prout illa, ꝫm Bal. in. l. in ↄ̄tractibus in prin. in. i. not. per illū tex. C. de nō nu. pec. ꝛ in. c. si quis per triginta. col. vlt. in titu. si de feu. fuc. contro. ubi not. ꝙ prescriptio statutaria minuens prescriptionē longioris temporis assumit eius naturā, concor. adductis per Fely. in. c. illud. colū. ij. de prescriptio. ¶ Aduerte tn̄, qꝛ licet Alex. ꝛ Ias. in. d. l. nemo potest. post alios, ita sicco pede trāseāt cum hac conclusione Bar. qui presupponit valere statutū quod debitū ꝑscribatur. x. annis prout latius tenuit ipse in. l. sequit̄. §. si viam. ff. de usuca. ꝙ hoc non est verū, qꝛ tale statutum non valet de iure canonico tanquā nutritiuum peccati propter malamfidem prescribentis, ut voluit idē Bar. sibi contrarius in. l. omnes populi, in. viij. col. ff. de iusti. ꝛ iu. vide Ange. areti. institu. de usuca. in prin. col. iiij. ubi refert dicta Barto. in. d. l. nemo potest.) ubi dicit in terminis ꝙ nō valet statutū ꝙ qui per decem annos debitū suū non petierit, cadat a iure suo, ꝛ ista est cōis opi. ꝛ vera, ut plene dixi in. iij. parte principali. in. xiiij. q. ij. partis ipsius
3 tertie. ¶ † Primo predictā cōem conclusionem quod per pactum non possit renuntiari prescriptioni, limitat Alex. in. d. l. nemo pōt, ut procedat nisi interuenisset iuramentum, qꝛ cum iuramento pōt renuntiari introducto in odium alterius. c. significante. de pigno. ꝛ ēt iuri introducto secūdario ꝓpter publicam utilitatē. c. cū cōtingat. cum ibi plene not. de iureiuran. ¶ Secundo istam conclusionem limitat Bar. in. d. l. nemo potest, dicens cautelā, ut non procedat qn̄ esset factū pactum ꝙ finita prescriptione per lapsum decem annorum prefixorum a statuto, iterū deberi incipiat, ꝛ toties incipiat deberi, quoties cōpleta fuerit prescriptio per tex. not. in. l. sicut in annos. in prin. ff. quib. modis usufruc. amit. (Adde Ang. are. insti. de usuca. in prin. col. iiij.) Et sequit̄ bar. i repe. l. cūctos ꝑplos. xl. col. C. de sum. tri. dicens ꝙ illud qd̄ nō pt̄ fieri ꝑ viā renuntiationis, fiet ꝑ viā repetite obligationis, ideo vt potest testator, pn̄t ↄ̄hētes dicere. Quoties prescriptū fuerit, toties iterum deberi volo,
4 † qꝛ desinētia unius est origo alterius secundum Bald. in. l. ij. C. ut in possessio. lega. Et sequitur Cepo. caute. xciij. ꝛ caute. c. ꝛ. cix. ¶ Hinc dicit not. Bar. in. d. l. sicut in annos. in fi. princ. ꝙ si in legato vel obligatione est apposita dictio qn̄cunq;, ut quod quis possit petere qn̄cunq;, presupposito ꝙ currat prescriptio statutaria. x. anno. Tamē propter dictionem quandocūq; intelligit̄ facta repetitio, ꝛ sic censentur plura allegata vel plures obligationes, ꝛ consequenter impedietur cursus prescriptionis. ¶ Sed istam limitationem ꝛ cautelam reprobat late Ias. in. d. l. nemo potest. colum. penul. in. ij. lec. Quia per eā fieret fraus statuto, ut ibi latius per eū. ¶ Et eandem latius reprobat Fely. in. d. rub. de prescrip. col. pe. in. vij. fallentia, ubi tangit an per illa verba. Promitto perpetuo vel omni tempore obseruare, vel nullo unq̄ tempore contrauenire ꝛ similia, impediatur cursus prescriptionis, ꝛ quid si quis promisit soluere semp, vel qn̄cūq;, vel oī tp̄e. Per q̄ verba tollat̄ ꝑscriptio sine excludatur, vide ꝑ Bertachi. in repe. in verbo prescriptio. vj. col. in fi. in verbo ꝑscriptio ↄ̄ creditores, ꝛ ibi in sequē. ver. vide an prescriptio possit impediri per pactum, ꝛ quando quis promisit perpetuo attendere ꝛc. vide Soci. consi. lxxxvj. col. fina. versicu. secundo probatur. ꝛ consi. cxvj. colum penul. circa finem, ubi firmat qd̄ prescriptioni non possit renunciari, nec tacite, nec expresse.) ꝛ allegat tex. not. in. l. quod si nolit. §. si quid ita, ꝛ ibi Angel. ff. de edili. edic. ꝛ glo. in. l. j. in verbo, omni tempore. ff. de excus. ꝛ examinat dicta Bar. in. d. l. nemo potest, ubi per Alex. de his verbis. col. fin. ¶ Et tandem concludit Fely. ꝙ tales cautele ꝛ talia verba nō operātur in illis prescriptionibus, quibus expresse renunciari non pōt, ut est regulariter qꝛ si non potest renunciari expresse, ergo nec tacite. ¶ Contrariam partem, quod talia verba generalia ꝛ indeterminata respectu temporis tollant prescriptio[illegible] Bald. consi. cliij. iij. volu.) firmat late Barba. con[illegible] spapiētie fons. col. x. ꝛ. xi. ꝛ do. Fabianus in suo tracta. de emptio. ꝛ venditio. in. iij. q. vij. q. principa. ¶ Sed propterea non est recedēdū a conclusione Fely. que est vera ꝛ magis cōmunis, ut apparet ex
5 allegatis per eum. ¶ † Tertio predictam communem conclusionem limitat ꝛ declarat Bar. in. d. l. nemo potest, procedere respectu, future prescriptionis, sed non respectu preterite, qꝛ iuri iam quesito potest per pactum renunciari, sed non potest per pactum fieri, ne prescriptio currat in futurum, ut ibi per Bar. ꝛ sequuntur cōmuniter docto. ꝛ Fely. in. d. rub. de prescriptio. col. penul. in. i. fallen. ꝛ Areti. institu. de usucap. in prin. col. ij. ¶ Sed miror ꝙ tanti patres non aduertant ꝙ ista. q. videtur hodie superflua saltē in actione personali, in qua principalis debitor nunquam potest prescribi propter malamfidem, nec etiam heres eius, qꝛ ipse tenetur exonerare conscientiam defuncti secundum communes conclusiones, ut plene dixi in. iij. pte prin. in. xij. q. prime partis ipsius tertie, ꝛ id in obligatione personali q̄ nō trāsit nisi in heredē, ꝛ nō sequit̄ fundum nec singularē successorē. l. j. §. si heres. ff. ad treb. nō expedit ꝙ renūtiet̄ ꝑscriptioni, ex quo non currit, nec incboat̄ ꝑp malāfidē. ꝛ pariter nihil operabunt̄ illa verba, ꝙ ꝓmisit soluere qn̄cūq; vel ꝑpetuo ꝛ similia si prescriptio nō currit, ꝛ ideo Bar. in. d. l. sicut in annos fuit in errore suo ꝙ actioni personali prescriberet̄ cū malafide, ꝓ quo ipse tenuit in. l. sequit̄. §. si viā. ff. de usuca. cuius opi. est cōiter dānata, ut alias plene dixi. ¶ Poterit ergo procedere ista. q. in iuribus realibus, ut in prescriptione seruitutum ꝛ aliorum iurium raliū prout proprie loquitur Bar. in. d. l. nemo potest. ¶ Et adhuc tunc videtur dicendū ꝙ prescriptio non procedat, nō quidē propter nullitatem pacti, sed ꝑp malāfidē paciscentis, ut considerat Fely. in. d. rub. col. vlti. ver. postremo considera. ¶ Posset etiam procedere in actione personali, qn̄ quis esset obligatus ex facto sui procuratoris, qd̄ ignoraret, q̄ ignorantia est tollerabilis. l. qd vulgo. ff. ꝓ emp. quia tunc diceretur in bonafide ꝛ prescriberet ēt in actione ꝑsonali, ut declarat But. in. c. fi. de prescri. ꝛ Imo. in. l. sequitur. §. si viam. col. iij. de usuca. ꝛ est de mente Pau. de ca. in. l. fi. §. j. circa fi. commen. ff. rem ra. hab. ¶ † Ex predictis vr̄ inferri qd̄ pre-
6 scriptio plus possit quā pactum, quia nō potest per pactum regu-

lariter tolli, vt s. apparet, et ita dicit Areti. in. l. iiij. §. cato. col. v. ff. de ver. obli. q̃ pbat, q: vnus ex socijs põt acquirere suitatez fundo cõi per prescriptionẽ, sed nõ per pactũ, p iura que alle. gl. tñ. l. j. in verbo, coheredibus. ff. fami. her. dicit cõtrã q̃ plus operat̃ prescriptio q̃ pactũ, sed nõ est vera, et reprobat̃ cõiter p doc. in terminis in quibus loquit̃ not. Cepo. in trac. serui. vrba. predi. c. xx. col. iiij. circa prin. Hinc dixit not. Barb. cõsi. xl. preclare scribit̃. col. fi. qd̃ prescriptio quẽtionalis fortior est prescriptione legali. alibi tñ dixit Bal. in. l. j. C. de serui. et aqua. qd̃ prescriptio equiparat̃ pacto, et h₃ vim cõctus, refert Soci. cõsi. lxxxvj. in cã cõitatis castri montis, colum. fi. ver. iiij. hec cõclusio &c. ¶ Addo Bal. idẽ dicentem consi. clxxxvij. q: cõsuetudo. iiij. vol. et retulit in. j. parte. col. ix. et x.

SVMMARIVM

1 Statutum an possit prescriptionem tollere.
2 Sublata prescriptione simplici, an intelligatur sublata consuetudo.
3 Statutum tollens exceptionem prescriptionis an comprehendat prescriptionem iam completam.
4 Prescriptio statutaria. xl. anno. non tollit prescriptionem. x. an. iuris cõmunis inter presentes cum titulo.

1 **Septimo quero** † an statutum possit tollere prescriptionẽ, Bal. et Saly. in. l. receptitia C. de consti. pecu. cõcludunt q̃ sic. ¶ Eandẽ cõclusionẽ firmant Butri. et Imol. in. c. cũ nobis. de prescrip. (Adde Angel. in auc. vt decete. non fi. cõmu. ver. et not. col. v. et not. qd̃ prescrip. statutaria. x. anno. cõ executionẽ instrumẽti non obstat agenti via ordinaria, vide late Bertachi. in reperto. in verbo, guarentigie executio. ver. xix.) et sequitur Fely. in rub. de prescri. col. pe. ver. fallit sexto, vbi tradit an sint paris potentie pactum et statutũ, de quo per Moder. in reperi. l. vt vim. col. iij. ff. de insti. et iur. ¶ Addo Barto. in. l. cum satis, col. j. C. ne rei domi. vel templo. vbi tradit qñ valeat statutũ excludẽs prescriptionẽ. ¶ † Sed est notandũ q̃ sublata prescriptione simplici, non intelligitur sublata consuetudo, quia aliud est q̃ prescriptio, vt dixi in vlti. qd̃. quarte partis huius qnte princi. in. j. limita.
2
3 ¶ † Sed dubitat̃ an statutũ tollens excep. pscriptionis extẽdat̃ ad preterita, vt cõprehendat prescriptionẽ iam cõpletã. Pau. de ca. consi. cccxiij. viso puncto in antiquis. col. ij. ver. nec obstat determinet q̃ nõ per plura que alleg. ¶ Sed nunquid statutũ disponẽs q̃ res imobilis prescribat̃. xx. annis absq; titulo tollat prescriptionem longi temporis cum titulo a iure cõi introducta vide per Paulu₃ consi. cccxij. alias. cccxvj. venditio ista in anquis, et per do. Bertachi. in reperto. in verbo, pscriptio. ij. circa fi. iij. col. vbi refert quẽdam do. Marchũ de perusio cõsuluisse † q̃ prescriptio statutaria. xv. ann. non tollit prescriptionẽ. x. anno. iuris communis inter presentes cum titulo.
4

SVMMARIVM

1 Derogari an possit prescriptioni per priuilegium.
2 Princeps potest derogare prescriptioni cum clausula non obstãte &c. sed non inferior.
3 Prescribi an possit contra cõcessionẽ seu priuilegium pape factum de plenitudine potestatis.

1 **Octauo quero** † an p priuilegiũ possit prescriptio tolli, vel illi derogari. Bar. Bal. Saly. Pau. et cõiter oẽs in auc. quas actiones. col. vlti. C. de sac. san. eccle. post glo. ibi cõcludunt q̃ sic dũmodo in priuilegio sit clausula. nõ obstãte. Alias dicunt q̃ non valet priuilegiũ cõ prescriptionem. ¶ Quam conclusionẽ late firmat Fely. in. c. nõnulli, in princ. col. xiij. de rescrip. et vltra eum latissime do. Frã. de are. cõsi. xv. reuerẽdissime pater. col. iij. cũ duabus seq. in toto. ij. dub. vbi plene disputat, an sufficiat clausula ex certa scientia, vel de potestatis plenitudine pro sufficienti derogatione absq; alia speciali.

¶ Eandem conclusionem tenet Ange. in. l. j. ff. de concus. Alexã. cõsi. xvj. in cã et lite. col. vj. et. vij. ver. nec ad hoc obstat. v. vol. Soci. consi. lxxxvj. in cã cõitatis castri montis. col. fin. et Iaso. in. d. auc. quas actiones. col. vij. ver. sum in. vi. parte. C. de sac. san. eccl. ¶ Et hanc conclusionẽ intelligo procedere respectu future prescriptionis. Non autem respectu preterite, illa enim non posset tolli p principem, q: esset auferre ius quesitum, quod esset cõ naturalem equitatem, vt in his terminis dicit Bar. in. l. extrauan. ad repeimen. in verbo, videbitur. circa fi. et per ea que late not. in. c. que in ecclesiarum de consti. ¶ † Ex qua conclusione correlarie infero qd̃ princeps potest derogare prescriptioni cum clausula. nõ obstante, sed nõ inferior a principe, q: nõ posset vti tali clausula nec derogare iuri, vt late per do. Alex. et Moder. in. l. nemo potest. col. i. ff. de leg. i. ¶ † Quid autem econtra, an possit prescribi contra priuilegium seu concessionem pape factum de potestatis plenitudine, Bal. in. l. ij. in. v. q. C. de serui. et aqua. concludit quod sic.
2
3

SVMMARIVM

1 Statutum tollens prescriptionem de qua prescriptione sit intelligendum.
2 Prescriptio centum anno. nunquam intelligitur per statutum vel priuilegium exclusa.
3 Statutum disponens contra instrumenta dotalia non currat prescriptio non intelligitur de centenaria.
4 Actio que non tollitur minori spacio prescribi potest spacio quadraginta anno.
5 Consuetudo vel prescriptio cui lex resistit an sit valida.

1 **Nono quero** † presupposito q̃ per statutũ vel priuilegiũ possit impediri vel tolli prescriptio, vt in duabus proxi. qd̃ cõclusum est, que prescriptio, vt in dubio intelligat̃ esse sublata, et cuius tpis. (Vide plene do. Bertachi. firma. in reperto. in verbo prescriptio. ij. col. ver. prescriptio. xl. anno. plura allegantem et in verbo prescri. ix. ver. prescriptione sublata.) ¶ In hac q̃one Bal. tradit no. doctri. in. §. preterea. circa fi. in titu. de capi. corra. vbi est glo. not. dicens qd̃ pro gl. ibi doctro. inclinant q̃ exclusa prescriptione per legem vel statutum, in dubio, nisi subiecta materia aliud suadeat, intelligitur de prescriptione decem vel. xx. anno. in realibus, vel in personalibus intelligitur remota prescriptio longissi. tpis. xxx. anno. ex quo minor non currit, sed si priuilegium vel statutũ potest operari in prescriptione longa de illa sola intelligitur loqui, non de longissima, vt minus corrigat ius cõmune, quã doctrinã sequuntur cõiter doc. in. d. §. preterea maxime. d. Prepo. col. vlti. Et eam sequitur, et cõmendat Pañ. in. c. fi. col. vij. vel. viij. ver. quero quid si statuto, de prescrip. et Fely. in rub. de prescrip. col. vlt. ver. considera scd̃o. Et vltra eũ Areti. pulchre consi. xv. reuerendissime pater. col. penul. in. iij. dubio. ¶ Sed cõ istã doctri. facit decisio Barto. in. l. cum satis. col. i. C. de agri. et censi. lib. xi. et vult q̃ si statutũ dicat q̃ instrumẽta dotalia mandentur executioni, nulla longi tpis prescriptione obstãte intelligitur esse sublata prescriptio, nedũ. xxx. sed ẽt. xl. anno. q: statutũ loquit̃ simpliciter, et ideo simpliciter est intelligendũ. Et tñ tale statutum poterat operari in prescriptio. xxx. anno. ergo non debet extendi ad prescriptionẽ. xl. et propterea Alex. ibi in apost. dicit q̃ illud dictum Barto. sibi nunq̃ placuit. Unde credo qd̃ non procedat, q: est cõ predictam doctri. ab oibus cõiter approbatam.
2 ¶ † Et not. q̃ prescriptio. c. anno. nunq̃ intelligit̃ esse exclusa per statutum vel priuilegiũ ita probat tex. not. cum glo. in auc. vt decete. cõmu. nõ fiant, in verbo, pscriptione. (Adde Jas. in. l. i. col. ij. ff. solu. mat.) et ibi not. Ang. inferens † q̃ statutũ disponẽs vt cõ instrumenta dotalia nulla currat prescriptio, nõ intelligit̃ de centenaria, et notat Bal. et Ang. in. l. i. per glo. ibi. C. ne rei domi. vel templo. et in. l. oẽs. C. de pres. xxx. anno. cũ concor. adductis per Alex. in. l. nemo potest. col. vlti. ff. de lega. primo, et plene not. Fely. in rubri. de prescrip. col. vlti. versicu. considera secundo late confirmãs istam conclusionem quod prescriptio centenaria vel tanti temporis cuius initij &c. nunquam censetur exclusa per statutum vel priuilegium. (Adde dominum. Bald. nouellum in tractatu dotis in septima parte, columna quinta.) Et inter cetera adducit decisionẽ Bar. et Angel. in. l. si quis decurio. la. ij. C. de decur. li. x. dicentiũ qd̃ si statutũ disponat vt instrumentũ exequatur, reiecta exceptione prescriptionis, non intelligitur de predicta, et vltra Fely. Addo Bal. in. l. i. col. ij. circa medium. C. de anna. exceptio. vbi pulchre dicit q̃ si in noua lege vel statuto dicat̃, nulla prescriptione obstãte vel qd̃ nulla currat prescriptio, non intelligitur exclusa prescriptio centenaria, quinimmo tanto tempore excluditur omnis actio, quia omne quod sub mundiali machina gubernatur, renouatur in centum annis, quod est longissimum tempus vite hominum. l. finali. C. de sacrosan. eccle. ¶ Eandem conclusionẽ late firmat Aret. in prealleg. consi. xv. Reuerẽdissime pater. colum. penulti. in. iij. dubio, vbi clare loquit̃ in presenti articulo, et in consilio. xxx. viso thematе, colum. iij. do. Prepo. in. d. §. preterea. colum. vlt. et Alexã. consilio. xl. omisso multiloquio. circa finem. j. volumi. consil. xvj. in
3

causa

causa & lite, col. vj. & vij. ver. nec ad hoc obstat. v. volu. vbi fortius refert tenere Ange. in l. cũ satis. C. de agri. & censi. lib. xj. q̃ nunq̃ intelligitur exclusa prescriptio. xxx. an. ¶ Plus dixit Ang. in l. j. ff. de cõcus. vt refert Alex. in gsi. p̃xime alle. qd nõ põt induci p̃uilegio vel statuto, qd nulla prescriptio currat, sed nõ dicit verũ, q2 licet statutũ dicat q̃ nulla prescriptio nõ intelligit̃ de cẽtenaria, vel tãti tpis cuius initij &c. sed de prescrip. longi vel longis. tpis, iuxta cõem doctri. doc. in d. §. preterea. de capi. corra. q̃s s. retuli. ¶ Et qd possit induci statuto qd nulla currat prescriptio firmat Bal. in d. l. j. C. ne rei do. vel templo. ¶ Eandẽ gclu. tz Panor. in d. c. fi. col. viij. ver. quero quid si statuto de prescri. (Adde eundẽ Pañ. gsi. xciiij. vr̃ primo. j. vol.) dicẽs qd nõ intelligit̃ in dubio exclusa prescriptio tãti tẽpo. cuius initij &c. Quia est alterius nature & fortioris potẽtie, cũ obtineat vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & esti. nam satis est, vt ipse dicit statutũ posse ope-
121 ij. † Item si plures sunt curatores bonox glibet tenet insolidū, z a quo voluerit solidū poterit gseq, vt. ff. eo. l. si plures. Sed ego puto si ab vno solidū fuerit gsequtus, qđ cedere dz actionem aduersus alios gcurratores, vt. C. de diuid. tut. l. ij. sine cessione nō vr̄ q̄ agere possit aduersus curatores, qz nō tenebat nisi đ dolo, vt. s. dixi, vnde si ex dolo suo prestiterit aliquid, non habebit actionem aduersus cōcuratores sine cessione, vt. ff. de tut. z rat. distra. l. j. §. nūc tractemus vel fugias istā diuersitatē, z predicta fuerunt scripta per do. Odofre. ff. de cur. bon. Benedictus Deus amen.

FINIS

De fructibus libri quatuor,

Joāne Copo Parisiensi authore.

Christianissimo Francorum

Regi Francisco, eius nominis primo, Joannes Copus felicitatem optat.



Vereor ne supra modū temerarius, meiq̧ pene oblitus, videar, princeps christianissime, qui cum neq̧ eruditione satis, z ingenio parū possim intempestiuis meis nugis tuā maiestatez interpellare audeaz, neq̧ preuideam idem mihi imminere periculum, in quod olim nimium fragilibus pennis confisum Icarum incidisse, poetarum fabule narrāt, qui cuz audatiori volatu altius iter egisset, solemq̧ propius contingere nō dubitasset, preceps in mare prolapsus, imprudentie sue z temeritatis penas persoluit. Que sane a priscis illis z sapientissimis poetis conficta fabula, nos admonet, ne altius quam pro nostra sorte efferamur, neue temere ad venerandam illam, z sole ipso clariorez principis maiestatem accedamus, ne velut eius contemptores in capitale periculum precipites ruamus. Sed cum considero admirabilem tuam, cum erga omnes clementiam, tum vero singularem erga bonarum artium studiosos humanitatem, non est quod reformidē in tuum conspectum prodire, tibiq̧ has ex longa z assidua ciuilis nostri agelli cultura, collectas fructuum primitias offerre, quas iucundissime te suscepturum vt credam recens adhuc defuncti medici tui Guilielmi Copi patris mei memoria suadet, quem dum viueret tanti fecisti, vt tuam, totiusq̧ nobilissimi sanguinis tui, salutem eius fidei commisseris, amplissimisq̧ z plane regijs beneficijs euz honoraueris, vt omnes nostras facultates quas ille moriens nobis reliquit, liberalitati tue acceptas referamus. Itaq̧ mihi ipsi persuasi hos nostros fructus, licet non admodum pretiosos, paterno tamen nomine tibi gratissimos fore, teq̧ fauore illo quo olim patrez, nunc quoq̧ filium prosecuturum, quem paterni exempli imitatorē, eiusq̧ erga te fidei z obseruantie heredem habes. Uale.

Michael Furneus candido lectori. S. P. D.

Quo nam fato fieri dixerim (candide lector) vt cum nostra, z maiorum nostrorum memoria, tot omnium disciplinarum peritissimi viri, z prosa, oratione, z versibus valuerint, plures tamen ad ineptias z fabellas, quam ad res graues, z libero homine dignas, calamum suum contulerint z Alios scripsisse res amatorias video, quod recte ne factum fuerit, ipsi viderint, cuz permulti adolescentes qui in bonam alioqui frugem euasissent, illarum illecebris irretiti, e recta via declinarint. Nam (vt ait ille) adolescentium

adolescentium indolem non tam iuuant que bene facta sunt, quāꝗ pessime. Alios fabellas, stultas questiones, ⁊ genealogias expressisse, cum tamen eas Paulus apostolus (quod sacre litere vas electionis vocant) semper vitandas non solum nos admonuerit, sed ⁊ suo iure preceperit. Alios de aliorum dignitate detraxisse intelligo, vt ipsis fuisset nil didicisse melius. Nec me preterit quosdā presertim inter eos, q̄ i legalib⁹ studijs etatē suā ꝯsumpserūt, eo temeritatis ipudētie deuenisse, vt ꝙ vn⁹ vno i loco tradidisset, id rursus alij i alijs paucis mutatis verbis inculcarent, atꝗ ita crābē nō solū bis, aduersus vetus grecoꝝ ꝓuerbiū, sed ⁊ plus milies ponerent. Hoꝝ ego neꝗ iudiciū ꝓbaui vnꝗ̄, neꝗ laborē magnifeci. Quid enim eos magnifacere, qui aut puerilibus fabulis, aut repetitionibus superuacaneis libros suos referciunt? At longe aliter profecto ⁊ rectius mihi fecisse vr̄ noster Copus, qui cū nuꝑ in studiosorum gratiā aliquid scribere statuisset, id sibi argumēti pretulit qđ ⁊ oibus vtilissimū, ⁊ a nemine adhuc videri posset digne tractatū. nā quid vtilius, q̄ꝫ que quotidie in vsu sint ea afferre? Aut quid aliud est qđ magis quotidie in vsu sit, hac eiusmodi fructuū materia? Et q̄ꝫ nunꝗ̄ digne tractata ea fuisset, si que ab alijs suꝑ alios in eā scripta sunt. cū hoc Copi libello ꝯtuleris, facile statim (opinor) intellexeris, nōnulli, fortasse, eius hunc laborē vituperabunt, ꝙ in recitandis ita vt scripte sunt legibus, nō paꝝ frequēs, ⁊ quasi ꝯtinuus fuerit. Ast ille eā solū ꝓuinciā sibi hic assumere voluit, vt q̄ ad fructuū materiā pertinebāt leges cū īfinite sint, ⁊ ꝑ varia vtriusꝗ iuris loca hincinde disperse, luculenta quadā ꝯsonātia in vnū cogeret, potius q̄ꝫ de suo quicꝗ̄ afferret. Nempe prestātissimū Iuriscōsultū sextū Papyriū, a quo ius ciuile Papyrianū nūcupatū, imitatus, qui cū olim leges Regias sine ordine latas videret in vnū qdē eas cōponere q̄ꝫ a se inuentū quidꝗ̄ superaddere maluit. Qua in re maiorē mea quidē snia vr̄ promeritus laudē, q̄ꝫ si longissimos in leges excudisset cōmentarios, Atꝗ vtinā ꝑ his q̄ ꝯ̄ Iustiniani edictū, tā imēsa (proh dolor) tanꝗ̄ infinita ⁊ superuacanea habemus nostroꝝ doctoꝝ volumina, id genus cōpositiones, aut si mauis legum ꝯsonātias haberemus. Sic. n. fieret, vt ⁊ ipse leges, mutua eaꝝ collatione alie ab alijs, sine alia interpretatione facile lucē acciperent, ⁊ nos minore cū tēporis, tum pecuniaꝝ ipendio eas disceremus. Quod vt aliqn̄ fiat hanc eiusmodi miro ordine atꝗ artificio contextam Copi nostri primā feturā, qua meret̄ animi alacritate (candide lector) suscipias. Id eniꝫ si feceris, nō solū Copo (cuius tā egregiam tibi nauatā operā ingratus es, si nō digno fauore ꝓsequeris) sed ⁊ eruditissimo cuiꝗ ad id genus alia tibi moliēda, peragēdaꝗ animū facile adieceris. Vale Lutecie Parisioꝝ ad. viij. Calen. Septembris. Anno ab incarnatione Christi. M. D. xxxv.

Joannis copi iurisconsulti de fructibus. Liber. j.

Que res fructus appellatione continentur. Titu. j.

SVMMARIVM

1 Fructus quid ⁊ vnde dicatur.
2 Fructus nomine que contineantur.
3 Fere bestie qn̄ ciuili, ⁊ qn̄ gentiū iure occupentur.
Arbores qn̄ in fructum computentur, ⁊ quando non.
4 Fructuario fundi non licet frugiferas arbores excidere.
5 Arbores non cedue vi tēpestatis deicte, an efficiant̄ vsurarij.
Lapides in fundo reperti, an sunt vsurarij, an vero ad proprietariū spectent.
6 Fructus appellatio latior est quam frugis.

De propria fructus significatione. Cap. j.

1 Fructus† a ferendo dictus (vt marcus varro q̄rto de lingua latina libro scribit) oēs res quas fert fundus ⁊ que in fundo ferunt̄, cōprehēdit, q̄ꝫ descriptionē Celsus approbās fructū esse ait, quicqd in fundo nascit̄, qcqd inde percipi pōt. l. itē si fundi de vsufruc. ⁊ ita Paulus quoꝗ definit. l. ar-
2 bores de vsufruc. adeo † vt si lapicidine, cretifodine, auri, argenti, fodine, vel cuiuslibet alterius fuerit, in fructu habeant̄ id. ꝫ Vlpianus lib. xxxv. ad sabinū rn̄dit. l. diuortio. §. si vir solu. mat. Aucupia quoꝗ, venationes, ⁊ pisca. in fructu recte esse dn̄r, ꝙ vtiꝗ itelligēdū est, cū fructus fundi ex his potissimū cōstat alioqui venatio-
3 nem, labeo. l. venationē de vsu. fructū fundi negauit esse, † nā si alia est maior fundi vtilitas quā venatio, fere bestie, nō iure ciuili, vt fructus, sed iuregētiū primo occupāti acqrunt̄. l. vsufructuariū de vsu fru. sed ⁊ arbores ceduas, vel cremiales in fructū cedere, Vlpianus. lib. xxxv. ad Sabinū scribit. l. itē si fundi. §. fi. ⁊. l. seq. de vsuf. qđ Celsus, Trebatius, ⁊ Pomponius probant. d. l. diuortio. §. si fundū. Grandes aūt vel frugiferas arbores in fructū nō cōputari, idē Vlpianus ait. l. equissimū de vsufruc. his enim excisis, substātia fundi salua nō remanet, fundusꝗ deterior efficit̄. d. l. equissimū.
4 l. sed et grandes de vsufru. † quare fructuariuꝫ arbores frugiferas excidere nō posse, Iulianus, Celsus, ⁊ Paulus, putant. l. arboribus de vsufr. Huc pertinet, qđ Vlpia. lib. xxvij. ad edictū scribit. d. §. si fundū, arboribus euulsis, vel vi ventoꝝ deiectis, vsꝗ ad vsuꝫ suū, ⁊ ville, posse vsufructuariū ferre, nec materia eū ꝑ ligno vsurū, si hꝫ vn̄ ligno vtat̄, alioq, ⁊ si totus ager hunc casum passus sit, oēs arbores auferet fructuarius, ꝙ ei nō ꝯcedit̄, neꝗ. n. in fructu sunt.
5 Idē Vlpia. d. l. diuortio. §. si vis. † Si arbores (inquit) non cedue vi tēpestatis ceciderint, dici oportet preciū eaꝝ restituendū mulieri, nec in fructū cedere, nō magis q̄ꝫ si thesaurus fuerit inuētus, in fructū. n. nō cōputabit̄, sed pars eius dimidia restituet̄, quasi in alieno inuēti. Idē ēt rn̄dit. l. ex lapidicinis de iu. dot. lapides in fructu nō esse, nisi talis sit fundus, vt lapis ibi renascat̄. vnde si ex lapidicinis dotalis fundi lapides vel arbores q̄ fructus nō essent, siue superficiē edificij dotalis, mulieris volūtate maritus vendiderit, Pomponius scripsit, nummos ex ea venditione receptos datis esse.
6 Ex supracriptis apparet, † paulo altiorem esse fructus appellationem quā frugis, neꝗ. n. oia que fert fundus, fruges recte dicuntur, nā ⁊ Iulianus scribit. l. frugē de ver. signi. falsum esse, fruges oēs esse, quibus homo vescat̄, nō enim carnes, aut aues, ferasue, aut poma, fruges dici. Ceteꝝ frugē pro reditu appellari Vlpianus rn̄dit. d. l. frugē, nō solū qđ ex frumētis, aut leguminibus, verūēt qđ ex vino vel ex syluis ceduis, cretifodinis, lapidicinis, capitur.

SVMMARIVM

1 Fructus in genere sumptus quid significet.
2 Fructus a fruendo quare dicatur.

De generali fructus significatione. Cap. ij.

1 Generaliter tamen, † ⁊ nō ea tantū, que in fundo fe-
runt̄, sed oia lucra, oia emolumēta, oēs deniꝗ cōmoditates, que ex re qualibet percipi pn̄t, appellatione fru-
2 ctus ꝯtinent̄, † vnde a fruendo, fructū quidā dictū putant, qđ oia q bus fruimur cōprehendat, nā ⁊ qui ex pecudibus nascunt̄ fetus, in fructu sunt, sicut lac, ⁊ pilus, ⁊ lana, vt Caius lib. ij. reꝝ quotidianarum rn̄dit. l. in pecudum de vsuris, quaꝫ sententiam diuus Iustinianus probat. §. in pecudum de rerum diui.

SVMMARIVM

1 Partus ancille, an inter fructus numeretur.
2 Partus ante diem fideicōmissi cedentem editus nō ꝯtinetur fideicommisso.
3 Rogatus restituere hereditatē, ancillaꝝ partus non retinebit.
4 Pugnantia inter iuriscōsultos etiam antiquos non modica.
5 Iurisconsultoꝝ due secte a quibus introducte.
6 Contrarietas nulla inter leges reperitur, licet bene inter iuriscōsultorum responsa sit repugnantia.
7 Pandectarum cōpilatores memoria lapsi.
8 Distinctiones accursij ridicule ⁊ inepte.
9 Partus ancillaꝝ, an reditus appellatione contineatur.
10 Partus ancillarum retinere non potest qui hereditatem restituere rogatus est.
11 Ancile hereditarie dicuntur que fuerunt ipsius testatoris.
12 Accursius falsi accusatur.
13 Partus ancillarum a quibus inter fructus nominentur, ⁊ a quibus non.
14 Fructus in sacris literis qnādoꝗ pro operibus capitur.

An partus ancille in fructu sit. Cap. iij.

Sed an partus ancille in fructu esset, vetus qđ fuit, idꝗ vel Cicerone teste, cuius, primo de finibus bonoꝝ ⁊ malo-
1 rum libro, verba hec sunt. † An partus ancille in fructu

sit habendus, disseretur inter principes ciuitatis. P. Scenolam, Marcūq; Manliū, ab hisq; M. Brutus dissentiet qđ & acutū genus est, & ad vsus ciuium non inutile, hactenus Cicero Manilius & Scenola ancille partum in fructu esse rñderūt, ea de causa, quod sicut in ceteris animantibus, illorum fetus in fructu est, ita ancille partū in fructu esse voluerunt, pluresq; iuriscōsulti in hāc sententiam concessere. Nam & Julius Paulus lib. xiiij. rñsorum, heredem, qui rogatus erat, post mortem suam hereditatem sine reddi
2 tu restituere, rñdit. l. paulus ő vsu. l. paulus ad legem fal. † Partus ante diem fideicommissi cedentem editos fideicommisso nō cōtineri, sed ad heredes eius qui rogatus est pertinere, eosq; in quartam, & quarte fructus computandos, si de lege falcidia qđ intercedat. Idem apud Neratium esse refert, eum qui similiter rogatus esset, vt mulierem restitueret, partum eius restituere cogendum non esse, nisi tunc editus esset, cum restituendo fideicommisso moram fecisset. Sed Papinianus cōtra sensit, ait enim. l. deducta §. hec he
3 reditatem ad Trebel. † rogatum post mortem suam exceptis redditibus, hereditatem restituere, ancillarum partus retinere non posse, quam sententiam Ulpianus probans, si quis (inquit). l. mulier. §. sed enim ad trebel. rogetur hereditatem restituere, placere, eum cogi reddere partus, si se extāt, & partus, q; hi in fructibus nō habentur. Non enim, sicut pecudum fetus, ita ancillarū partus in fructu esse, M. Brutus rñdit, cuius sententiam obtinuisse, Ulpianus lib. xvij. ad Sabinum refert. Nam (vt eleganter Caius. d. l. in pecudū de vsuf. scribit) absurdū videbat, hominem in fructu esse, cum omnes fructus, rerum natura, gratia hominum procreauerit, & hanc rōnem diuus quoq; iustinianus lib. ij. institutionū pbat
4 §. in pecudū de rerum diui. † Neq; porro cuiq; mirum videatur, quod dicimus, a Papiniano & Ulpiano, Julium, Paulum dissensisse, quasi vero fieri nō potuerit, vt veteres illi Jurisperiti, dum ↄsultoribus de iure responderent, in ↄrias sententias irent, sed oēs ex cōposito, vno ore, vnoq; ↄsensu, proposita qualibet, facti specie, eadem responsa darent, naturaliq; illa ad dissentiendum facilitate carerent. Neminē arbitror tam temerariū futurum, qui. M. Ciceronē falsi arguere ausit, qđ scripserit primores illos ciuitatis Romane iurisconsultos. P. Scenolam. M. que Manliū, in. ş. scripta qōne dirimenda, a. M. Bruto dissensisse, nosq; eum non feremus, qui Paulum Sceuole & Manilij Papinianū vero Ulpianum, & Caium. M. Bruti sententiam secutos esse probauerit. Sed quis nisi ciuilis historie imperitissimus, asserverit, Antistio Labeoni, & dissoluendis huius discipline nodis, cum Atteio Ca
5 pitone bene semper conuenisse? † cum hi duo, contradicendi studio (vt Pomponius refert). l. ij. ő orig. iur. diuersas iurisconsultorum sectas fecerint, quas Massurius Sabinus & Nerua longe lateq; auxerunt. Quid quod Cassius & Proculus, has easdem dissensiones in dies magis ac magis promouendo, eousq; processerūt vt alij Cassiani, alij Proculiani, appellarentur, ex quorum omniū responsis, cum a Justiniano quinquaginta digestorum libros compositos esse constet, qua tandem rōne defendemus, nulla in his libris iurisconsultorum inter se pugnantium contrarias sententias reperiri? Sed audio Justinianum, ex imensa illa & cōfusa veteris iurisprudentie librorum multitudine, ea tantum, in hos quinquaginta libros digessisse, que ad vsum quotidianū necessaria, firmissimiq; iuris & equitatis rationibus niti viderentur, queq; inter se optime
6 conuenirent, nullamq; in eisdem libris antonomiam reliquisse. † qđ equidem verum esse fatemur, non tamen ad iurisconsultorū responsa, sed ad leges illas quas nomothete promulgarunt, referri oportere dicimus. Sed concedamus. ş. scriptum Justiniani edictum, in his etiam iurisconsultorum responsis, que in quinquaginta libros redacta sunt, expressum, esse non continuo vlla in ijsdem libris contraria responsa deprehendi posse negabimus. Ji enim quos ad cō
7 ponendum † Pandectarum opus Imperator Justinianus delegit, & si iuris in primis periti fuerint, tamen vt homines errāt, memoria labi potuerunt, contrariaq; iurisconsultorum responsa alijs, atq; alijs titulis interserere quod ipsemet Justinianus ingenue fatetur, cum ait, omnium meminisse, & in nullo prorsus peccare, diuinitatis magis esse quam humanitatis. Idem in ea quam pro Codicis & Pandectarum libris confirmandis ad Tribonianum misit epistola, nullam (inquit) secundum quod possibile est, discordiam derelictā esse, nimirum id probe sciens, vix fieri posse, quin in tanto opere aliqua discordia relinqueret. Nouum igitur aut absurdum nemo existimet, qđ in hoc iuris articulo, Julius Paulus & Pa
8 piniano, Caio, & Ulpiano dissentiat. † Omnes enim distinctiones quas adducit Accursius, vt illum cum his conuenire cogat, facile quiuis ineptas esse, & ridiculas intellexerit. Et primum quidem in hunc modum distinguit Accursius. d. l. paulus de vsu. & in. d. l. deducta. §. hereditatem ad sena. Trebellij, vt Paulum, de partu ante diem fideicōmissi cedentē edito, Papinianum vero, de eo q̄ postea editus est, sensisse dicamus, quasi vero in dubiū vocaret Papinianus, an editi post moram partus, fideicōmissario restituendi essent an nō, & de iure apud oēs certo & indubitato rñderet, ac non potius controuersia in eo esset, an appellatione redditū, ancillaꝝ partus ↄtinerent. Cum enim hereditatem, exceptis redditibus, re
9 stituere quis rogatus esset, dubium erat, † an partus ancillarum, vt redditus, retinere posset, rñdit Papinianus non posse, neq; enim testatorem, qui a restitutione fideicōmissi redditus excepit, ancillarum partus excepisse videri, cum inter reditus non cōnumerentur. Quare non sine causa hereditatem exceptis redditibus restituere rogatum ancillarum partus retinere non posse absolute dixit Papinianus, quasi ita diceret. Js q hereditatem, exceptis redditibus post tempus restituere rogatus est, omnes quidem fructus, obuentiones, redditus, quos ante diem fideicōmissi cedentem percepit, retinere potest, at partus ancillaꝝ non pōt, cum in fructibus, redditibus, vel obuentionibus non habeantur, & ita interpretandum esse,
10 Ulpianus in. ş. scripto rñso apertissime ostendit, inquiens. † Si qs rogetur hereditatem restituere, cogi reddere partus, si qui extant, & partuum partus, q; hi in fructibus non habentur. Ex his apparet, primam hanc Azonis distinctionem plane ineptam esse, Cum enim dixit Ulpianus, Heredem cogi reddere partus, & partuum partus, non subiunxit, qui post moram vel diem fideicommissi cedentē percepti sunt, sed q; hi in fructibus non habentur. Alioquin non specialiter partus tantū, sed generaliter oēs fructus heredem cogi reddere Ulpianus dixisset & Papinianus, non tm̄ ancillarū partus, sed nullos fructus heredē retinere posse dicere debuisset. Sed vt. ş. diximus ideo Ulpianus cogi heredem partus ancillaꝝ restituere, specialiter dixit, q; omnes fructus medio tēpore perceptos, retinet partus ancillarum eodē tēpore editos, restituere dꝫ, q; in fructu nō sunt. Altero modo Accursius distinguit, vt de partu ancille aliene que testatoris non erat, opinio Pauli procedat, at Papiniani Ulpianiq; rñsum, in partu ancille, qui propria testatoris erat, locum habeat, que distinctio, eque ac superior, improbanda venit, cum Paulus, in neutro ex. ş. scriptis rñsis vel vnū verbū expresserit, ex quo conijcere debeamus, eum de partu ancille aliene loqui, imo vero, de partu ancille que testatoris fuit, eadē rñsa in
11 telligenda esse, ipsius verba declarant, † que de partu ancillarū hereditarium expressa sunt, nisi forte eas tantum, ancillas hereditarias dici putemus, q̄ nō ipsius testatoris, sed alterius fuerūt. Postremo tradit Accursius apud Papinianū de partu ancille agi q̄ exceptis redditibus, vel sine redditu per fideicōmissum relicta est, apud Paulum vero, de partu eius ancille tractari, que simpliciter, & absolute non addita hac clausula, sine redditu per fideicom
12 missum relicta est. † Esset hoc insimulandus falsi Accursius, qui expressam ad verbum clausulam, responso iurisconsulti detrahere audeat, nisi detracta hec clausula, postremā hāc eius distinctionē infirmaret, tātū abest vt adiuuet. Si enim is, qui, exceptis sibiq; retētis redditibus hereditatē restituere rogatus est, ancillaꝝ ptus retinere nō possit, sꝫ eos fideicō. restituere cogat, multomagis nulla retētionis fructuū mētione facta, hēditatē restituere iussus, ptus ancillaꝝ restituere cogēdus erit. Sed & hāc distinctionē, oblitus sui Accursius, oleo in loco refellit, vbi hereditatis q̄ sine redditu vel simplr nō adiecta hac vel simili pticula, fidei alicuius restituēda cōmittit, eādē cām esse recte putat. d. l. paulus. de vsu. His ergo friuolis & nullius momēti distinctionibꝰ reiectis (vt rei veritas hꝫ) dōꝫ
13 esse arbitramur. † Pau. cū Manilio & Scenola existimasse i fructibus ancillaꝝ ptus hēri, Papi. vero caiū & Ulpia. Bruti opinionē secutos, id negasse, quoꝝ snīa tanq̄ humanior recepta est. ¶ Nōnunq̄ tm̄ fructū metaphoricos p ptu vsurpari vel sacre litere nos docēt, nā vt diuus Lucas Luce. c. ij. scriptū nobis religt, archāgelus ille Gabriel salutis nr̄e assertorē Jesū Christū sacrosā. virginis
14 Marie ptū bn̄dictū fructū appellare nō dubitauit. † Jllud ēt notissimū est fructū p operibus i sacris lr̄is frequētissime vsurpari. quoties. n. vel Christus ipse, vel apostoli nos ad pagēdas bona opera exhortant, fere sp verbo fructus vti solēt, vt apud Matthēū ca. ij. Facite fructus dignos penitentie, & innumeris alijs locis.

SVMMARIVM

1 Fetus animalium, prediorum rusticorum redditus, prediorum vrbanorum pensiones pro fructibus capiuntur.
Fructus nomine que comprehendantur.
2 Usure vicem fructus obtinent.
3 Uestimenta & scyphus in fructibus computantur.

4 Fructus

4 Fructus rerum omnium mobilium, immobilium, corporalium, & incorporalium esse possunt.
5 Terra ferarum ne, an hominum potius gignere dicatur.
6 Hominis causa rerum copie omnium comparate.
7 Animalia omnia hominis gratia in esse producta.
8 Sus in escam homini datur, ad nil aliud utilis.
9 Homini cuncta & mari, & terra homini seruient.
10 Fructus dicitur quid hominis usui accommodum est.
11 Instrumentorum & rationum nomine que veniant.

¶ Quod omnium rerum sint fructus, ad usum hominum procreati. Capitu. iiij.

Sed ut unde digressa est eo

1 nostra redeat oratio, † non solum animalium fetus, aut prediorum rusticorum reditus, sed & prediorum urbanorum pensiones, pro fructibus accipi Ulpianus lib. primo. ad edictum respondit. l. prediorum de usu. Mercedes quoque a colonis acceptas, loco fructuum esse, operas quoque seruorum, item vecturas nauium & iumentorum, in eadem esse causa, qua sunt pensiones, idem Ulpianus scripsit. l. mercedes de peti. here. Idem etiam libr. xj.
2 ad edictum ait. l. usure de usu. † Usuras vices fructuum obtinere, & merito, non debere a fructibus separari, & ita in legatis, & fideicommissis, & in tutele actione, & in ceteris bonefidei iudicijs seruari. Denique (ut Jabolenus ait. l. in fructu de usufruc. lega.) in fructu esse intelligitur, quicquid ad usum hominis inductum est. Secundum quam definitionem, omnium rerum, fructum aliquem esse, Caius lib. vj. ad leges duodecim tabularum exactissime declarat, querit enim. l. videamus de usuris. An in omnibus rebus petitis, in fructibus quoque possessor condemnetur. Quid enim si argentum aut vestimentum, aliamue similem rem? quid preterea si usumfructum aut nudam proprietatem, cum alienis usufructus sit, petierit? neque enim nude proprietatis, quo ad proprietatis nomen attinet, fructus ullus intelligi potest, neque usufructus, rursus fructus eleganter computabitur. Quid igitur si nuda proprietas petita sit? ex quo perdiderit fructuarius usumfructum, estimabuntur in peti-
3 tione fructus. Item si usufructus petitus sit. † Preterea Gallus Aelius putat, si vestimenta aut schyphus petita sint, in fructu hec enumeranda esse, quod locata ea re, mercedis nomine, capi potuerit. Iter quoque & actus si petitus sit, vix est, ut fructus ulli possint estimari, nisi quis commodum in fructibus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petisset ire, agere non prohiberetur, quod admittendum est. Fructus etiam rei secundum Ja-
4 bolenum. l. fin. de usu est, vel pignori dare licere. † Ex his perspicuum est, non tantum fundi, sed & omnium rerum, mobilium, immobilium, corporalium, incorporalium, aliquos fructus esse, atque ad usum hominum procreatos, quam rem M. Cicero libro de legibus. j. eleganter describit, in hec fere verba. Ad hominum commoditates & usus, tantam ubertatem rerum natura largita est, ut ea que gignuntur donato consulto nobis non fortuito nata videantur, nec solum ea que frugibus atque baccis terre fetu profunduntur, sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Idem lib. secundo, de natura deorum, hac eadem de re copiosius disserit, quem locum, memoratu sane dignum, non alienum esse existimaui
5 hic interserere, ipsius Ciceronis verba referre. † Tertia (inquit) fera frugibus & vario leguminum genere, cum maxima largitate fundit ea, ferarum ne an hominum causa gignere videtur? Quid de vitibus, oliuetisque dicam? quarum uberrimi letissimique fructus, nihil omnino ad bestias pertinent, neque enim ferendi, neque colendi, nec tempestiue demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi, ulla pecudum scientia est, earumque omnium rerum, hominum est & usus & cura. Ut fides igitur & tibias, eorum causa factas dicendum est, qui illis uti possunt, sic ea que diximus, solis confitendum est, esse parata qui utuntur, nec si bestie furantur aliquid ex his aut rapiunt, illarum quoque causa ea nata esse dicimus. neque enim homines murium aut formicarum causa frumentum condunt, sed coniugum & liberorum & familiarum suarum. Itaque bestie
6 furtim, ut dixi, fruuntur, domini libere & palam. † Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas fatendum est, ni forte tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem adfert, quin hominibus solis ea natura donauerit, tantumque abest, ut hec bestiarum etiam causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia comparatas esse videamus. Quid enim oues aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis, homines vestiantur? que quidem neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se, sine cultu
7 hominum & curatione potuissent. † Canum vero tam fida custodia, tanque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos? Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant, non esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem nate ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus cum terre subigerentur, fissione glebarum, ab illo aureo genere (ut poete loquuntur) vis nulla unquam adferebatur. Ferrea tum vero proles exorta repente est, Ausaque funestum prima est fabricarier ensem, Et gestare manu vinctum domitumque iuuencum. Tanta putabatur utilitas percipi ex bobus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur. Longum est mulorum persequi uti-
8 litates & asinorum, que certe ad hominum usum parate sunt. † Sus vero quid habet preter escam? cui quidem, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta nihil genuit natura fecundius. Quid multitudinem suauitatemque piscium dicam? Quid auium, ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum pronea nostra, epicurea esse videantur. Atque he ne caperentur quidem, nisi hominum ratione atque solertia, quanquam aues quasdam & alites, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa, natas esse putamus. Iamuero immanes & feras belluas nanciscimur venando, ut & vescamur his & exerceamur in venando, ad similitudinem bellice disciplinae, & utamur domitis & condocefactis, ut elephantis, multaque ex earum corporibus, morbis & vulneribus eligamus, sicut ex quibusdam stirpibus & herbis quarum utilitates, longinqui temporis
9 usu & periclitatione percepimus. † Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram, mariaque omnia cernere iam spacia frugifera atque immensa camporum, vestitusque densissimos montium, pecudum pastus, tum incredibili cursus maritimos celeritate, nec vero tantum supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris, plurimarum rerum latet utilitas, que ad usum hominum orta, ab hominibus solis inuenitur. Ex his Ciceronis verbis apparet verissimum esse quod
10 Jabolenus. d. l. fin. de usufruc. leg. ait, † in fructu esse, quicquid ad usum hominis inductum est, & ut Caius scribit. d. l. videamus de usuris. omnium rerum fructum aliquem esse. Et hanc sententiam nostri interpretes, secuti, numerum, bonorum, & dignitatum, fructus esse tradiderunt. Unde actuarij & tabellionis salaria, in fructu esse Bar. respon. l. quedam. §. nihil de eden. Idem multas, que condemnatis infligi solent, bonorum item publicationes, que ad principis erarium referuntur, in fructu iurisdictionis haberi censet. l. fin. solu. matri. Quare si mulier, territorium marito in dotem dederit, omnia bona subditorum etiam immobilia, constante matrimonio publicata, dotem minime augere, idem Bart. recte putat. d. l. fin. nec mulieri soluto matrimonio restituenda esse, sed ut ceteros dotis fructus, mariti lucro cedere, que sententia Bald. l. diuortio. §. si vir. solu. mat.
11 quoque & Corne. consil. cclxiiij. incipi. circa vol. iiij. placuit. † Sed & si quis instrumenta sua vel rationes leganerit, idem Bart. quedam. §. nihil de eden. respondit heredem, quicquid ex his emolumenti post aditam hereditatem perceperit, id omne legatario restituere debere. Presentationem quoque, in fructu iurispatronatus esse Inno. & Panor. tradunt. c. consultationibus de iure pa. sicut & conferendi eligendique potestas fructibus sacerdotiorum annumeratur. Quicquid igitur emolumenti quacunque ex re percipi potest id omne fructus nomine comprehendi satis demonstratum est.

SUMMARIUM

1 Fructus specialiter sumitur pro ijs que ex arboribus nascuntur. Glandis appellatione continentur omnes fructus.
2 Edictum pretoris de glande legenda, in quibuslibet fructibus locum habet.

¶ De stricta fructus significatione. Cap. v.

Sed secundum † strictiorem

1 significationem fructus dicuntur qui ex arboribus nascuntur, & sic accipiendum est quod Ulpianus ad pretoris edictum ait. l. unica de glan. legen. Glandis nomine omnes fructus contineri, quod Caius exemplo Grecis sermonis confirmat. l. g venenum §. glandis de

ver.fig.apud quos omnes arborum species acrodrua nimirum apo drnos, id est a quercu cuius appellatione omne arboris genus in-
2 telligitur. † Ideo edictum pretoris quod de glande que in vicini fundum cadit, tertio quoq; de legenda propositum est. d.l. vnica de glan.legen. in fructibus qui ex qualibet arbore proueniunt locum habet.

SVMMARIVM

1 Fructus ciuiliter sunt, qui deductis impensis supersunt.
2 Heres indignus quos fisco teneatur reddere fructus.
3 Fructuum certam quantitatem annis singulis collaturum se pollicitus, nulla impensarum deductione facta prescribit.
4 Decime fructuum absq; vlla impensarum deductione solui debet.
5 Decime de negotiationis lucro debite, deductis impēsis prestāt.

¶ De ciuili fructus significatione. Cap. vj.

1 Nouissime sciendū est † fructus ciuiliter eos demum dici, qui supersunt, deductis impensis que querendorum, colligendorum, & conseruandorum eorū gratia fiunt, & ita Vlpianus, & Paulus definiunt. l.fructus solut. matrimo. l.si a domino. §.vlt. de peti. here. l.quod in fructus. de vsuris. que definitio imperatorum Diocletiani, & Maximiani rescripto confirmatur. l.j. C. de fru. & liti. impen. Unde qui quacunq; ex causa fruct⁹ ex re aliqua perceptos alteri restituere & prestare iure debet, eos fructus reddere cogendus est, qui deductis impensis supersunt, licet predo, & malefidei possessor sit, vt imperator Gordianus Muniano militi Aphrice
2 rescripsit. l.donum. C. de rei vendi. † Hoc amplius etsi lex expresse dicat. d.l.j. C. de his quib. vt indign. integros fructus heredem indignum fisco restituere debere, adhuc tamen ij duntaxat fructus in restitutionem venient, qui sumptibus deductis supererunt, idq; a Bal. & Sali. responsum est. d.l.j. C. de fruc. & liti. impen. Pari ratione si summus pontifex alicui sacerdotium proxime vacaturum conferri mandauerit, ex quo centum modia frumenti annua percipiantur, licet messium tempore, ipso facto plusq; centum modia ex eo sacerdotio quod primo vacare contingit percipiantur, poterit tamen ei qui sub hac forma mandatum a summo pontifice obtinuit hoc beneficium conferri, si deductis sumptibus centum modia tantum supersint, quam sententiam Bal. d.l.j. C. de fruc. & liti. impen. Raphael Cumanus. l.fructus. solut. matri. Paul. Castren. l.nō
3 amplius. de leg. j. & Jas. d.l.fructus. solut. matri. probant. † Si tamen certam & determinatam fructuum quantitatem singulis annis aut mēsibus prestare quis debeat, verbi gratia, colonus, qui fundū ea lege a domino colendum accepit, vt quotannis decem modia tritici domino prestaret, ea integra vt conuentum est, domino dare debet, nec vllam impensarum nomine deductionem facere potest, & hoc a plerisq; responsum est. Bart. & alij doctor. in. l.fructus solu. matri. Sed etsi certa pars pretij, frumenti, vini, olei venditi, aut cuiuscunq; alterius rei, tributi nomine principi debeatur, totius pretij quod ipso facto emptor soluerit prescripta per legem portio, fisco prestanda erit, nullaq; ob impensas in proxenetas vel ipsarum rerum venalium proscriptionem factas, de pretio deductio fiet, sed nec impense que pro querendis fructibus venditis facte sunt deducentur,
4 & hoc iure vtimur. † Simili modo si quis decimam, vicesimam, tricesimam, aut aliam quamlibet partem fructuum quos collegerit soluere teneatur, nullis deductis sumptibus omnium fructuum ipso facto perceptorum decimam aut aliam quam debet partem prestabit, nam vt in superiore, ita in hoc quoq; articulo, non iuris, sed facti, non ciuilis, sed naturalis fructuum significatio spectanda est. & ita rescripto summi pontificis Celestini tertij declaratur. ca. nō est. de deci. cuius verba sunt hec. Volumus & districte precipim⁹ quatenus anteq; vllas deducatis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, venatione, & omnibus alijs bonis, expensas, decimas ecclesijs ad quas pertinent, cum integritate debita persoluatis. Idemq; Inno. iij. non semel sed iterum atq; iterum & sepius re
5 scripsit. c.tua. c.pastoralis. c.cum nō sit. eo. ti. † Uerum que de negotiationis lucro decime solui debent, deductis sumptibus, qui in negotiationē facti sunt, soluēdas esse eiusdē In. iij. rescripto cōstitutum est, in hec fere verba, respōdemus circa res acquisitas vl factas de pecunia decimata cū ipse vendunt deducendas esse expensas, & de residuo, quasi de lucro decimas persoluendas, vt si vendat domus, ager, vinea, clibanus, molēdinū, grex, aut quelibet merces, cū enī lucri ex negotiatione & artificio questi decime sint soluende, impensas prius deduci oportere manifestū est, cū lucrum nisi olbus deductis impensis, ne esse quidem, sed nec dici volo modo possit.

De naturalibus fructibus & ijs qui cura humana proueniunt. Titu. ij.

SVMMARIVM

1 Fructuum omnium in mundi exordio species vna fuit.
2 Fructus in origine sponte sua nascebantur.

¶ Quod omnes fructus primo illo nascentis orbis exordio naturales fuerint. Capitu. j.

1 Expositis ijs q̄ ad fructus definitionē attinēt, deinceps ad diuisionē transgrediamur, & primum quidem illud satis constat, a † prima illa mundi origine, non plures, sed vnam atq; eandem omnium fructuum speciem fuisse, omnes enim fructus ab ipso summo rerum omniū opifice deo, soloq; eius verbo sine cultura cuiusq; & cura, sed sua sponte & nullo cogente nascebantur, vt Moses Geneseos primo testatur his verbis, & vidit Deus quod esset bonum & ait, Geminet terra herbam virentem & facientem semen, lignumq; pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, & factum est ita, & protulit terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum & habens vnumquodq; semen secundum speciem suam. Idem secundo capite scribit. Produxitq; dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, qd ipsum & Ouidius quamuis poeta ethnicus, non ignorauit tamen, sed prima illa & vere aurea etate omnes fructus naturales fuisse apptissime describit hisce carminibus.

2 Ipsa † quoq; immunis rastroq; intacta, nec vllis.
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus,
Contentiq; cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fetus, montanaq; fraga legebant,
Cornaq;, & in duris herentia mora rubetis,
Et que deciderant patula Jouis arbore glandes.
Uer erat eternum, placidiq; tepentibus auris.
Mulcebant zephiri, natos sine semine flores,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaq; de viridi stillabant ilice mella.
¶ Idem Uergilius. j. Georgicon lib. ita scribit,
Ante Jouem nulli subigebant arua coloni.
Nec signare quidem aut partiri limite campum.
Fas erat, in medium querebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
¶ Idem egloga quarta, auream illam etatem aliquando rediturам fingens, sic ait,
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus vua,
Et dure quercus sudabunt roscida mella.
¶ Martialis quoq;, dum insulas fortunatas describit, vel ob id potissimum eas beatas esse predicat, quod in eis omnes fructus sua sponte nascantur, ita inquiens,
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsq; vinea.

SVMMARIVM

1 Terra quo tempore fructus suos sponte sua producere desierit.

¶ Quo tempore ceperint fructus cura hominum & cultura prouenire. Cap. ij.

1 Sed postea quam callidi serpentis astutia, circūuente vxoris suasioni primus hominum parens adquieuit & neglecto Dei pcepto decerptum ex arbore scientie boni & mali pomū comedit, tū demum fructus suos, vt antea solebat, terra sua sponte producere desijt, assiduumq; laborem hominū, & cultum postulare cepit, nam & Moses Geneseos capite tertio refert, Dominū Deū ipsi Adam sic comminatum fuisse, Quia audisti vocē vxoris tue, & comedisti de ligno

de quo

de quo preceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite sue, spinas ⁊ tribulos germinabit tibi, ⁊ comedes herbas terre, in sudore vultus tui vesceris pane. Ad hoc ipsum pulchre ⁊ eleganter allusit Ouidius lib. Metamorphoseon.j. in hunc modum.

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Ioue mundus erat,
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt, pressiqꝫ iugo gemuere iuuenci.

¶ Idem Virgil. lib.j. Georgicon scribit in hec verba.

Mellaqꝫ decussit folijs, ignemqꝫ remouit,
Et passim riuis currentia vina repressit,
Vt varias vsus meditando extunderet artes,
Paulatim ⁊ sulcis frumenti quereret herbam.

SVMMARIVM

1 Fructuum omnium species due a iuri consultis ostense.
2 Fructus ciuiles qui a Bartolo dicantur.
Fructus misti, qui.
3 Questiuncule doctorum iuris inepte contemnende.

¶ Quod inter naturales fructus, ⁊ eos qui humana cura proueniunt species media non sit, ⁊ quam grauiter Bartolus alijqꝫ interpretes tertiam speciem merasqꝫ nugas huic diuisioni adijciendo hallucinati fuerint. Cap.iij.

1 Inc summam †fructuum in duas species diuisionez Pomp. lib.xij. ad Quintum Mutium tradit. l. fructus de vsu. Alios enim ex facto ⁊ operis hominum proueniunt. Alij vero non ex facto hominum, sed natura ⁊ sponte proueniunt, ⁊ hanc diuisionem libr. Georgicon secundo, probat Vergilius hisce versibus.

Principio arboribus varia est natura creandis.
Namqꝫ alie nullis hominum cogentibus ipse.
Sponte sua veniunt
Pars autem posito surgunt de semine.

¶ Sed huic diuisioni Bartolus tertiam speciem addit. l. ex diuer
2 so. de rei vendi. †fructuum quos ciuiles appellat, ⁊ hos definit esse, qui neqꝫ sponte nascuntur, neqꝫ ex facto hominum, sed iure proueniunt, vt mercedes ex locatione edium, ⁊ vectura nauium. Alij Bal. in. l. j. C. de fructi. ⁊ liti. impen. Pan. Cig. Petr. in. l. certam. C. de rei vendic. Pan. ⁊ alij in cap. grauis, de resti. spoliato. mixtos adijciunt, qui partim natura, partim hominum industria obueniunt. Atqui verius est, vt supra ex Pomponio retulimus, duas tantum species fructuum, ⁊ inter eas nullam mediam esse, cũ vtiqꝫ omnes fructus, qui non sola natura ⁊ sponte nascuntur, quiqꝫ sine cultu ⁊ curatione hominum percipi non possunt, industria hominum prouenire dicantur, vt mercedes ex locatione edium, ⁊ vectura nauium, nam ex facto eorum qui locant aut vehẽdum aliquid
3 accipiunt, percipiuntur. †Taceo frigidas ⁊ ineptas nostrorum interpretum circa hanc diuisionem questiones. An oliua naturalis sit fructus, ⁊ quid de oleo dicendum. Quales sunt fructus, lac, pillus, ⁊ alia huiusmodi, indigna que vel pueri tractent, inter que etiã de lana caprina rixantur alijs eam natura, alijs industria prouenire contendentibus, tandemqꝫ post longas altercationes ita conueniunt, vt ad iudicem hanc de lana caprina rixam deferre non varientur, qui eam diffinitiua sententia dirimat, sed de hac diuisione satis, nunc aliam proponamus.

De Fructibus Futuris

Pendentibus, perceptis, ⁊ ijs qui percipi potuerunt. Titu.ij.

SVMMARIVM

1 Fructus in quatuor species diuisi, ⁊ que earum quelibet.
2 Fructus futuri qui dicantur.
3 Legari potest quod in rerum natura adhuc non est, sed futurum speratur.
4 Fructus ⁊ partus futuri, recte possunt emi.

¶ Qui dicantur fructus futuri, ⁊ an in commercio hominum sint. Cap.j.

1 Equitur alia †fructuum in quatuor species diuisio, nam alij sunt futuri, alij pendentes, alij percepti, alij qui percipi potuerunt, quam distinctionem diligenter, ⁊ accurate obseruandam esse, innumera iurisconsultorum responsa passim osten-
2 dunt. †Futuri autem (vt Pomponius scribit. l. quod in rerum. de lega.j.) dicuntur, qui necdum producti formatiue, sequentibus annis nascituri sperantur, quam descriptionem diuus quoqꝫ Iustinianus lib. secundo. Institutionum probat. §. eo quoqꝫ de lega. ⁊ hos perinde atqꝫ iam natos in commercio hominum esse indubita-
3 ti iuris est, nam ⁊ idem Pomponius † quod in rerum natura adhuc non sit legari posse scribit. d. l. quod in rerum veluti quicquid illam ancillam peperisse constiterit, vel ita, ex vino quod in fundo meo nasciturum est, vel fetus tantum dato idemqꝫ Imperator lib. secundo. Institutionum tradit. d. §. ea quoqꝫ. Idez Pomponius,
4 ⁊ †fructus (inquit. l. nec emptio. de contrahen. empt. ⁊ vendi.) ⁊ partus futuri recte emuntur, vt cum editus esset partus, iam tunc cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur. Paulus quod id quod in vtero est, ⁊ futuros fructus in stipulationem deduci posse respondit. l. interdum obliga. Hunc autem stipulatio pura, ex re ipsa dilationem capit, tunc enim incipit actio, cum per rerum naturam fructus promissi prestari possunt. d. l. interdum. Similiter ⁊ legatis conditio inest cum ita legamus, quod ex Arethusa natum fuerit, aut fructus ex eo fundo percepti fuerint, heres dato, quod ⁊ Vlpianus probat. l. j. de condi. ⁊ demonstra.

SVMMARIVM

1 Obligatio fructuum futurorum indefinita quatenus liget.
2 Debens iactũ tessere aut retis, liberatur etiã si nihil capi contingat.
3 Incertum fructuum futurorum quando estimari debeat.
4 Debitor fructuum futurorum tenetur, si fecerit ne nascerentur.
5 Fructuum futurorum obligatio de primis anni fructibus intelligitur.
6 Rescriptum pontificis de sacerdotio vacante alicui conferendo, intelligi debet de primo vacaturo.

¶ Quatenus fructus futuri in obligationem ducti accipiendi sint. Cap.ij.

1 Vare †fructibus futuris indefinite, neqꝫ mensura, neqꝫ temporis circunstantia adiecta, legatis, venditis, in stipulationem aut alium quemuis cõtractum deductis, si nihil eo anno natũ preceptũve fuerit, nihil debetur, cõditione. n. que tacite inerat, deficiente, debitor
2 liberatus est, nec sequentiũ annorũ fructus dz. †Sicut. n. q aleã, captũ piscium, auiuz, vel missilium dz, et si nihil inciderit, liberat, ita q futuros dz, si nulli fruct⁹ nati fuerint q spei tm̃ debitor erat, d. l. nec emptio. de ꝯhen. empt. ⁊ vendi. Sed si id egerit debitor. ne nascãtur fructus, aduersus eũ agi poterit, ⁊ quẽadmodũ si iactũ retis emero, ⁊ iactare rete piscator noluerit, incertum huius rei esti-
3 mandum esse Celsus ait. l. si iactum retis. de actio emp. †ita incertum fructuum qui nascituri sperabantur estimari debet. Sed etsi omnem casuz futurorum fructuum debitor in se susceperit, ⁊ vel vredine vel pruina, vel alio casu, spes fructuum adempta fuerit, incertum huius rei estimandum est. Vnde Labeo lib.iiij. posteriorum a Iaboleno epitomatorum scribit. l. fistulas. §. frumenta. de contrahen. empt. ⁊ vendi. Frumenta que in herbis erant, cum vendidisses, dixisti te, si quid vi aut tempestate factum esset, prestaturum, ea frumenta niues corruperunt, si immoderate fuerunt, ⁊ contra con-
4 suetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit. † Ceterum si neqꝫ id egerit debitor ne fructus nascerentur, neqꝫ casum se prestaturum promiserit, fructibus primo anno non natis, vt supra dixi, liberatur, nec sequentis anni fructibus prestare tenetur. Quod si bis in anno fructus nascantur, de primis tantuz fructibus obligatio cõcepta esse intelligitur. Quod enim in anno dicitur, Vlpianus ait. l. diuortio. §. quod in anno. solu. matrimo. posse dici ⁊ in sex mẽsibus, si bis in anno fructus capiantur, vt est in locis irriguis. Econtrario, si semel tantum pluribus annis, triennio forte vel quinquennio, vt ex sylua cedua, fructus capiantur, de triennij vel quinquennij totius fructibus obligatio futurorum fructuum prestandorum intelligi debet. d. §. quod in anno.
5 ¶ †Quod autem indefinita futurorum fructuum obligatio, de primis fructibus intelligi debeat, multis similibus exemplis comprobatur, nam ⁊ qui calendis Ianuarijs dari sibi stipulatur, si non addat quibus calendis Ianuarijs, neqꝫ appareat de quibus calendis

sit actum, dicendum esse Sabinus ait. l. eum qui calendis. de verbo. obliga. primas calendas Januarias spectandas. Item Pomponius scribit. l. bones. §. hoc sermone. de verbo. signifi. hoc sermone
6 dum nupta erit, primas nuptias significari. † Similiter cum vacās sacerdotium alicui conferri summus pontifex mandat, de eo quod primum vacabit, mandatum intelligendum esse Bonifacius octauus cōstituit. capi. non potest. capit. si clericus. de preben. in. lx. nō abs re igitur & futurorum fructuum obligationem, ad primi anni fructus referri oportere receptum est. Aliter enim interpretantibus eueniet, vt neque de primo, neque secundo, nec de reliquis consequenter annis, actum esse videatur, omnisque futurorum fructuum obligatio propter temporis incertitudinem inutilis, & nullius momenti sit, quod defendi nulla ratione potest.

SVMMARIVM

1 Fructus debiti sub pondere, numero, vel mensura quatenus persolui possint.
2 Pecunia ex fructibus futuris redigenda quando solui debeat.
3 Fructus futuri debentur etiam si nihil eo anno natum sit.

Quomodo fructus futuri certa quantitate adiecta in obligationem deducti accipiendi sint.
Capitu. iij.

1 SI vero † non simpliciter, sed adiecto pondere, numero, vel mensura, fructus futuri in obligatione sint, si primo post contractam obligationem anno, nihil natum fuerit, in sequētes annos donec fructus nati fuerint, obligatio differtur. Hoc enim casu, non sub conditione, sed in diem est obligatio, neque incerte spei, sed quantitatis certe, que tunc demum prestari debet cum fructus quādocunque nati fuerint. Unde Pedius scribit, Eum qui stipulatus est, ex fundo centum amphoras vini, expectare debere, donec nascatur, & si natū sine culpa promissoris consumptum sit, rursus expectare debere, donec iterum nascatur, dari ve possit, & per has vices aut valituram aut cessaturam obligationem, quam sententiam Ulpianus quoque
2 probat. l. inter stipulantem. §. pro quo illud. de verb. obli. † Multo magis si non ipsi fructus, sed certa pecunie quantitas ex futuris fructibus redigenda, in obligatione sit, sequentium annorum fructus expectantur, vt in hac specie, Firmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta, ex reditu prediorum meorum futuri anni. Papinianus respondit. l. firmio. quan. di. lega. cedit. non conditionem additam, sed tempus soluēde pecunie prolatum videri, & fructibus fundi relicte pecunie non perceptis, necessariam esse vbertatem secundi anni, quod & Julio Paulo visū est. l. lucius, de adimē. leg. nā hoc casu, preter quam quod conditio addita nō est, nō ipsam summā legatā minuere vel augere testator voluit, sed vā cōmodius solui posset demonstrare, quod rō Pauli, & Ulpiano, placuit. d. l. lucius. & l. paulo callimacho. de le. iij. Amplius & si nō vno anno neque semel, sed pluribus annis & sepius certa quantitas fructuū futurorum prestari debeat, si aliquo anno natū nihil fuerit, ex sequētiū annorum fructu quod
3 prioribus defuit, supplēdū erit. † Itaque si testator vini falerni, quod domi nasceretur quot annis in annos singulos binos culeos heredē suū Titio dare dānauerit, et pro eo anno quo nihil vini natū esset, deberi duos culeos Jabolenus rndit. l. ex eo vino, de tri. vino, & oleo leg. si modo ex vindemia ceterorum annorum dari possit, nā hoc casu, quamuis plura legate sint singulorum annorum vnum tamen legatum omnium annorum esse videtur, & non separatim sed simul ad omnes annos velut ad vnum, & idem tempus verba conditionalia referuntur, quare quod vno anno deest, ex superioribus vel sequentibus annis suppletur, quasi plures anni essent vnus, vnumque & idem tempus quātum ad hanc speciem attinet. Que sententia non est sine ratione, presertim si cum prefinitione annorum legatum fuerit, nam re vera (vt Martianus ait. l. si cum prefinitione. quā. di. lega. ced.) vnū omnium annorum legatum est, quod & Papiniano placet. d. l. firmio. §. fina.

SVMMARIVM

1 Uendens fructum oliue pendentis, quatenus teneatur.
2 Obligatio fructuum hac adiectione, quod natum erit, qualiter intelligatur.
3 Conditio inesse dicitur in verbis, quod natum erit, qui meus erit, & similibus.

De taxatione adiecta obligationi certe quantitatis futurorum fructuum.
Capitu. iiij.

1 JUlianus tamen lib. xiij. Digestorum scribit. l. si debitor. §. verisimile. de contrah. emp. & vend. Uerisimile esse eum † qui fructum oliue pendentis vendidisset, & stipulatus esset, pro decem pondo olei, quod natum esset, pretium constituisse, ex eo quod natum esset, vsque ad decem pondo olei, idcirco solis quinque collectis, non amplius emptor petere potest, quam quinque pondo olei, que collecta essent. Idem Julianus scribit, Cum certus numerus amphorarum vini legatus esset, ex eo quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset, non amplius deberi placuit, & quasi taxationis vicem obtinere hec verba, quod natum erit. Que Juliani sententia suprascriptis Pedij Ulpianique responsis minime con-
2 traria est, nam in his nulla taxationis verborum mentio fit. † Apud Julianum vero hec verba, quod natum erit, taxationis loco inserta sunt, que conditionem faciunt, & perinde accipienda sunt, atque si ita expressa essent, si quid ex eo fundo natum fuerit, nam & si quis in hunc modum legauerit, Stichum qui meus erit cum moriar, heres meus dato, idem Julianus respondit, patremfamilias magis conditionem iniecisse legato, quam demonstrare voluisse. Item Pomponius scribit, in mortis tempus collatum hunc sermonem, vestem que mea erit, sine dubio pro conditione accipiendam. Sed & Stichum qui meus erit, putat pro conditione accipiendum, nec interesse vtrum ita, qui meus erit, an ita si meus erit, vtrobique enim con
3 ditionem eam esse. † Sicut ergo hec verba qui meus erit, ita hec quoque, quod natum erit, conditionem faciunt, qua, nullis fructibus natis, deficiente, debitor (vt ante dixi) liberatur, nec dissoluta semel obligatio restituitur, licet sequentibus annis vberes fructus nascantur.

SVMMARIVM

1 Frumenta in herbis emere, nemini licet, ex constitutione regia.
2 Usura sub segetum emptione qualiter lateat.
3 Uenditio fructuum futurorum quando non feneratitia presumatur.
4 Fructus futuri in quemlibet contractum deduci possunt.

An fructuum futurorum emptio & venditio tanquam feneratitia iure prohibita sit.
Capitu. v.

SCiendum tamen est, optimum principem Ludouicum vndecimum constituisse,
1 ne † cui frumenta que in herbis sunt, emere liceat, eumque qui aduersus hanc legem commiserit, arbitrio iudicis mulctandum esse que sane constitutio non est sine ratione. Primū ne si frumēta que in herbis sunt emere liceret, hac occasione oneraretur annona, cariorque redderetur, ab ijs qui frumēta sic empta supprimerent, & eque pretijs vendere nollent, nam & multa alia constituta sunt tot. titu. ad leg. iuli. de anno. quibus auaritie eorum obuiam itum est, qui annonam attentare & vexare, coemptasque merces supprimere solēt. Deinde ne domini profusi inopes agricole contenti modico presenti, spem letissimarum segetum amitterent, ad extremamque inopiam redigerentur, cum frumentis in herba venditis, nihil haberēt vnde seipsos,
2 vxorem, liberos, & familiam alerent. † Postremo vt feneratorū calliditati obuiam eatur, qui modica pecunia data, maximā frumenti quantitatem acciperent, atque ita vsuras diuino & pontificio iure vetitas exercerent, cum enim certum est maiorem esse frumenti nascituri, quam pecunie date estimationem, tunc legi, que vsuras vetat, fraudem fieri, ipsumque emptionis, & venditionis contractum feneratitium esse a plerisque. Bald. in. l. cum non frumentum. C. de vsu. Panormi. in capitu. in ciuitate. de vsu. in antiquis. receptum
3 est, & nos quoque probamus. † Sed si omnino incertum sit, quanti messis tempore frumentum nasciturum estimabitur, idque nulla prorsus coniectura colligi possit, tunc venditionem feneratitiam non esse, nec emptores in penam feneratoribus impositā incidere Alexander tertius Genuensi archiepiscopo rescripsit. d. c. in ciuitate, quod apertius summi pontificis Gregorij noni rescripto declaratur, cuius verba sunt hec. c. nauiganti. de vsu. in antiq. Ille qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini, olei mensure reddantur, que licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus

solutionis tempore fuerint valiture, verisimiliter dubitabatur, non
4 debet ex hoc usurarius reputari. † Qua ratione, excepto regia constitutione, ut supra dixi, frumento, fructus futuri cuiuscunqꝫ generis sint donari, legari, vendi, ⁊ in quemlibet contractum deduci iure possunt.

SVMMARIVM

1 Fructus pendentes qui proprie dicantur.
2 Fundus cum fructibus non due res, sed una dicitur.
3 Fructus pendentes tempore mortis testatoris, veniūt in legato fundo, in quo pendent.
4 Fructus pendentes in commercio sunt nostro, quemadmodum, ⁊ futuri.
5 Fructus pendentis nomine an veniant etiam fructus stantes.

De fructibus Pendentibus. Capitu. vi.

1 Secunda huiusce divisionis species est fructuum pendentium, † sunt autem pendentes fructus, qui iam nati quidem ⁊ formati sunt, sed nondum collecti ex arboribus pendent, fundoqꝫ ⁊ solo adhuc coherent. Pro qua definitione illud est quod Caius scribit. l. fructus pendentes. de rei vendica. fructus pendentes quasi partem fundi
2 esse, nam † ⁊ cum fundus alienatur, quod ad eum, fructusqꝫ eius adtinet, Venuleius scripsit. l. fin. §. fina. de his que in frau. credi. unā quandam rem esse, id est fundum, nec eum qui tempore hyberno habuerit fundum centum, si sub tempus messis vindemie ve, fructus eius vendere possit decem, idcirco duas res, id est fundū centum ⁊ fructus decem eum habere intelligendum, sed unam rem habere, id est fundum cētum ⁊ decem, sicut is quoqꝫ unam reʒ habet, qui separatim solum edium vendere possit, idemqꝫ Papiniano, ⁊ Aphricano placuit. l. i lege falcidia placuit. ad leg. falci. l. si servꝰ
3 communis. §. locaui. de furtis. † Unde in legato bonorum immobilium fructus mortis tempore pendentes, contra vero mobilibus legatis, eos minime legatos esse Durandus ⁊ Bartolus responderunt. Specu. in titu. de fructib. ⁊ interesse. §. j. versu. sed pone Bartol. in. d. l. in lege falcidia placuit. que sententia in venditione, donatione, permutatione mobilium rerum, vel immobilium, aliisqꝫ similibus iuris articulis locum habet nam cum fructus pendentes, res immobiles sint, mobilibus adnumerari non possunt, neqꝫ enim, ut Jabolenus ait, potest una ⁊ eadem res tanquam soli,
4 ⁊ mobilis censeri. † Cum autem futuri fructus, ut supradiximus, in commercio hominum sint, sane multo magis fructus pendentes, quare ⁊ vendi ⁊ emi possunt, eorumqꝫ traditio ita fieri debet, ut venditor emptorem, venditos fructus pendentes legere, ⁊ colligere patiatur, quod si prohibeat, adversus eum petentem pretium exceptio datur, si ea pecunia de qua agitur, non pro ea repetatur, que venit, neqꝫ tradita est, ⁊ ita Julianus scribit. l. qui pendentem. de actio. emp. Item fructus pendētes pignoris vel hypothece nomine obligari posse Caius. l. ⁊ quo nondum. de pigno. recte putat, eos etiaʒ donari ⁊ legari posse plusquam manifestum est. Sed ⁊ inter res hereditarias connumerari fructus pendentes tempore mortis, ⁊ ex his preciosiorem hereditatem fieri Papinianus scribit. d. l. in lege falcidia placuit. Novissime sciendum est a quibusdam respon
5 sum esse. Accursius in. l. si pendentes. de usufruct. † fructus pendentes eos tantum appellari, qui suspensi ramis arborum herent, ut poma, alios stantes, qui recti sunt, ut segetes. Sed verius est fructus stantes, ⁊ pendentes eosdem esse, quod satis colligitur ex eo, quod Ulpianus scribit. l. divortio. §. interdum. solu. matrimo. maritum nihil retinere, si mulier stantibus fructibus fundū recipiat. Item ex eo quod dicit. l. si apes. de furt. Paulus, colonū qui nummis colit, acturum furti cum eo qui fructus stantes surripuit.

SVMMARIVM

1 Olivam decerpens vel segetem immaturam desecans, Aquilia tenetur.
2 Sylvam cedulam cedens immaturam tenetur Aquilia.
3 Fructus immaturi an sint in fructu censendi.

De maturis ⁊ immaturis fructibus. Capitu. vij.

Pendentiū vero fructuum alii sunt maturi, alii immaturi, que divisio ⁊ si prima fronte ab instituto iurisconsulti aliena esse videatur, tamen cognitu necessaria est, cum in multis casibus aliud ius de maturis fructibus aliud de immaturis fructibus constitutum sit, ver
1 bi gratia. † Si olivam immaturam decerpserit, vel segetem desecuerit immaturam, vel vineas crudas, aquilia eum teneri, Ulpianus scribit. l. si servus servum. §. si olivam. ad leg. aquil. quod si iam maturas, cessare aquiliam, nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensas donaverit, que in collectione huiusmodi fructuum impenduntur. Sed si collecta hec interceperit, furti tenebitur, nisi in terram uvas proiecerit, ut effunderentur. Idem Ulpianus, ⁊ Octa
2 vianus † in sylva cedua scribunt. d. §. si olivam. ut si immaturam, Aquilia teneatur, quod si maturam interceperit, furti teneri eum ⁊ arborum furtim cesarum. Iidem etiam scribunt. dicto. §. si olivā. Si salictum immaturum ita ne stirpes lederentur tuleris, cessare Aquiliam ⁊ furti actioni locum esse. Item si immaturam sylvam ceduam cecidit quis, Celsus. l. si immaturam. quod vi aut clam. ait, eum interdicto quod vi aut clam teneri, si maturam similiter ceduam neqꝫ damno dominus adfectus est, nihil eum prestaturum. Item si stuprum serva passa sit iniuriarum, ac si celaverit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecerit, etiam furti, vel si virginem immaturam stupraverit etiam legis aquilie actionem domino
3 competere Ulpianus respondit. l. si stuprum. de iniuri. † Et cum dubitaretur an fructus immaturi in fructu essent, consultus Jabolenus respondit. l. penulti. de usufruct. lega. naturalem maturitatē spectandam non esse, sed id tempus quo magis domino, colono ve fructum tollere expedit. Itaqꝫ cum oleo immatura plus habeat reditus, quam si matura legatur, non potest videri, si immatura lecta est, in fructu non esse. Simili modo Paulus ait. l. si absente. de usufruct. sylvam ceduam etiam, si intempestive cesa sit, item fenum immaturum cesum, in fructu esse, ex quo consequens est, ut fructuarius non solum maturos, sed etiam immaturos fructus suos faciat, quibus collectis ⁊ perceptis, licet ante naturalis maturitatis tempus fructuarius decesserit, eos tamen proprietario restituere heredes eius non tenentur, quod ⁊ Accursius probat. d. l. si absente. Satis de pendentibus fructibus maturis dictum est, nunc de perceptis disseramus.

SVMMARIVM

1 Fructus qui dicantur percepti.
2 Possessorem bonefidei fructus ex re aliena perceptos facere suos, qualiter intelligendum.
3 Fructus quidam honeste percipiuntur ⁊ quidam inhoneste.
Fructus qui extantes ⁊ qui consumpti censeantur.
4 Fructus quando in rem verti dicantur, ⁊ quando perperam consumi.

Quando fructus dicuntur percepti. Capitu. viij.

1 Percepti † dicuntur fructus simulatqꝫ collecti, ⁊ a solo separati sunt, licet adhuc humi ⁊ sub dio iaceant, necdum in horreo vel cella reconditi sint, quam diffinitionem Labeo probans, ait. l. si usufructuarius messem. quib. mod. usufruct. amit. Perceptionem fructuum nos accipere debere, non si perfecte collecti sunt, sed etiam ita percepti, ut terra continere se desierint, veluti si olive, vel uve collecte sint, nondum autem vinum vel oleum ab aliquo sit factum, statim enim ipse accepisse fructus existimandus est, idemqꝫ ⁊ Julio Paulo videtur. lege qui scit. de usu. Itaqꝫ quod vulgo
2 dicitur, † bonefidei possessorem fructus ex re aliena perceptos suos interim facere intelligendum esse quoquo modo a solo separati fuerint, Ulpianus respondit, dicta lege qui scit §. preterea. Idem tamen ait fructuarium non aliter percepisse videri, quam si ipse vel alius nomine eius perceperit, qđ si a fure forte colligant, ⁊ a solo separentur, Julianus dicit. l. si fur. de usufr. fructuariū non

perceplsse, ideo fur non fructuario, sed proprietario condictione
tenetur. Sed ꝛ si a nullo collecti fuerint, sed vltro ꝛ p se deciderint
a fructuario perceptos non esset Paulus notat. d.l. vsufructuari⁹
3 messem. † Perceptorum autem alij honeste, vt ex cura ꝛ cultura
agrorum, alij inhoneste, vt ex prostitutione ancillarum percepti
sunt, ꝛ hi cum de restitutione fructuum agitur, in considerationem
veniunt, quam rem diffusius suo loco explicabimus. Preterea per-
ceptorum alij extantes dicuntur, qui integri adhuc in horreis asser-
uantur. Alij vero consumpti qui in rerum natura esse desierunt.
4 Item † consumptorum alij in rem versi sunt, ita vt is qui consum-
psit ex eis locupletior factus sit, vt si familiam aluerit, vel pretium
acceperit, vel in aliam rem sibi vtilem fructus perceptos conuerte-
rit. Alij male ꝛ perperam consumpti sunt, vt si furto sublati fuerint
incendiove aut alio casu fortuito perditi, vel a iuuene luxorioso in
scorta, ꝛ lusus erogati fuerint. Ceterum has differentias magnope-
re ad nostrum institutum pertinere ex sequentibus apparebit.

SVMMARIVM

1 Fructus qui percipi potuerunt, qui dicantur. ꝛ nu. seq.
3 Fructus qui veniant in restitutionem petitore in iudicio obti-
nente.
4 Seruo occiso non estimatur ipsius domini affectio.
5 Estimare res suas in immensum nemini permittitur.

Quod Accursius alijqꝫ interpretes, fructus, qui
percipi potuerunt, non recte definierint.
Capitu. ix.

Superest explicāda huiusce diuisionis postre-
ma species, que est fructuum non per-
ceptorum, sed qui percipi potuerunt, in qua specie defi-
nienda nostri interpretes in diuersas sententias ierunt.
Nam Perticus in. l. certum. C. de rei vend. eiusqꝫ sequaces, ita de-
1 finierunt, † Fructus qui percipi potuerunt, eos esse quos percipe-
re ante moram possessor, post moram vero quos petitor percipere
potuisset, que distinctio Imperatoris Alexandri rescripto infirma-
tur, quo constitutum est. l. domum. C. eod. tit. eum qui iniuria do-
mum alienam occupauit, eam cum pensionibus quas percepit, aut
percipere potuit restituere cogendum esse, nemo est enim qui igno-
ret malefidei possessorem, de quo hic agitur, in mora semper esse,
vt Triphonius ꝛ Vlpianus scribunt. l. in re. l. vltima de condict.
fur. qua ratione hanc Pertici definitionem Bartolus improbat,
2 aliterqꝫ definit. in. l. ex diuerso de rei vendi. Fructus † qui percipi
potuerunt eos esse, quos actor petere voluerit, ait enim eius optio-
ni relictum esse, vt eligat, ꝛ petat fructus vel quos ipsemet, si ei possi-
dere licuisset, vel quos possessor, qui forte diligentior est, percipere
potuisset, exemplo eius cui ex eodem facto plures competunt actio-
nes, eum enim Vlpianus putat. l. quod in herede. §. eligere. de tri-
bu. eligere debere, qua actione experiatur, que sententia nulla ratio-
ne defendi potest. Absurdum est enim dicere in hanc speciem ca-
dere electionem, cum omnino sint ijdem fructus, ꝛ quos petitor, ꝛ
quos possessor, percipere potuisset, quod paulo post aperte osten-
demus. Eqꝫ improbanda venit alia Bartoli distinctio, qui sic di-
stinguendum esse arbitratus est in. d. l. ex diuerso, vt si is qui domi-
nus non est, rem petat, ratio fructuum quos possessor percipere po-
3 tuisset, habeatur, si † vero petitor sit dominus, tūc si fructus iure ve-
teri Digestorum in restitutionem veniant, quos ipse percipere po-
tuisset, ꝛ eo amplius nouo iure etiam ij quos possessor percipere po-
tuisset, si hoc ipsi petitori vtilius ꝛ commodius, que distinctio nullo
iure probatur, eademqꝫ ratione qua superior confutatur. Postre-
mo sententia plurium obtinuit, vt fructus qui percipi potuerunt ij
dicerentur, non quos possessor ex sua singulari cura ꝛ industria, sed
quos petitor vel quilibet alius secundum communem estimationē
percipere potuit, quemadmodum in simili casu Paulus respon-
dit. l. si seruum ad leg. aqui. l. pretia rerum. ad leg. falcidi. Si seruū
4 meum † occidisti, non affectionem estimandam esse, veluti si filium
tuum naturalem quis occiderit, quem tu magno pretio emptum vel-
les, sed quanti omnibus valeret. Sextus quoqꝫ Pedius ait. l. si
seruum. non ex affectione neqꝫ vtilitate singulorum, sed communiter
fungi. Itaqꝫ eum qui filium naturalem possidet, non eo locupletio-
rem esse, quod eum plurimi, si alius possideret, redempturus esset,
nec eum qui filium alienum possideat, tantum habere, quanti eum
5 patri vendere posset. † Atqꝫ hec Pedij Pauliqꝫ sententia me-
rito recepta est, ne licentia esset cuiqꝫ, pro arbitrio in immensum
res suas estimare, si secundum singularem affectionem, que a so-
lo animo dependet, res estimarentur, que ratio in proposito casu
cessat, in quo facile conuinceretur mendatij, qui causaretur se plu-
res fructus percipere potuisse quam reuera percepturus fuisset,
cum huius asseuerationis veritas ex solo animo non pendeat, reie-
ctis igitur suprascriptis descriptionibus, veriorem subijciamus.

SVMMARIVM

1 Fructus qui percipi potuerunt, qui sint.
2 Gestor negotiorum quando teneatur de his que gerere de-
buit.
3 Fructus qui percipi potuerunt sunt ijdem cum his qui percipi de-
buerunt.
4 Incuria cuiusqꝫ in rebus suis, sine pena esse non debet.

Que sit vera ꝛ propria fructuum, qui per-
cipi potuerunt, definitio.
Capitu. x.

1 Fructus itaqꝫ † qui percipi
potuerunt, ij proprie ꝛ vere dicuntur, quos diligentissi-
mus quisqꝫ paterfamilias, quo alius diligentior non
est, percepisset, sed lata aut leui culpa percepti non sunt. Que defi-
nitio, responsio. l. si sine. §. Modestinus. de Admi. tuto. Herennij
Modestini Imperatorumqꝫ Diocletiani, ꝛ Maximiani rescri-
pto. l. quicquid. C. arbi. tute. confirmatur. Cum enim, vt idē Mo-
destinus scribit. d. §. Modestinus. tutores teneantur, etiam eo-
rum nomine que non perceperunt, sed percipere potuerunt, du-
biumqꝫ esset quatenus accipienda essent hec verba, percipere po-
tuerunt, consulti Diocletianus, ꝛ Maximianus Imperatores re-
scripserunt. d. l. quicquid. Quicquid tutoris, vel dolo, vel lata cul-
pa, vel leui siue curatoris minores amiserint, vel cum possent non
adquisierint, hoc etiam in tutele siue negotiorum gestorum vti-
2 le iudicium venire. † Deinde quod dicitur, negotiorum gestorem
teneri eorum nomine que gerere debuit, ꝛ non gessit, procedit,
cum alius eo diligentior paterfamilias ea gesturus fuisset. l. si pu-
pilli. §. videamus. de nego. gest. Huc etiam pertinet, quod vulgo
receptum est, commodatarium in custodienda re commodata. l.
si vt certo. §. primo. commo. creditorem. §. fi. qui. mo. re cōtra. obli-
ga. in conseruando pignore, venditorem. l. custodiam. de peri. ꝛ
commo. rei vend. in custodienda re vendita, conductorem. l. si mer-
ces. §. conductor. locati. in re sibi locata, maritum. in rebus. C. de
iu. doti. in dote, socium in re communi, eam diligentiam prestare
debere quam diligentissimus quisqꝫ paterfamilias curandis ꝛ con-
seruandis rebus suis adhibere solet, multo magis igitur ꝛ ma-
lefidei possessores eandem curam adhibere debent, ne (quod ini-
quissimum esset) melioris conditionis sint, improbi possessores
quam ij qui pietatis, ꝛ amicitie, alia ve iusta, ꝛ necessaria cau-
3 sa in rebus alienis versantur. † Postremo fructus qui perci-
pi potuerunt eosdem esse qui ꝛ percipi debuerunt, multis con-
stitutionibus declararatur. Nam ꝛ senatusconsulto quod sub
Adriano de petitione hereditatis factum est, constitutum fuit, vt
predones qui alienam hereditatem inuaserunt, fructus, non so-
lum qui percepti sunt, sed ꝛ qui percipi debuerunt, restituant.
Diuus quoqꝫ Alexander rescripsit, eum qui solennibus omissis,
rem a fisco emit, condemnandum ad eandem restituendam cum
fructibus quos constiterit ad eum peruenisse vel peruenire debuis-
se. Alijs preterea multis, ꝛ iurisconsultorum responsis, ꝛ im-
peratorum constitutionibus, quas referre superfluum esset, sa-
tis probatur, fructus qui percipi potuerunt, non alios esse quam
qui percipi debuerunt, que verba ad diligentissimum patremfa-
milias referenda esse nemo ambigit. Id enim vnicuiqꝫ ex offi-
cio incumbit, vt in curandis ꝛ conseruandis rebus suis sese diligen-
4 tissimum patremfamilias prestet. † Qui enim per incuriam, ꝛ ne-
gligentiam res suas perire sinunt, non facere id quod debent di-
cuntur, quod (vt Gellius libro quatro noctium Atticarum elegan-
tissime describit) satis mores institutaqꝫ maiorum nobis decla-
rant, a quibus inter cetera id obseruabatur, vt si quis agrum suum
passus esset sordescere, eumqꝫ indiligenter curaret, neqꝫ araret, siue
quis arborem suā vineāqꝫ haberet derelictum, is non sine pena esset.
Ergo non aliter fructus qui percipi potuerunt vel debuerunt me-
tiri possumus, quam si diligentissimi patrisfamilias rationem ha-
beamus

beamus, qui ex diligente tempestiuaqz cultura, & cura amplissimos vberrimosqz fructus percipere potuisset, possessoris tamen negligentia, & incuria percepti non sunt.

SVMMARIVM

1 Fructus qualiter sint estimandi.
2 Possessor quos fructus percipere potuit.
3 Fructus qui percipi potuerunt, sunt ij, quos diligentissimus pater familias percipere potuisset.
4 Impense non necessarie in re aliena fieri non debent.

¶ Quod ijdem sint fructus, qui a diligentissimo patrefamilias, vel a petitore, vel a possessore percipi potuerunt. Cap. xj.

1 Ed hec nostra diffinitio imperatoris Gordiani rescripto subuerti videtur, cuius verba hec sunt. l. domum C. de rei vendica. Domum quaz ex matris successione ad te pertinere dicis, & ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostenderis, preses prouincie cum pensionibus quas percepit aut percipere poterat, restitui iubebit, ex quibus verbis apparet, fructus qui percipi potuerunt, eos esse, non quos diligentissimus paterfamilias, sed quos possessor percipere potuisset. Papinianus tamen contra scribit. l. si nanis §. generaliter de rei vendi. Generaliter † cum de fructibus estimandis queritur, animaduerti debere, nō an malefidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, quā sententiā Julianus quoqz. d. §. generaliter. probat. Ex hoc Papiniani Julianiqz responso, fructus qui percipi potuerūt, definiendi esse videnť, quos petitor percipere potuit, quod & nostre definitioni & suprascripto Gordiani rescripto contrarium esse videtur, nos tamen id plane negamus, cum ijdem sint fructus, & quos diligentissimus paterfamilias, & quos possessor, & quos petitor percipere potuit, nam si
2 quis interroget, † Qui sunt fructus quos possessor percipere potuit, ij nimirum quos, si fuisset diligens, percepisset, sed lata aut leui culpa non percepit. Qui etiam sunt fructus quos petitor percipere potuit, nonne ij sunt quos ex diligenti cultura & cura, vt bonū patremfamilias decet, percepturus erat. At dixerit aliquis, Non multos fructus percepisset petitor quamuis ei libere possidere licuisset, & paucos admodum vel nullos solitus erat percipere, cum possideret, vt qui negligenter res suas curaret. Sit ita, petitorem incurium esse, & in omnibus suis rebus administrandis negligentem, & ob id non perinde multos fructus percipere solitum, non cōtinuo sequitur, eum percipere nō potuisse, neqz enim fructus quos petitor percepisset, neqz quos percipere solitus erat, lex considerat, sed quos percipere potuit. Est ne impossibile inertem, & nullaz suarum rerum curam gerentem petitorem, prouidum magis, & diligentiorem fieri? Quamuis igitur si possedisset re vera non fuisset percepturus, fieri tamen per rerum naturam potuit, vt diligentior factus perciperet. Nam vt eleganter diuus Augustinus capite primo de spiritu & litera scribit, Sexcenta possunt occurrere, que fieri vel potuisse vel posse fateamur, eorum tamen exempla, quod
3 facta sint proferre nequeamus. † Consequens est igitur verissimuz esse, quod asserimus, eosdem esse fructus qui a diligentissimo patrefamilias, & petitore, & possessore pcipi potuerunt. ¶ Sed Paulus li. xxj. ad edictum scribit. l. ceterum de rei vendi. Cuz de fructibus serui petiti queritur, non tantum pubertatem eius spectandam esse, quia etiam impuberis alique opere esse possunt. Improbe tamen desideraturum petitorē, fructus estimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit. Quo Pauli responso tantum abest vt nostra infirmetur sententia, vt imo magis confirmetur, cum enim eorum duntaxat fructuum ratio habeatur, qui a possessore tanquā diligentissimo patrefamilias percipi potuerunt, optima ratione, qui secundum propositam speciem ex artificio serui percipi potuerunt fructus, in considerationem non veniunt. Plus enim quam a diligentissimo patrefamilias exigatur, fecit possessor, qui rudem alienum seruum sumptibus
4 suis artificio erudiendum curauit, † neqz enim (vt idem Paulus ait. l. plane. de peti. here.) debuit in rem alienam impensas non necessarias facere. Deinde sicut impensarum quas in erudiendum seruum fecit nullam (vt idez Paulus. l. si autem. §. si. de rei vēdi. scribit) repetitionem habet, sic fructus operarum qui ex artificio serui percepti quidem non sunt, sed percipi potuerunt restituere nō cogitur, cum satis abunde fecerit petitori, qui impensas in eruditionem serui factas ei donauerit. §. certe de rerum diuisi. Plane fructus qui ex operis serui quamuis nullam artem edoctus fuisset, percipi potuerunt, in restitutionem venire Accursius & Bartolus recte existimant. in. d. l. ceterum.

De Aridis & Liquidis fructibus. Titu. iiij.

SVMMARIVM

1 Fructus qui aridi, & qui liquidi dicantur.
2 Fructus liquidi confusi manent eorum ad quos prius pertinuerunt.
3 Fructus aridi confusione non efficiunt commune corpus.

¶ De definitione liquidorum, & aridorum fructuum quodqz illi confundi, hi vero commisceri dicantur. Cap. j.

1 Ransieamus ad aliam diuisionem fructuum, nam fructuum alij aridi, alij vero liquidi dicuntur, que diuisio licet in specie ad medicos pertinere videatur, a nobis tamen negligenda non est, alio tamen respectu nobis alia qz ratione, quam
1 medicis consideranda venit. † Alij autem fructus dicuntur sicci natura, & duri, quiqz humore carent, nec liquefieri possunt, vt frumentum, hordeum, siligo, fabe, & omnia legumina. Liquidi vero dicuntur moles, & natura humidi, qui in stillantem, & defluentem humorem resolui sunt, vt vinum, oleum, & his similes. Quam diuisionem Accursius enarrans in auctenti. nul. creden. agrico. col
2 la quarta. hos confundi illos vero commisceri notat. † Unde si duorum dominorum liquidi fructus casu fortuito, simul confusi fuerint, vt si aliquorum vina confusa fuerint, vel si cuius vinum cum alterius melle casu fortuito similiter confusum fuerit, totum id corpus quod ex confusione fit, vtrinsqz commune esse Caius respondit. l. adeo. §. voluntas. de acqui. rerum domi. Quam sententiam diuus quoqz Justinianus probat. §. si duorum. de rerum diuisi. naz post confusionem singulorum fructus minime in sua substantia durant, sed vicissim alterius fructus, in substantiam fructuum alterius conuertuntur, vt separari nulla ratione possint. Sed si duorum,
3 vel plurium dominorum aridi fructus commixti fuerint, † vt si Titij frumentum tuo frumento mixtum fuerit, non videri commune esse corpus, quod ex commistione constat, Justianus. §. quod frumentum. de rerum diuisi. tradit, quia singula grana in sua substantia durant.

SVMMARIVM

1 Creditor non potest retinere agrum debitoris, etiam si pactum de eo retinendo interuenerit, non soluto debito.
2 Usure que exigi possint ob non solutum fructum liquidi generis.
3 Usure minores permisse, ex his quibus humana vita toleratur.
4 Rusticitas in multis iure singulari subleuatur.
5 Rusticitas excusat a pena edicti quod punit vocatos in ius si non compareant.
6 Constitutio sub titulo plus quam titulus comprehendit aliquādo.

¶ Quod non idem sit effectus mutui liquidorum, & aridorum fructuum. Capitu. ij.

Lia inter aridos & liquidos fructus iuris differentia est. † Si quis eniz hordei,
1 frumenti, aliorumve aridorum fructuum speciem crediderit, quamuis conuenerit, vt si ad prestitutum diem mutuum redditum non fuerit, debitoris agrum sibi habeat, non tamen eum retinere, sed eam quam credidit fructuum quantitatem, octauamqz in singulos annos, quibus cessatum est, eiusdem quātitatis partem vsurarum nomine exigere posse, diuus Justinianus constituit. d. auct. nulluz creden. agrico. Quod si in vetitum, vel maiores vsuras

exigere, vel ipsius debitoris agrum, vel pignus ab eo datum retine re contenderit, eundem in sue temeritatis penam actione & causa
2 cadere idem imperator Justinianus constituit. † Si vero vinum, oleum, vel alios liquidos fructus quis crediderit, non idem constitutum esse, sed veteres super vsuris promulgatas leges obseruandas esse, Imperatoris Philippi constitutio. l. oleo. C. de vsu. satis ostendit. Ideo fructibus liquidis mutuo datis vel centesime, vel se misses, vel trientes vsure exigi poterunt, secundum prescriptum diui Justiniãi constitutione. §. fi. d. auct. nullũ creden. agrico. modũ. Que constitutio, cum generalis esset, & omnes omnino fructus comprehenderet, Justinianus eam ad fructus aridos porrigendã, non esse declarauit. d. auct. nul. credẽ. agrico. cuz
3 † eniz ex his fructib⁹ frumento, hordeo, & similibus, vita hominis potissimum constet. non abs re minores, istorum fructuum vsuras Justinianus introduxit, ne maioribus vsuris oppressis debitoribus, nihil reliquuz esset, vnde se suamqz familiam alerent, quam rationem in liquidis fructibus nõ procedere, Accursius Bart. Bal. & alij pleriqz responderunt. Accur. in. d. auct. nul. credẽ. Bart. Bal. Par. de Con. in auct. ad hec. C. de vsu. vt qui ad quotidianũ victũ non ita necessarij sint. Idem etiã tradiderũt hanc distinctionem in agricolis tantum locum habere, idqz ipsius tituli argumento, quia a Justiniano ita inscribitur, Nullum credentem agricole tenere ipsius terrã, & quantam vsuram debeat dare.
4 † Deinde adijciunt multa esse in rusticitatis fauorem iure singulari introducta, verbi gratia, ne sationibus, vel colligendis fructibus occupati agricole, ad extraordinaria munera vocentur, vt imperator Constantinus sanxit. d. l. j. C. de agrico. & censi. Item in penam quingentorum aureorum incidant, qui per rusticitatem pretoris album corruperunt. l. si quis id quod de
5 iurisdi. omni. iudi. Item † qui in ius vocatus, per rusticitatem venire neglexerit, similiter pena edicti non adficiatur. Alia preterea multa, que nunc commemorandi locus nõ est, inter que, hoc quoqz de maioribus vsuris ab agricolis non exigendis, vel eorum agris retinendis, specialiter in rusticitatis, & culture agrorum fauorẽ constitutum esse putant. Sed nos ad omnes personas, huius legis beneficium porrigendum esse arbitramur, Primum, quod quamuis in tituli inscriptione Justinianus verbo agricole vtatur, tamen postremo sue constitutionis responso, omnibus egenis se consulere testatur. Deinde initio eiusdem constitutionis rationem hãc esse prefatur, ne homines fame necentur. Ex quibus apparet suprascriptaz distinctionem, non ad agricolas tantum, sed ad omnes personas extendi, ne consumptis grauiores vsuras frumento, hordeo, vel alijs fructibus aridis, fame pereant, & ad extremam egestatem redigan
6 tur. † Postremo, nouum non est, vt constitutio que sub titulo est, plus quam ipse titulus comprehendat, vt ecce Titulus est lib. viij. Codicis inscriptus hoc modo. Etiam ob chyrographariam pecuniam, pignus teneri posse. Constitutio tamen imperatoris Gordiani, que sub eodem titulo est, ob pecuniam quomodocunqz sine chyrographo & pignore creditam, pignus retineri posse euidenter ostẽdit. l. j. C. etiam ob chy. pecu. pig. reti. pos. Nunc respondendum est ijs, qui dicunt in hoc articulo idem iuris, in liquidis fructibus esse, quod in aridis a Justiniano nominatim expressum est, ea potissimum ratione, quod vinum, oleum, & alij liquidi fructus, ad hominum victum necessarij magis sint, quam fabe, permultiqz alij aridiores fructus. Uerum quod de aridis fructibus constitutum est, presertim, de frumento, hordeo, siligine. & omni tritici specie, accessorie vero, de fabis, alijsqz leguminibus intelligitur. Sed & illud imperator Alexander constituit. l. frumẽti. C. de vsu. frumenti, vel hordei mutuo dati, accessio ex nudo pacto prestetur.

SVMMARIVM

1 Predia si cui a fisco addicant' fructus medij tẽporis fisci credunt'.
2 Uinum, oleum, & similia quare ad Barbaricum prohibeantur transportari.

¶ In quibus liquidi, & aridi fructus conueniant. Cap. ij.

Interdum tamen, quod in aridis, idẽ quoqz in liquidis ius seruandum est.
1 † Quemadmodum enim, si cui intra vindemiarum tempus, predia a fisco addicta fuerint, fructus, medio tempore in primam licitationem & sequentem addictionem percepti ad fiscum pertinent. Post vtranqz vero addictionem percepti emptoris sunt, nisi sub colono sint predia, quo casu, fructus ad colonum, pensiones vero ad emptorem pertinent, Papinianus respondit. l. fi. de iu. fisci. Idem de aridis fructibus qui ante percepti in predijs fuissent, Paulus respondit. d. l. fi. §. Tryphonio. eosqz emptorem accepturum, si nõdum dies pensionis venisset. Imperatores quoqz
2 Ualens, & Grat. rescripserunt. l. j. C. que res expor. non debe. † ad Barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quenqz facultatem habere, ne gustus quidem causa, aut vsus cõmertiorũ, quam constitutionem in aridis quoqz locum habere Accursius recte putat. in. d. l. j. Sed & exceptis ijs quas supra exposuimus differentijs, in omnibus fere iuris articulis, eadem de aridis, & liquidis fructibus constituta sunt.

De Uete. Et nouis &c.

Titulus. v.

SVMMARIVM

1 Fructus qui recentes sint, & qui noui.
2 Uinum nouum pro veteri creditor recipere non cogitur.
3 Uinum nouum quando militibus dari possit.

¶ De veteribus, & nouis fructibus. Capitu. vnicum.

Est & alia apud iurisconsultos obseruata fructuum diuisio, nam alij recentes seu
1 noui, alij veteres sunt. † Recentes dicuntur fructus, q̃ presenti anno percepti sunt, Ueteres vero prioris anni fructus appellari. Ulpianus respondit. l. vetus de trit. vino, & ole. lega. Si igitur vinum vetus legatum sit, omne quod non est nouũ, sed proximo anno alijsqz superioribus perceptum, legatum esse, idem Ulpianus scribit. d. l. vetus, nisi ex vsu testatoris, id vetus appellatum fuisse appareat, quod duorum vel trium vel quatuor, & sic deinceps annorum sit, tunc enim id tantum legato contineri Neratius scribit. l. ex vsu de triti. vi. oleo lega. quo pro vetere testator vtebatur. Nam aliter obseruantibus quis finis (vt Paulus ait. l. naz
2 aliter. eo. tit.) aut initium veterum fructuum sumeretur. † Proinde si quis vinum vetus mutuum dederit, debitori nouum restituere non licere Pomponius scribit. l. cum quid. Si cer. peta. cum eñ eiusdem bonitatis rem, non deteriorem, reddere liceat, deterius aũt sit vinum nouum veteri, non abs re nouum pro veteri creditor recipere non tenetur. Quam rationem, & dominus noster Jesus Christus, apud Lucam confirmare videtur cum ait, & nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim, vetus melius est. Sed hoc ex cõsuetudine regionum accipiendũ puto, in quibus vina pluribus annis integra durant, non in ijs in quibus annua sunt, & post annuz in
3 sipida, vel certe longe deteriora sunt. † Cum autem vinum vetus sit carius nouo, ne respublica nimis oneraretur si de veteri vino militibus. l. Iubemus. C. de eroga. mili. anno. annonam daret, Imperatores Arcadius & Honorius iusserunt, per omnes prouincias cũctis numeris, & militibus a Nouembri mense de nouello vino annonaz dari, quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.

De Crassioribus &c.

Titulus. vj.

SVMMARIVM

1 Decime de fructibus etiam minutioribus, & crassioribus solui debent.
2 Fructus crassiores in iure pontificio qui dicantur.

¶ De crassioribus & minutioribus fructibus Capitu. vnicum.

Non est premittenda a nobis, illa crassiorum, & minutiorum fructuum pontificio iure introducta diuisio, ex qua & crassiores & minutiores decime deno-
1 minantur. Nemini † enim dubium est, & crassiorum, vt frumenti, & vini, & minutiorum, vt fabarum pisorum, lini, & aliorum similium fructuum, decimas soluendas esse, vt summus pontifex Alexander tertius constituit capi. peruenit de decimis, quod antea veteri,

per Moysem

per Moysem promulgata lege. Deus ipse preceperat nume. xviij. Deute. xiiij. eum tñ qui frumenti, vini, & aliorum crassiorum fructuum, decimas soluere tenetur, interdum a minutioribus decimis, vel ex consuetudine, vel ex pacto, vel ex priuilegio immunem esse, summi pontificis Adriani constitutio declarat cap. ex multiplici de deci.
2 ci. Porro sciendum est alio modo crassiores fructus in eodem iure pontificio accipi, nempe pro omnibus reditibus, cōmodis, & emolumentis sacerdotiorū, vel (vt aiunt) prebendarum, exceptis ijs, qui in singulos dies, celebrandis sacris adsistentibus distribuūtur. qua ratione si cui studiorum causa absenti, summus pontifex concesserit, vt sui sacerdotij reditus perinde atq; si presens esse, percipiat, nullam eorum fructuum partem, qui quoti die presentibus distribui cō sueuerunt. eum petere posse. Alexander tertius constituit. cap. de cetero. de cleri. non residen. quod & Honorius tertius confirmauit cap. lz. de preben. nisi nominatim etiam hos reditus, presentibus cotidie distribui solitos absenti prestari voluerit. Hoc enim casu voluntatem eius pro lege obseruandam esse. Innocentius tertius edixit ca. olim. de verbo. signifi.

¶ Libri primi De fructibus Finis.

Joannis Copi de Fructibus Liber secundus.

¶ De Fructibus. Titu. j.

SVMMARIVM

1 Fructus suos qui faciant, qui restituere, & quibus restitui debeant.
Nata ex nostris, iure naturali nostra fiunt.
2 Animalia ex animalibus nostris masculis concepta, non sunt nostra.
3 Fructus prediorum nostrorum iure dominij soli nostri efficiuntur.
4 Fructuarius in fructibus percipiendis loco domini habetur.

¶ De his, qui fructus suos faciunt. Cap. vnicum.

Superiore libro quid fructus, & quam late huius vocabuli pateret significatio quecq; res. & quam varie, fructus appellatione continerentur, breuiter & dilucide exposuimus, Deinde, quam multiplex esset fructuum diuisio, aperuimus, eorumq; singulas species ordine difiniuimus. Nunc qui fructus suos faciant, qui restituere, & quibus restitui fructus debent, discutiendum nobis est. Quod ciuilis disputationis genus, longe lateq; in omnes iuris partes dispersuz est. In quo, licet multa nostri interpretes scripserint non vno tamen contextu, nec eo, quo par erat ordine, sed indigestā, inordinatam, & varijs passim locis errantem hanc materiaz, nobis reliquerunt, quam nos in congruum ordinem, & locum, hoc opere redigere instituimus. Primuz igitur proponenda est certissima iuris regula, ad quam totus hic de retinendis vel restituendis fructibus tractatus referri debet, quā si secuti semp fuerimus, a veritate
1 nunquam aberrabimus. † Cum ergo queritur, qui fructus suos faciunt, qui restituere, & quibus restitui debent, respondendum ita est. Singularem rerum fructus, dominorum esse, vel eoruz qui pro dominis habentur, ab alijsq; perceptos retineri non posse, sed his restitui debere. Quam regulam equissimam esse, vel ipsa naturalis ratio, satis nos docet. Quis enim ignorat ea que ex rebus nostris nascuntur, & proueniunt naturali iure nostra statim fieri: vt ea que serui nostri vel ancille acquirunt, quod ab omnibus gentibus receptū esse, iuris auctores passim tradunt. l. acquiritur. de acqui. rer. domi. l. ij. de his qui sunt sui vel alie. in. toto tit. per quas per. nob. acqui. lib. ij. instit. Item que ex animalibus nostris nata sunt, nostra esse Florentinus scribit. l. ij. l. item que. de acqui. re. domi. quod & lib. ij. Institutionum diuus Justinianus probat. §. item que. de re. diui.
2 † Sed tamen, que ex animalibus nostris masculis concepta sunt, nō ideo nostra fieri. Pomponius respondit, vt si equam tuā, equus meus pregnantem fecerit, non esse meuz sed tuum quod natum est, eundem Pomponium scribere Ulpianus refert. l. idem Pomponius. §. idem scribit de rei vendica. Pari ratione, & fructus, qui ex p̄dijs nostris proueniunt, nostros esse, nemini dubium est.

3 ¶ † Omnis enim fructus, secunduz Juliani sententiaz. l. qui scit de vsu. iure dominij soli percipitur. Idcirco ex qua quisq; parte dominus predij est, ex eadez parte eum fructus suos facere, idem Julianus respondit. d. l. qui scit. Quod autem de dominis dicimus, idez de ijs qui dominorum loco habentur, secundum suprascriptam regu
4 lam dici debet, exempli causa, de vsufructuario. † Cuz enim pro domino fructuarius habeatur (vt apud Caium & Paulum scriptum est. l. iiij. de vsufruc. l. in venditione. de bo. aucto. iudi. possi.) quicquid ex re, in qua vsusfructus constitutus est nascitur, quicquid inde percipi potest, ad fructuarium pertinere, certi & indubitati iuris est toto tit. de vsufruct. & hoc qd̄ de vsufructuario dicimus, & in omnibus alijs qui vicem dominorum obtinent, locum habere, multis responsis declaratur. d. l. qui scit. l. bone fidei de acqui. re. domi. Ex his apparet, verissimam esse propositam supra a nobis regulā, que in omnibus iuris articulis diligenter ob seruanda est. Primo in actionibus, que de vniuersitate proposite sunt, vt de hereditatibus & bonorum poss ssionibus. Deinde in legatis & fideicommissis. Tuz postea in singularū rerum petitione. Postremo in contractibus. Itaq; in omnibus his partibus, quenam sit habenda fructuum ratio, cōsideremus, & primo de fructibus, qui in actionem de vniuersitate & petitione hereditatis veniunt.

De Fructibus qui in Petitionem hereditatis veniunt. Titu. ij.

SVMMARIVM

1 Hereditas dicitur vniuersum ius quod defunctus habuit.
2 Fructus omnes hereditatem augent.
3 Partus ancillarum hereditatem augent.
4 Mercedes que a colonis accipiuntur, loco fructuum habentur.

¶ Quod fructus rerum hereditariarum tanquam incrementum hereditatis ad heredem pertineant. Cap. j.

1 Cum† hereditas secunduz Juliani & Caij definitionem. l. hereditas. de regulis iuris. l. nihil de verbo. signifi. nihil aliud sit, quā successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, omnium rerum que fuerunt defuncti, heredem dominum esse, & ab ipso defuncto in eum continuari dominiuz Jabolenus recte putat. l. cū heredes. de acqui. possessio. Quare omnes fructus qui ex hereditate proueniunt, heredis esse constat. Nam & apud Ulpianum rela
2 tum est. l. item veniunt. §. non solum. eod. titu. fructus† omnes hereditatem augere, siue ante aditam, siue post aditam hereditatem accesserint, idemq; diui, Seuerus & Antoninus rescripserūt. l. si post motam. §. fructibus. C. eod. titu. sed & gregum & pecorum partus, sine dubio augent hereditatem, quod si oues nate sunt, deinde ex his alie, he quoq; quasi augmentum restitui debent. l. quod oues eod. titu. non solum enim fructus, sed & fructuuz fructus, & fetuum fetus hereditatem augere idez Ulpianus respondit. l. ancillaruz eod. tit. Simili modo vsuras fructuuz, ante actionem hereditatis illatam p̄ ceptorum, hereditatem augere Papinianus scripsit. l. heres furiosi eod. tit. sed post petitaz hereditatem perceptorum fructuum vsuras non prestari, cum enim post litem contestatam, fructus ēt quos nō percepit, sed percipere debuit, possessor restituere teneatur, in eoq; onerari videatur, in alio succurri ei debet, vt a fructuuz vsuris
3 prestandis excusetur. † Ancillarum etiam partus & partuuz partus quamquam fructus esse non existimatur (q; non temere ancille eius rei causa comparantur vt pariant) augere tamen hereditatem, idez Ulpianus tradit. d. l. ancillarum. Sed & pensiones que ex locationibus prediorum vrbanorum percepte sunt, venient licet a lupanario percepte sint, nam & in multorum honestorum virorum predijs lupanaria exercentur.
4 ¶ † Mercedes plane a colonis accepte, loco sunt fructuuz, opere quoq; seruorum, in eadem erunt causa, qua sunt pensiones, item vecture nauium, & iumentorum, & ita Ulpianus scripsit. d. l. ancillaruz l. mercedes. eod. titul. Usqueadeo fructus, hereditatem augere. Pau. not. l. & non tantum. §. seruitutes eod. tit. vt is etiam petitione hereditatis teneatur, qui solos fructus ex hereditate retinet. cuz igitur omnium rerum que fuerunt defuncti, heredes sint domi, he

reditasqz fructibus augeatur, equissimum est, vt aliene hereditatis possessor, fructus ex ea perceptos cuiuscunqz generis fuerint, heredi quandocunqz petitione hereditatis agenti restituat.

SVMMARIVM

1 Possessor malefidei fructus omnes perceptos heredi restituere tenetur.
2 Predo quos fructus percipit, suos non facit.
3 Hereditatem distrahens, quam scit ad se non pertinere, arbitrio petitoris satisfacere cogitur.
4 Heres vtrum petere possit hereditatem detentam cum fructibus, an pretium & vsuras.

¶ De fructibus hereditatis a malefidei possessore restituendis. Cap. ij.

1 Sed hoc distinctionem recipit. † Aut enim malefidei possessor erat, qui percepit; & hunc ad omnes fructus heredi sine vlla exceptione restituendos teneri receptum est. Unde imperatores Seuerus & Antoninus Marcello cuidam militi, qui aduersus malefidei possessorem, in petitione hereditatis obtinuerat, in hac verba rescripserunt l. si post motam. C. de peti. here. Si post motam controuersiam Menecratis bonorum, partem dimidiam Museus ab herede scripto, questionis illate non ignarus, comparauit, tam ipse, quasi malefidei possessor, quam heredes eius, fructus restituere coguntur. Paulus
2 quoqz ita scribit l. illud. §. predo. de peti. here. † Predo fructus suos non facit, sed augent hereditatem. Ideoqz eorum quoqz fructus prestabit, que sententia vera est, etiam si heres eos percepturos non fuerat. Cũ enim hereditas petita sit, eos fructus quos possessor accepit omnino restituendos, & petitor eos percepturus non fuerat, Aphricanus respondit. l. cum hereditas de peti. here. Sed & si possessor, ex hereditate inhonestos habuerit questus, eos etiam restituere cogetur, ne (vt Hermogenianus ait. l. si possessor. eo. ti.) honesta interpretatio, non honesto questu, lucrum possessori adferat. Hoc amplius † & si quis sciens hereditatem ad se non pertinere
3 distraxerit, Imperator Seuerus rescripsit. l. item veniunt. §. ceterum eod. ti. in arbitrio petitoris esse, qualem computationem faciat aduersus malefidei possessorem, vtrum ne ipsius rei & fructuum an pretij & vsurarum. Idemqz Julio Paulo visum est. l. si & rem & pretiũ eo. ti. nisi forte tales res distraxerit, quas distrahi expediebat, que onerabant magis hereditatem quam fructui essent, steriles forte vel tempore perituræ, tunc enim pretium & vsuras posse petere heredez Papinianus respondit. l. si possessor. §. quod si post de peti. he
4 redi. † alioqui eligere, vt ante dixi, petitor potest, vtrum ne ipsam rẽ & fructus, an pretium & vsuras, petere velit, nam non solum fructus quos perceperunt, sed & quos percipere debuerunt, predones & malefidei possessores prestare debere senatusconsulto cautum est. l. sed & si lege. §. quod autem. de eo. tit. & ita Ulpianus refert. d. §. quod autem. Si tamen pecuniam in hereditate inuentam, malefidei possessor non attingat, eum omnino non esse in vsuras conueniendum, Papinianus ait. l. si possessor. eo. tit. neqz enim possessorem pecunie hereditarie eum recte dici puto. qui eam non attigit.

SVMMARIVM

1 Possessor bonefidei quos fructus restituere teneatur.
2 Possessor bonefidei distrahens rem hereditatis & red imens, an teneatur ad rem & ad pretium. & nu. seq
4 Possessor hereditatis quesita per seruum hereditarium restituere tenetur.

¶ De fructibus hereditatis a bonefidei possessore ante litem contestatam perceptis. Cap. iij.

1 Si vero † bonefidei possessor fuerit, neqz quos percipere potuit aut debuit, neqz omnes quos pecepit fructus, sed eos tantum ex quibus locupletior factus est, heredi restituere debere, Imperatores Titius Aelius & Antoninus rescripserunt. l. prima. C. de peti. here. Sed & senatuscõsulto, qd de petitione hereditatis auctore diuo Adriano factum est, cautum fuit. l. itez veniunt. §. eos. eod. titu. eos qui iustas causas habuissent, quare bona ad se ptinere existimassent, vsqz adeo duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent, condemnandos esse. † Quare si bone fidei possessor rem hereditariaz distraxerit, deinde eandem rem redemerit, & ita rem & pretium habeat, an tantum rẽ ipsam, an vero rem & quod ex pretio amplius habet, restituere deberet, apud veteres quesitũ fuit, & diuus Adrianus in oratione sua quam apud senatum habuit, ita decreuit. l. si & rem & pretium. eo. tit. Dispiciet patres conscripti, nunquid sit equum, possessorem non facere lucrum, & pretium, quod ex aliena re perceperit, reddere, qr potest existimari, in locum rei hereditarie vendite pretium eius successisse, & quodammodo ipsum hereditarium factum.
3 ¶ † Unde Paulus colligit. d. l. si & rem. oportere bone fidei possessorem, & rem restituere petitori, & quod ex venditione eius rei lucratus est. Proinde si non solum pretium, sed etiam pena tardius prettio soluto peruenerit, hanc quoqz in restitutionem venire Ulpianus ait. vtrum. §. fina. eod. titu. Nam in fructu penam esse non absurde dicitur. Idem scribit l. sed & si lege. j. respon. eod. titu. si lege commissoria, rem hereditariam vendidit bone fidei possessor, lucrum quod sensit, lege commissoria prestaturum. Sed & si pretium non exegerit bone fidei possessor, actionem quam contra emptorem habet, heredi prestaturũ cũ periculo scilicet ipsius heredis, Papinianus respondit. l. si possessor. §. ait senatus eod. titu. † Per seruum quoqz hereditarium res acquisitas restituere debet. l. per seruum eod. titu. Deniqz omne lucrum, tam male quam bonefidei, possessori extorquendum esse diuus Adrianus in ea quam, supra retulimus, oratione constituit. l. post senatusconsultum. eod. tit.

SVMMARIVM

1 Possessorem bone fidei ad fructus restituendos teneri, qualiter intelligendum.
2 Possessor bone fidei post motam controuersiam statim fit malefidei.
3 Possessor vsuras debet de pecunia ex venditione rei hereditarie redacta. ex quo scit hereditatem a se peti.

¶ De fructibus hereditatis post motam controuersiam a bone fidei possessore perceptis. Cap. iiij.

1 Hoc autem quod dicimus, † eatenus ad restituendos fructus bone fidei possessorem teneri, quatenus locupletior factus est, de fructibus ante litem, super petitione hereditatis, cõtestatam, intelligendum est. Post litem enim contestatam, fructus non solum quos perceperit, sed etiam quos percipere potuit, compelli possessorem omnimodo reddere. vsuras quoqz rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis computandas, senatus diuo Adriano auctore constituit. quod senatusconsultum imperatorem Titi Aelij Antonini rescripto confirmatum est. l. prima. C. de peti. here. Nas
2 vt Ulpianus † ad idem senatusconsultum scribit. l. sed & si lege. §. ante litem eod. titu. post litem contestatam, omnes incipiunt malefidei possessores esse, quinimo post controuersiam motã, quanquam enim litis contestate mentio fiat in senatusconsulto, tamẽ & post motam controuersiam omnes possessores pares fiunt, & quasi pdones
4 tenentur. † Ex quo idem Ulpianus scribit. l. item veniunt. §. petitã eod. titu. cum qui scit a se peti hereditatem, quamuis nemo ei denũtianerit, statim tamen incipere vsuras pecunie ex venditione rerum hereditariarum redacte, debere, salua tamen electione heredi. vtrũ rem cum fructibus, an pretium cum vsuris petere velit, secundum §. scriptam cap. ij. distinctionem.

SVMMARIVM

1 Fructuum heredi reddendorum ratio ad quos vis heredes pertinet.
2 Restitutio fructuum maxime fieri debet, hereditate ad fiscum pertinente.
3 Heres defuncti vindictam negligens, functus hereditate perceptos restituere cogitur.
4 Fideicommissum tantum in fraudem legis suscipiens, fructus perceptos restituere cogetur.

¶ Quod fructus hereditatis omnibus quauis ex causa heredibus restituendi sint. Cap. v.

Exposita

1 Exposita † fructuum heredi restituendorum ratio, ad omnes, quocunqꝫ iure heredes sint, quive qualibet ex causa hereditatem ad se pertinentem eniceerint, porrigitur, sive ab intestato, quod sui heredes, vel proximiores defuncto sint, vel ex testamento, per se vel per alios heredes instituti fuerint, quam sententiã, Caius quoque ꝛ Ulpianus probant. l. j. ij. iij. eo. ti. Sed ꝛ ei q de inofficioso egit, ꝛ obtinuit, fructus restitui debere non est incognitum. Nam scriptũ heredẽ pinde teneri divi Severus ꝛ Antoninus rescripserũt, ac si ꝑ hrẽde vel possessore possideret. d. l. j. C. de inoffi. testa. Idem agnatione posthumi rupto testamento probandũ erit.

2 † Tũc aũt maxime hec fructuum restitutio fieri dꝫ, cũ ad fiscuꝫ hereditas pertinet, nam senatusconsultũ de petitione hereditatis sub divo Adriano factũ, etiã si ad hereditates privato cuiqꝫ delatas extendatur, nominatim tñ de ea tñ hereditate que ad fiscũ pertinet, loquit̃, idqꝫ Ulpianus refert l. iteꝫ veniunt. §. ꝑterea. de peti. here. ꝛ imperatorũ Titi, Elij, Antonini rescripto significatur. l. j. C. eod. ti. cũ aũt varie (vt Callistratus ait. l. j. de iure fisci.) cause sint ex quibus bona fisco deferri solent, sane quacunqꝫ ex causa fisco delate hereditatis fructus in restitutioneꝫ veniunt. l. heredeꝫ. de his qui. vt indig.

3 † Uñ Põponius scribit, heredem qui sciens defuncti vindictam omisit, insuper habuit fructus, oẽs restituere cogendũ, deceptum aũt ignorantia facti, bone fidei possessoris defensionẽ habiturũ, ante motã scꝫ cõtroversiã, si ratio fructuũ subducat̃. Divi quoqꝫ Severus ꝛ Antoni. rescripserũt. l. j. C. de his q. vt indi. heredes, quos necẽ testatoris inultaꝫ omisisse constiterit, fructus integros cogi reddere, neqꝫ. n. bonefidei possessores antẽ cõtroversiaꝫ illataꝫ fuisse videntur, q debitũ officiũ pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate aũt rerũ distractarum, vel a debitoribus accepte pecunie, post motã litẽ bonoꝝ, vsuras inferãt ꝙ in fructibus quoqꝫ locũ habere, quos in ꝑdijs hrẽditarijs invẽtos aut exinde ꝑceptos vendiderũt, ꝓculdubio est.

4 † Simili mõ eũ q tacituꝫ fideicõmissuꝫ in fraudẽ legis suscepit, eos quoqꝫ fructus, quos ante motã litẽ percepit, restituere cogendũ Papinianus respõdit l. eũ q de his quib. vt indi. qꝛ bonefidei possessor fuisse non videtur, exemplo bonorũ fiscorũ vendicatorũ. Post motã vero de tacito fideicõmisso cõtroversiaꝫ, ante pretia fructuũ percepta, cũ vsuris esse restituenda idẽ Papinianus scripsit. d. l. eũ qui. Paulus etiam refert. l. cũ quidam. §. in tacito. de vsu. divuꝫ Pium rescripsisse, in tacito fideicõmisso omne emolumentũ heredi auferenduꝫ, ꝛ fisco ꝑstandũ, ergo, vt idẽ Paulus ait. d. §. in tacito. ꝛ vsurarũ emolumẽtum aufertur heredi, si vero nulluꝫ vsurarũ emolumentũ fideicõmissarius percepit, sed fructus in vsu habuit, eorum tñ pretia deberi non etiam vsuras, divus Severus benigne decrevit. In summa, si qualibet alia ex causa hereditas fisco vendicetur eadem, vt. s. diximus fructuum ratio habebitur.

SUMMARIUM

1 Possessoria hereditatis petitione quantum bonorum quis consequatur.

2 Pater filij militis premortui peculium petens, fructus quoqꝫ consequetur.

De fructibus qui in bonorum possessionis, aut cuiuslbet alterius vniversitatis petitionem veniunt. Cap. vj.

Non solum autem in hereditate, sed ꝛ in qualibet alia vniversitate, hac fructuũ distinctione vtenduꝫ esse Ulpianus recte putat. l. itẽ veniũt.

1 §. vt senatus. de pet. here. vt in bonorum possessione, † nã per possessoriã hereditatis petitionẽ tñ consequi bonorũ possessoreꝫ Caius. l. j. de possess. hered. peti. not. quantum civilibus actionibus heres cõsequitur. Idẽ fit in restituta ex fideicõmisso hereditate, nã qsquis susceperit restitutã hereditateꝫ, ex senatusconsulto ex quo actiones transeunt. fideicõmissaria hereditatis petitione euꝫ vti posse. Ulpi. scribit. l. j. de fideicom here. peti. eum vti posse Ulpi. scribit. l. prima de fideicommis. heredi. que actio ẽm Paul. l. ij. eod. titu. de fideicõ. here. pe. sententiam, eadẽ recipit. que hereditatis petitio civilis, sed de fructibus q ab herede rogato hereditateꝫ restituere fideicõmissario prestari debent vel non, proxime sequenti titulo differemus. In castrẽsi quoqꝫ peculio putat Ulpi. d. §. ait senatus.

2 hãc fructuũ distinctionẽ locuꝫ habere, † vt si forte intestatus filiusfamilias miles decesserit, pater non hereditatẽ, vt recte Ulpia. loquitur. l. ij. de cast. pecul. sed peculium premortui filij petens fructus simul consequit̃ perinde atqꝫ si hereditatẽ peteret. Illud pretermittendũ non est, que de totius vniversitatis fructibus dicuntur, eadẽ de fructibus partis intelligenda esse. l. j. si pars here. peta. Idẽ. n. iuris in patre ꝙ in toto observandum esse vulgo receptuꝫ est. l. que de tota. de rei vendic. l. an pars. pro derelic.

De fructibus legatorum et fideicommissorum. Tit. iij.

SUMMARIUM

1 Fructus hereditatis per fideicõmissum relicte, percepti ante aditam hereditatem restituuntur fideicommissario.

2 Hereditas per servum hereditarium quesita an veniat in restitutionem.

3 Fructus ante aditam hereditatem percepti, hereditatis nomine cõtinentur.

4 Rogatus restituere hereditatem ad quid teneatur.

5 Heres fructus post aditam hereditatem perceptos lucratur, negligentia non petentis fideicommissum.

6 Heres quo casu fructus post aditam hereditatem perceptos fideicommissario prestare debeat.

De fructibus hereditatis per fideicommissum purum relicte. Cap. j.

Post enarrationem fructuũ qui in petitionẽ hereditatis veniunt, de fructibus qui in singularum rerũ petitionẽ deducuntur, statim discutienduꝫ esse videbat̃, sed cũ hereditati summa cũ legatis ꝛ fideicommissis adfinitas intercedat, non sine cã de legatorũ ꝛ fideicõmissorũ fructibus, prius dicẽdũ nobis esse existimavimus. Per fideicõmissum aũt, aut hereditates, aut singule res relinquuntur. idqꝫ vel pure, vel in diẽ, vel sub cõditione, Primũ igit̃ de fructibus hereditatis per fideicõmissuꝫ purũ relicte dispiciamus. Et Julia. respõdit.

1 l. ita tñ. §. si servũ. ad trebel. † fructus ante aditam hereditatẽ perceptos, fideicõmissario restituendos esse. Uñ si qd ante aditaꝫ hereditatẽ servus stipulatus fuerit, aut ꝑ traditionẽ acceperit id ei restitui dꝫ, preteriti quoqꝫ ante aditaꝫ hereditatem tẽporis vsuras in restitutionẽ venire, Papi. scribit. l. deducta. j. respon. ad trebel. Post aditã vero hereditatẽ perceptos fructus in fideicommissariam hereditatis restitutionẽ non venire cõstat. l. in fideicõmissariã. l. postulante. §. sane. §. fi. eo. titu.

2 † Itaqꝫ si qd servus hereditarius post aditã hereditateꝫ stipulatus fuerit, aut ꝑ traditionẽ acceperit, minime restituendũ esse Julia. scribit. d. l. ita tñ. §. si servũ. Sed etsi servum hereditariũ, heres rogatus restituere hereditatẽ iusserit adire hereditatẽ. ab alio eidẽ servo relictã, ꝛ tunc hereditatẽ restituerit, idem Julian. d. §. si servũ. ꝛ Caius. l. facta. §. si heres. eo. ti. eã hereditatẽ que ꝑ servũ acquisita est, restitui debere, negant. Pari ratione, si heres nummos hereditarios feneraverit, nihil eo nomine prestabit ei cui hereditas ꝑ fideicõmissuꝫ relicta est, ꝙ ꝛ Marcello placuit. l.

3 postulantes. §. fi. eo. ti. Rõ differentie hec est † ꝙ ante aditã hereditatẽ percepti fructus, iacenti hereditati accepto ferunt̃, deqꝫ natura ꝛ substãtia hereditatis participant, vñ ꝛ appellatiõe hereditatis cõtinẽtur. Cui cõsequens est, vt hereditatẽ restituere rogatus, fructus ante aditaꝫ hereditatem ꝑceptos, vt. s. expositum est restituere cogatur, ꝑinde atqꝫ si de his restituendis nominatim rogatus esset. Sꝫ cũ adita hereditas nomẽ hereditatis amittat patrimoniũqꝫ heredis appellari incipiat, merito fructus postea ꝑceptos, non hereditati sꝫ ipsis rebus accepto ferri Ulpia. rñdit. d. l. in fideicõmissariã. sicqꝫ non ex hereditate, sed ex rebus ꝛ bonis ipsius heredis ꝑceptos videri. Quare institutũ heredẽ de his restituendis rogatũ esse Caius

4 negat. l. facta. §. heres. eo. ti. † quoties. n. quis rogat̃ hereditatẽ restituere, id videtur rogatus restituere, ꝙ hereditatis fuit, id quoqꝫ Ulpi. no. d. l. in fideicõmissariaꝫ. Cũ igitur post aditã hereditatem ꝑcepti fructus, hereditatis non fuerint, non debere eos in restitutionẽ venire manifestum est. Ad hec cũ in colendis fundis ꝛ colligendis fructibus heres operã consumpserit, non esse equũ Marcel. scribit. d. l. postulante. §. fin. eo. ti. cogi eum reddere fructus, ꝛ alterius (vt ita dixerim) procuratorẽ constitui.

5 † Preterea heredeꝫ fructus post aditã hereditatem perceptos ex negligentia non petentis fideicommissum, lucrari Ulpi. existimat. l. mulier. §. si heres. eo. ti. Quid ergo si in petendo fideicommis

so, nulla fideicõmissario negligetnia imputari possit, sed ꝯ̃ heres in eo
restituendo moraz cõmittat: an etiam post cõmissam in restituendo
fideicommisso morã, perceptos fructus heres suos faciat: ⁊ hoc ca
su fructus in restitutionez venire Julianus, Marcel. Papinia. ⁊
Ulpia. rñderunt. e. l. in fideicõmissariam. l. ita tñ. §. j. l. postulante.
§. fi. l. deducta. eo. ti. neminẽ. n. ex mora lucrũ consequi, quin potius
6 penã persoluere debere indubitati iuris est. Est ⁊ alius casus † quo
post aditã hereditatẽ pceptos fructus heres fideicõmissario presta
re tenetur, cũ. s. specialiter fuerit rogatus, vt hereditatem simul cuz
fructibus restituat, que sententia Ulpi. placuit. d. l. si fideicommis-
sariam. Apud Caiuz quoqz scriptũ memini, Si heres cũ incremen
to rogatus sit restituere hereditatẽ, ⁊ priusqz eã restituere, seruum
hereditarium heredez ab aliquo institutuz iusserit adire hereditatẽ
hanc etiam hereditatem restituere cogi, nisi euidentissimis proba-
tionibus fuerit ab herede probatum, contemplatione sui seruum es-
se heredem institutum.

SUMMARIUM

1 Heres fructus suos facit post aditam hereditatem, qui medio tem-
pore quo dies vel conditio pendet percepti sunt.
2 Legatum his verbis relictum, quicquid ex hereditate ⁊c. qualiter
intelligatur.
2 Rogatus restituere quod superesset cum moreretur an debeat re-
stituere fructus superfluos.
4 Heres rogatus restituere si sine liberis moriet̃, an restituet fructus
quos ex hereditate percipit.
5 Mulier non coget̃ restituere id quod pro dote ei maritus reliquit.
6 Heres quo casu fructus medij temporis fideicommissaio restitu-
ere teneatur.
7 Fideicommissum in diem dilatum qualiter intelligi debeat.
8 Heres rogatus post aliquot annos restituere, an liberetur ante tẽ
pus prefixum restituens.
9 Heres rogatus hereditatem restituere quando ad fructus medij tẽ
poris teneatur ⁊ quando non. ⁊ nn. seq.

De fructibus hereditatis per fideicommissum in diem vel sub conditione relicte. Cap. ij.

D E fructibus hereditatis p
fideicõmissum purum relicte, satis dicunt esse arbitror,
deinceps de fructibus fideicõmissi in diem vel sub con-
ditione relicti disseramus. Et quidẽ quãtũ ad fructus ante aditã he-
reditatẽ perceptos attinet, eade per oĩa obseruari debent, que. s̃. de
1 fructibus relicti pure fideicõmissi a nobis dicta sunt. post † aditam
vero hereditatem, oẽs fructus medio tẽpore, quo dies vel conditio
pendet, pceptos heres suos facit, dieqz vel cõditione fideicõmissi
adueniente eos restituere non debebit. vt si hereditatem post mor-
tem suaz alteri restituere rogatus sit fructus quos viuus percepit
fideicommisso non contineri, Paul. l. paulus. de vsu. respondit. Et
Papi. euz qui post tẽpus hereditatez restituere rogatus est, vsuras
a debitoribus hr̃ditarijs pceptas, quarum dies post mortẽ credito-
ris cessit, restituere non cogi, respondit. l. deducta. §. qui post. ad tre
bel. ⁊ hec sententia tñ maxime vera est, cũ nominatim sine fructibus
vel deductis exceptisue reditibus, hereditatẽ restituere rogatus fu
erit. Sed etsi testator expresse rogauerit heredẽ vt qcqd vel quanta
pecunia ad euz ex hereditate eius peruenerit, vel qcqd supererit ex
bonis eius, restituat. fructus tamen medio tempore perceptos re-
stituere non cogitur. Unde Mode. scribit. l. quod his verbis. de
2 lega. iij. † ꝙ his verbis relictũ est, qcqd ex hereditate bonis ve me-
is ad te peruenerit cũ morieris restituas fructus quos heres viuus
percepit, itẽ queqz fructuũ vice sunt non venire, nec. n. quicq̃z pro-
poni, ex quo de his quoqz restituendis testatorẽ rogasse probari po
test. Martian. etiaz refert. l. scribit. ad trebel. Celsuz scribere, si is
quadringẽta in bonis habebat, petijt ab herede suo, vt si sine liberis
moreret̃, quanta pecunia ex hereditate sua ad eũ peruenisset, Me
uio restitueret̃. si ex fructibus medio tempore quadringenta perce
perit, ⁊ sine liberis decesserit heredem eius Meuio quadringenta
debiturũ. Apud Papi. l. heredes mei. eo. ti. quoqz similis species
proponit̃ in hunc fere modũ, heredes mei qcqd ad eos ex heredi-
tate bonisue meis peruenerit, id omne post mortẽ suaz restituat pa
trie mee Colonie Beneuẽtanorũ, nihil de fructibus pendente con
ditione perceptis. pretium videri constat. Idem Papi. scribit. l. de
ducta. §. ꝙ ex hereditate. eod. ti. † ꝙ ex hereditate superfuisset cum
3 moreretur, restituere rogatus, fructus superfluos restituere non vi-
deret̃ rogatus, cũ ea verba. diminutionẽ quidẽ hereditatis admittant
fructuum autem additamentum non percipiant.

Sed Ulpi. l. ij. §. nonnunq̃z. de vsu. ꝯ̃. sentire videtur, cum ait, nõ
nunqz euenire, vt quanq̃z fructus hereditatis, aut pecunie vsura no
minatim relicta non sit, nihilominus debeatur, vt pote si quis roget̃
post mortẽ suam qcqd ex bonis supererit Titio restituere, vt. n. ea
que bonafide diminuta sunt, in fideicõmissi causa non cõprehendun
tur, si pro mõ ceterorum quoqz bonorum diminuantur, ita ꝙ ex fru
ctibus supererit iure volũtatis restitui oportebit, que sententia tunc
demum obtinet, cũ ex his que precedunt vel sequuntur. apparet te-
statorẽ de fructibus quoqz restituendis sensisse, vt perinde in restitu
tionẽ veniant fructus, atqz si specialiter eos restitui iussisset. Quod
4 ⁊ respõso quodaz Celsus. l. balista. eo. ti. significare videtur, † apud
quem, cum ex facto propositum esset filiumfamilias heredem insti-
tutum ita Trebellianus si cauerit colonie Phillipensium, si sine li
beris moreretur, quantacunqz pecunia ad eum ex hereditate bonis-
ve meis peruenerit eam pecuniaz omnẽ ad coloniã Phillipensiuz
peruenturam respõdit, ex his verbis se existimare, ẽt fructus quos
ex hereditate perceperit restituere eum debere, perinde quasi spe-
cialiter testator hoc expressisset. In eandez sententiã Ulpia. ita scri
bit. l. cuz quis. §. mulier. de dote preleg. Mulier dotẽ promisit qua
dringentorũ, ⁊ dedit fundos duos in ducenta, ⁊ propterea nomina
debitoruz in residua ducenta, mox maritus eius decedens, pro dote
fundos ei duos, non eos quos in dotẽ acceperat reliquit, ⁊ preterea
duos illos dotales, quos estimatos acceperat reliquit, fideiqz eius
cõmisit, vt qcqd ex hereditate eius peruenisset id restitueret Seio
cuz moreret̃, querebat̃ quantũ esset in fideicõmisso muliere defun-
cta. Dicebam mulierẽ hanc que rogata est qcqd ad se peruenerit ex
testamento restituere in ea esse cõditione, vt id demũ restituere co-
gat̃, ꝙ deducta dotis quantitate ad eam peruenit, dotẽ. n. recepisse
eã magis q̃z accipisse, saluo eo ꝙ ex cõmodo representationis ab ea
5 fideicõmitti potui. † Proinde in quod maritus pro dote ei religt,
non coget̃ restituere, nisi plus fuerit in eo q̃z in quantitate dotis, resi
duũ vero ꝙ preterea illi relictum est cum fructibus cogetur restitue
re, habebit igitur precipuam dotem cum fructibus suis, id vero ex-
trinsecus relictũ est, cuz fructibus qui ad eam peruenerint restituet.
Euidẽs. n. coniectura est, voluisse testatorez ẽt fructus restitui, ex
eo ꝙ pro dote legaret, que quasi quedaz taxatio esset. ita vt qcqd vl
tra eã haberet mulier, id omne iure fideicõmissi restituere ꝙ non si-
ne ratione ab Accursio quoqz qresponsuz est. d. §. mulier. Idem p-
6 bandũ erit, cũ † apparet testatorez solius fideicõmissarij gratia resti
tutionem fideicõmissi in diei vel conditionis euentũ distulisse, hoc
. n. casu fructus medij tẽporis ad herede percepti fideicõmissario p̃
stari debent, ne in fauorẽ eius ⁊ vtilitatem dies vel cõditio apposita
duriore interpretatione ꝯ̃ eius cõmoduz producat̃ ad seueritatem,
ꝙ verissime Modesti. l. nulla. de legi. ⁊ senatuscõ. scribit, nulla iu-
ris rõ, aut equitatis benignitas patit̃. Unde Põponius refert. l.
7 si ita. §. Pegasus. de leg. ij. Pegasum ita soliũ distinguere, † si in
diẽ fideicõmissuz relictũ sit, veluti post annos decẽ, interesse cuius
cã tps dilatũ sit, vtrũ ne hr̃dis quo casu fructus hr̃dẽre tinere dẽre
an legatarij, veluti si in tẽpus pubertati, ei q ipubes sit fideicõmis-
suz relictũ sit, tunc. n. ⁊ fructus prestandos etiaz antecedentis tempo
ris, ⁊ hec ita intelligenda sunt si non nominatim adiectum est, vt cũ
incremento heres fideicõmissum prestet. Ulpia. l. ij. §. cũ Pollidi
us. de vsu. ẽt respondisse inuenio. Cum Pollidius a ppinqua sua,
heres institutus rogatus fuisset filie mulieris qcqd ex bonis eius
ad se peruenisset, cũ certã etatem puelle cõplesset, restituere, idqz si
bi mater ideo placuisset, testamento cõprehendisset ne filie, tutori-
bus, sed potius propinquoruz necessitudine res cõmitteret̃. eũdẽqz
Pollidiũ, funciũ retinere iussisset, prefectis pretorio suasi fructus q
bonafide a pollidio ex bonis defuncte percepti essent restitui de-
bere, siue ꝙ fundũ ei tm̃ prelegauerat, siue quod lubrico tutele, fidei
cõmissi remediũ mater pretulerat. Cui sententie consentaneũ est ꝙ
8 Jabolenus scribit. l. eũ qui. de annu. leg. eũ † rogatus post decez an
nos restituere pecuniam, ante diem restituit, si pp capientis perso-
nam, ꝙ rem familiarẽ tueri non posset, in diem relictũ fideicõmissuz
probet̃, ⁊ perdituro ei, id heres ante diem restituisset, nullo mõ li-
bertũ esse, ꝙ si tempus heredis causa prorogatum esset, vt cõmodũ
medij tẽporis ipse sentiret, liberatũ eum intelligi nam ⁊ plus eum p̃
stitisse q̃z debuisset. Apud Serbidium quoqz Sceuolam proposita
9 est species talis. l. liberto. §. filiũ. de annu. leg. filiuz ex † dodrante,
vxorẽ ex quadrante instituit heredes, ⁊ filij fideicõmisit, vt nouerce
restitueret hereditatem, ab ea autem petijt, vt infirmitatẽ filij cõmẽ
datam haberet, eiqz menstruos aureos denos prestaret; donec ad.
xxv. annuz etatis peruenerit, cum autẽ implesset eam etatẽ, partem
dimidiam hereditatis ei restitueret filius deducta dodrantis parte
quarta,

quartā, ex qua institutus erat, nouerce hereditatem restituit, ⁊ postea adimpleuit. xxv. annum etatis. Quesitū ⁊ cū nouerca vniuerse hereditatis habeat dodrantem, semiunciam ⁊ sicilicum, ⁊ an eius ꝑtem dimidiā priuigno suo restitueret: Respondi ſm ea que proponerent, tm̄ restituendū, quantū cum eo ꝙ falcidie nomine filius deduxisset, semisseꝫ faceret. Idem quesiuit an ꝙ infirmitati filij pater consulere voluerit, fructus quoqꝫ medij tēporis nouerca ei restituere deberet: Respondi ſm ea que proponerentur debere. Exceptis
10 autem his casibus fructus medij temporis heres suos† facit, adeo vt Aphric. scribat. l. ex asse ad trebel. ex asse heredem institutum, partem hereditatis mihi pure, partem tibi sub cōditione restituere rogatum, cū suspectam diceret hereditatē, postulante me adijsse ⁊ mihi totā ex senatuscōsulto restituisse, quandocūqꝫ conditio extiterit, an fructus partis sue tibi restituere debeaꝫ, non inuenio dubitatum fuisse. ⁊ plerisqꝫ placuisse, non esse eos prestandos, q̄ nec ab herede prestarentur si sua sponte adijsset. Ceterum an partus ancille ante diem fideicommissi cedentē editi sint restituendi, vetus (vt superiore libro exposuimus) questio fuit, cuius decisio ex his que ibidem diximus requirenda est.

SVMMARIVM

1 Fructus rei legate quando hereditatem augere dicantur, et quando non.
2 Seruus hereditarius hereditati non adite acquirit.
3 Legatum post mortem domini seruo relictum an efficiatur heredis. Fructus ex re legata ante aditam hereditatem percepti an spectēt ad legatarium.
4 Legatum fundi instructi an comprehendat instrumētum, cuius mētio facta non est. Peculij legati nomine que veniant.
5 Peculium seruo manumisso legatum quid comprehendat.
6 Nomen debitoris legatum his verbis, Titio decem aureos dari volo ⁊c. qualiter intelligatur.
7 Legatum partis bonorum an sit cum fructibus restituendum.
8 Legato partis bonorum relicto an debeatur pars ipsa bonorum, an estimatio.
9 Legatum partis bonorum non est certi corporis.
10 Aditio hereditatis tardior neqꝫ heredi lucrosa neqꝫ legatarijs damnosa esse debet.
11 Fructus percepti ante aditionem hereditatis quo casu fiant legatarij.
12 Legatarius adiectum legatum per testatorem petere potest.

¶ De fructibus legatorum ante aditam hereditatem perceptis. Cap. iij.

Quod ad fructus ceterorū legatorum ⁊ fideicommissorum attinet, est quedam similis obseruatio, sed non omnino eadem.
1 †Hanc enim rei legate ante aditam hereditatem percepti fructus, hereditatem augent, hi presertim qui maturi mortis testatoris tempore erant. l. in. l. falcidia placuit. ad leg. aquil. quam sententiam puto veraꝫ, licet Bald. ꝯ senserit, neqꝫ partem rei legate facere intelliguntur. cum ante aditam hereditatem a solo separati fuerint, multo magis hi qui post testamentum, sed viuo adhuc testatore percepti sunt. l. quesituꝫ §. penul. de leg. j. Sed ⁊ si post tēpus mortis, tm̄ ante aditaꝫ hereditatem nati ⁊ percepti fuerint, q̄uis non sic estimationem hereditatis augeant, vt heres eos sibi in quartam imputare debeat tamen hereditati accepta feruntur, ⁊ in numero reruꝫ hereditariarū habentur, eidemqꝫ futuro heredi cum ceteris rebus hereditarijs acquirū
2 tur. †Itaqꝫ quod seruus ante aditam hereditatē acquirit, hereditatem eum acquirere Sabi. scribit. l. quod seruus. de leg. ij. Sed an adita hereditate legatario sit restituendum: ⁊ putat Accur. d. l. q̄d seruus. restitui debere, que sententia vera non est, cum enim hereditati acquirat, que futuri heredis personā representat, in dominiū eiusdē cum reliquis, vt. s. diximus, rebus hereditarijs transfertur, alioqui hereditati acquiri dicendum non esset, quod non in heredis sed legatarij dominio futurum esset. Eadeꝫ ratiōe si aliquo casu possessio rei legate ante aditaꝫ hereditatem ad legatarium peruenerit, cum fructus omnes quos ante aditam hereditatem percepit restituere debere Vlpi. recte putat. l. nihil. §. fructus. de leg. j. Nam et Julia. scribit. l. quesitum. §. pe. de lega. j. l. si mihi seruus a te herede legatus fuerit, ⁊ eidem seruo aliquis legauerit, ⁊ viuo eo qui mihi seruū legauerat, dies legati seruo dati cesserit, confestim id legatū hereditati acquiri, ⁊ ideo q̄uis postea moriatur is qui mihi seruum legauerat, ad me id quod seruo legatum est, non pertinebit. Similiter ⁊ Caius respondit. l. si post mortem. de lega. j.
3 ¶ †Si seruo post mortem domini relictum est legatum, si quidem in ea causa durauerit, ad heredem domini pertinet, vsqꝫ adeo vt idē iuris sit, ⁊ si testamento domini liber esse iussus fuerit, ante enim cedit dies legati q̄ aliquis heres domino extiterit, quo fit vt hereditati acquisitum legatum, postea herede aliquo existēte ad eū ꝑtineat. ¶ Nonnunq̄ tm̄ ex die mortis testatoris ⁊ ante aditam hereditateꝫ percepti fructus ad legatariū ꝑtinent, veluti cū legatū vniuersitatis corporisve ꝙ ex distantibus constat, relictū est, tūc. n. fructus. non vt fructus, sed vt augmentum ⁊ pars legat. corporis legatarium ex die mortis sequunt̄. v. g. equitio legato ēt si mora heredis non intercedat Mode. ait. l. equis. j. de vsu. incremento gregis fetus accedere. Sed ⁊ quarumcūqꝫ pecudū grege vel armento legato, ⁊ que postea accedunt ad legatarium pertinere Vlpia. respōdit. l. grege. ꝺ leg. j. Apud Paul. quoqꝫ ita relatuꝫ est. l. fundum. de fun. instruc.
4 Fundum instructū libertis patronus legauit, postea codicillis petijt, vt morientes, partes suas fundi superstitibus restituerent nec instrumenti mentionem habuit, talem in fideicōmissi causa deductū videri placuit, qualis fuerat legatus, sed medij temporis augmenta fetuū ⁊ partuum, item detrimenta fatalium fideicōmisso contineri. Item peculio legato Vlpia. querit. l. deniqꝫ. de pecul. lega. vtrum id demum peculiū accipimus quod mortis tempore fuerit, an vero ⁊ quod postea accesserit applicamus, vel quod decesserit detrahimus, ⁊ refert Julianum respōdisse, siquidem non ipsi seruo sed extraneo legatuꝫ sit peculium, tempus mortis spectandum, quare illud quidē ꝙ ex operis suis vel alia causa post mortem testatoris ante aditam hereditatem acquirit seruus cuius legatum est peculium cum id legati peculij nomine nō cōtineat, legatario non acquirit, tm̄ incrementa rerū peculiariū ad eum peruenire debent, vt partus an
5 cillarū, fetus pecorū, que in peculio mortis tēpore fuerunt. †Diuersū est cum ipsi seruo manumisso peculiū legatū est, nā non solū q̄d die mortis fuerit, ſꝫ ⁊ ꝙ postea acquisierit (cū vnū ⁊ idē sit peculiū ⁊ patrimonium eideꝫ manumisso futurū) legato adscribenduꝫ Julia. ⁊ Vlpia. responderunt. d. l. deniqꝫ. Paul. quoqꝫ peculiū legatum augeri posse ⁊ minui ait. l. peculium. de lega. j. ⁊ cum quidā ita legisset. Fundū Cornelianum ⁊ mancipia que in eo fundo dū moriar mea erunt, heres meus Titio dato, an partus eius legato cedat, res
6 pondit Julia. l. huiusmodi. §. legatuꝫ. de lega. j. cedere. †Item cum testator nomen debitoris ad hec verba legasset. Titio hoc amplius dari volo, decem aureos quos mihi heredes Caij Seij debent aduersus quos actionē ei mandari volo, eiqꝫ eorundē pignora tradi, quereretur qꝫ vtrum heredes tantum decem dare debeant, an in omne debitū, hoc est in vsuras deberent mandare. Respond. Sceuola. l. nomen. de leg. iij. videri vniuersam eius nominis obligationem legatā. Item cum ignorante testatore actores in prouincia adiectis sorti vsuris decem stipulati essent, an ex causa fideicōmissi suprascripti etiam incrementum huius debiti ad Titiū pertineret, quesitum fuit. Respōdit Sceuola pertinere. Proinde his que fructibus vniuersitatis legate ex die mortis legatario prestandis dicimus, ꝯtrium non est quod Paul. scribit. l. si quis bonorum. de lega. j.
7 ¶ †Si quis bonorum partem legauerit, siue fructibus legatum restituendum, ⁊ lꝫ fideicommissum hereditatis partisue eius, vniuersitatis fideicōmissum recte appelletur, non tamē partis bonorum legatum vniuersitatis dicitur. Nam in hoc legato partis bonorum nulla onera ⁊ incōmoda continentur, cum deductis omnibus oneribus pars bonorum definiatur, ⁊ ita Modestin. scribit. l. cum aūt, de lega. ij. Ad hereditatis ⁊ cuiusuis alterius vniuersitatis nomen, nō cōmoda tantum, sed ⁊ onera cōtinet. Preterea hoc legatuꝫ, certi corporis vel vniuersitatis non esse ex eo satis apparet, q̄d heres non res ipsas, neqꝫ partes rerum prestare cogitur, sed prout elegerit, vel forte iudici equum visum fuerit, vel partes rerum vel vnam
8 pro pluribus, vel estimationem earū prestare potest. †Nam ⁊ Pomponius refert. l. non amplius. §. cum bonorum. de leg. j. cum bonorū parte legata, dubium esset, vtrum rerum partes an estimatio deberētur, Sabinum quidem ⁊ Cassium respondisse, estimationem deberi, Proculum vero, ⁊ Neruam existimasse rerum partes esse legatas, sed oportere heredi succurri, vt ipse eligat, siue rerum partes, siue estimationē rerum dare maluerit, in his tamē rebus cōcedi, heredi partem dare, que sine damno diuidi possunt, si autem vel naturaliter indiuise sunt, vel sine damno, diuisio earum fieri non potest, estimatio ab herede omnino prestanda est. Potest auteꝫ (vt Paul. ait. l. potest. de lega. j.) heres vel in paucioribus, vel in vnare relictam partem legatario dare in quam vel legatarius cōsenserit vel iudex estimauerit. †Ex his igitur satis constat neqꝫ certi cor 9

poris neq; vniuersitatis, sed plane incerte rei, legatum partis bonorum esse, cũ ante solutionem ignoretur, quid prestandum veniat, & tunc demum res fiant legatarij cũ earum prestatio facta est, ex quo tempore fructus ei deberi incipiunt. Non solum autem hoc casu cũ vniuersitas legata est ante aditã hereditatem percepti fructus legatarium sequuntur, sed & alio casu, cum heres aditioni moram fecit. Nam post moram in adeundo commissam percepti fructus quamuis ante aditam hereditatem percepti fuerint ad legatarium pertinere explorati iuris est, quod in .§. scripto partis bonorum legato Paulus .d.l. si quis bonorum. de legat. primo. respondit; inquiẽs partis bonorum legate fructus non restitui, nisi mora heredis intercesserit, & Modestinus ait .l. equis .ij. de vsu. equis per fidicõmissum legatis, post morã heredis fetus quoq; deberi. sed & fetum secundum in prestationem venire Vlpianus tradit .l. equis .j. de vsu.

20 neq; † enim tardior hereditatis aditio heredibus lucrosa, aut legatarijs damnosa esse debet, alioqui in legatariorũ fraudem heredes possint tardius hereditatem adirent, vt interim legatorum fructus hereditati acquirerentur, quod ferri non debet. Cum autem plerunq; per litem super aditione contestatam heredes in mora constituantur, Imperator Gordianus scripsit .l. fina. C. de vsu. & fructi. lega. & fideicom. in legatis & fideicommissis, fructus post litis contestationem non ex die mortis sequi, siue in rem, siue in personã agat, q̃ rescriptum non de mora post aditam hereditatem commissa, sed de ea que in adeundo commissa est intelligendum, illa verba (non ex die mortis) demonstrant, diem enim mortis opponit litis contestationi, per quam heres in mora constituitur, quod si de ea que post aditã hereditatem committitur locutus fuisset, non diem mortis, sed potius adite hereditatis litis contestationi opponere debuisset.

21 ¶ † Est & alius casus quo ante aditã hereditatem percepti fructus legatarij fiunt, cum testator ipse rem legatam tradidit, tũc enim quasi donatione facta statim ex die traditionis fructus ad legatarium pertinent. Idem dicendum erit cum nominatim testator rem legatam cum fructibus qui ex ea percepti fuerint prestari iussit, vt si affini suo ita legauerit, Fundum Cornelianum Titio vt est instructus cum omnibus rebus & mancipijs, & reliquis colonorum dari volo, respondit Sceuola .l. fundum. de fun. instruc. fructus eiusdem fundi qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicommisso cedere, cũ plenissima erga affinem testatoris voluntas, ab eo quoq; manifestetur quod reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eum pertinere voluerit. Nouissime sciendum est, licet post testamentum se viuo adhuc testatore, vel etiam mortuo eo, sed ante aditam hereditatem, fructus nati exceptis suprascriptis casibus hereditati acquirantur nec prestandi cum re legata veniant, tamen si testator rei legate aliquid adiecerit, id ad legatarium pertinere plerique responderunt, nã & Jabolenus .l. cum fundus. de legatis .ij. scribit. cum fundus nominatim legatus sit, si quid ei post testamentum factum adiectum est, id quoq; legato cedere, etiam si illa verba adiecta non sint (qui meus erit) si modo testator eam partem non separatim possedit, sed vniuersitati prioris fundi adiunxit. Item si ex toto fundo partem alienasset testator reliquam duntaxat partem deberi, Pomponius .l. si ex toto. de lega. primo. existimat, quia etiam si aliquid adiecisset ei fundo, augmentum legatario accederet.

22 ¶ † Idem Pomponius scribit .l. quod in rerum .§. si quis post. de lega. primo. si quis post testamentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quam fundo Titiano destinaret, id quod adiectum est, exigi a legatario posse, & similem esse causam alluuionis, & maxime si ex alio agro qui fuit eius, cum testamentum faceret, eam partem adierit.

SVMMARIVM

1 Fructus rei legate post aditam hereditatem sunt legatarij. et nume. 3.
2 Legatum rei legate dominium in legatarium transfert.
3 Seruo legato si quid legetur, etiam id ei debetur cui seruus legatus est.
4 Legata pure statim ex die adite hereditatis prestari debent.
5 Fructus qui in legati petitionem deducantur.
6 Heredem ex die hereditatis adite legata non prestantem in mora esse qualiter intelligendum.
7 Vsuras legatorum a tempore litis contestate exigi an verum sit.
8 Heres qua actione ad fructus rei legate ante litem contestatam perceptos conueniatur.
9 Fideicommissum restituere qui cogitur, ad fructus post litis contestationem perceptos eadem sententia tenetur.

¶ De fructibus legatorum pure relicorum post aditam hereditatem perceptis. Cap. iij.

Sequitur vt de fructibus legatorum post aditam hereditatem perceptis disseramus. Et regulariter fructus rei pure legate ante aditam hereditatem perceptos hereditati, vt supra diximus acquiri,
1 q̃ vero post aditã hẽdita. prouenerunt eos demũ ad legatariũ pertinere, certi & indubitati iuris est, nam etsi Martianus .l. a Titio. de fructibi. recte dicat ea que legantur recta via ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt transire, non tñ significat statim ex die mortis testatoris, & ante aditam hereditatem rei legate dominium in legatarium transferri, sed hoc sibi vult dominiũ rei legate ne momento quidem penes heredẽ, sed interim vacante hereditate dominium ipsius hereditatis esse, & ab adita hereditate, quasi ab eo q̃ legauit, cuius personam hereditas vacans representabat recta via dominium ad legatarium transire, quod & Juli. l. si tibi homo .§. cũ seruus. de lega. primo. in persona serui legati respondit, vt ex die adite hereditatis legatarij fuisse intelligatur si eum non repulerit, ante aditam vero hereditatem in suspenso sit an legatarij an vero heredis futurus sit. Hoc ipsum & Papinia. apertissime declarat, ait.
2 n .l. legatum ita. de leg. secundo, † legatum ita dominium rei legatarij facere. vt hereditas heredis res singulas, quod eo vt idem dicit pertinet, vt si pure res relicta sit. & legatarius non repudiauerit defuncti voluntatem, recta via dominium quod hereditatis fuit ad legatarium transeat, non facto heredis, que sane verissima interpretatio, nostrorum glossulariorum distinctionem Accur. & alij in dicta. l. a titio. qua fictionem a rei veritate distinguunt, fictam & ineptam esse conuincit. Ergo cum ex die adite hereditatis quesitum sit ex causa legati vel fideicommissi dominium fructus qui postea percipiuntur ad legatarium vel fideicommissarium pertinere, Modestinus scripsit .l. herennius. de vsu. ideq; et Vlpiano placuit .l. nihil .§. fructus. de lega. primo. † Vsqueadeo autem fructus qui post aditam
3 hereditatem peruenerunt, legatario debentur, vt quamuis maior pars anni ante diem legati cedentem preterierit, nihilominus omnes fructus totius anni, qui post aditam hrreditatem prouenerunt ad legatariũ p̃tineant, vt Modestinus respondit .l. herennius. Et secundum hanc regulam qua ex die adite hereditatis dominium legati acquiri legatario dicimus, & de iure eorum que per traditionẽ seruus legatus acceperit, aut stipulatus fuerit, deq; his legata vel donata ei fuerint, statuendum esse Julianus ait .l. si tibi homo .§. cũ seruus. de leg. primo. vt si quidem non repudiauerit legatarius, hec omnia post aditam hereditatem per seruum acquisita ad eum pertineant, si vero repulerit seruũ non legatarij sed heredis negotium
4 gessisse existimetur. † Sed & si seruo legato ante aditam hereditatem aliquid legatum fuerit, hoc quoq; ad eũ cui legatus est seruus pertinere nam diem eius legati quod seruo datum est non mortis tẽpore sed adita hereditate cedere, idem Julianus respondit .l. cum legato. quando dies lega. cedit. Item cum legato seruo anteaquam hereditas eius qui legauerant adiretur vsufructus ab alio legatus fuerit, & prior hereditas eius qui vsumfructum legauerit adita fuerit, postea adita hereditate eius qui seruum legauerat, Julianus existimat .l. cum ita .§. cũ legato. quando dies vsufruc. lega. cedit. vsumfructum ad eum cui legatus est seruus pertinere. Nam tunc demũ dies vsusfructus seruo legati cessit, cum hereditas eius qui seruum legauerat adita est, que priusquam adiretur dies vsusfructus seruo legati cedere non potuit, nec interim eidẽ hereditati aliquod emolumentum acquiri, idemq; Caius Hermogenianus et Paul. probant .l. si post. mortem. de lega. primo .l. hereditas. de acquiren. re.
5 domi .l. vsusfructus. de stipula. seruo. † His consequens est, legata omnia, que pure sine die vel conditione adscribuntur (vt Modestinus refert .l. omnia. de lega. secundo.) ex die adite hereditatis p̃stari debere heredem qui ipso aditionis die eadem non prestiterit, sine vlla interpellatione, sed solo diei lapsu, cum eorum prestandorum potestatem habuerit, in moram incidere, omnesq; fructus post aditam hereditatem ex re legata perceptos legatario restituere debere. Itaq; cum heres legata est, si quidem propria fuerit testatoris & copiam eius habet heres, moram facere non debet, sed eam secundum Vlpiani opinionem .l. cum res. de lega. primo absq; mora prestare, qua intercedente vsuras & omniũ vtilitatẽ prestandam Sabinus ait dicta .l. cum res. Quare si quis seruo suo fideicommissariã libertatem adscripserit, si mora fiat prestande libertatis et fideicõmisso morã facta videri, & vsurarũ onus accedere, nã & certa que medio tẽpore acquisiuit seruus, dũ heres moratur prestare libertatẽ, eidem restitui oporteret, rectissime responsũ est .l. si quis seruo. de lega. ij.

5 lega.ij. Scribit etiam Aphricanus.l.apud iulianum.de leg.j.† fru-
ctus in petitioneꝫ legati deduci, non eos tm̄ quos heres percepit,
sed quos legatarius percipere potuit, ⁊ idē in operis seruorum, ve-
cturis iumentorum, naulis nauium, pensionibus vrbanorum predio-
rum, vsuris quantitatis intelligendū esse, cū hec omnia vt primo li-
bro exposuimus, in fructibus habeantur. Idē de partu ancillarum
etsi in fructu non sint, dicendum erit. Et si seruus legatus fuerit, et
hereditas vel legatum, vel quid aliud, per euꝫ acquisitum fuerit, he
redem debere prestare idem Aphricanus respondit.l.apud iulia-
num. Similiter ⁊ Paul. scribit.l.is qui fideicommissum.de lega.
iij. eum qui fideicommissum debet post moram non tm̄ fructus, sed
etiam omne damnum quo affectus est fideicommissarius restituere
cogi. Apud Sceuolam.l.patronus.de lega.iij.quoqꝫ proposita est
species huiōi. Patronus liberto statim tribū emi petierat, liber-
tus diu moram ab herede patroni passus est, ⁊ decedens heredeꝫ re
liquit clarissimum virum, quesitum est an tribus estimatio heredi
eius debeatur, respondi deberi. Item quesitum est an ⁊ commoda ⁊
principales libertates quas libertus ex eadē tribu vsqꝫ in diem mor
tis sue cōsequutus fuisset si ei ea tribus ſm voluntateꝫ Patroni sui
tunc comparata esset, an vero vsure estimationis heredi eius debe-
antur, Respōdit Sceuola. qcq̄d ipse consequutus esset, id ad here
dem suum transmittere. Amplius ⁊ rempublicā, post moram fidei-
cōmissi vsuras prestare cogendā esse, Papiniano visum est.l.qui
solidum.§.ēt.de lega.ij. Hoc autem quod.s̄.diximus, heredeꝫ ex
ipso adite hereditatis die, si legatum non prestiterit, morā commit-
tere, ita accipiendum est, cū rei legate copiam habet. ⁊ sine causa re
stitutionem eius moratur, nam vt eleganter Aphrica. scribit.l.que
situm.de acquirendo rerum domi.si fundum suum quis legauerit.
heres qui ēt legatū esse sciat proculdubio fructus ex eo perceptos
suos non faciet, ⁊ multo magis si testator alienum bona fide emptū
possideat, ⁊ circa seruorum igitur operam ac ministerium eandem
rationem sequendam, vt siue proprij, siue alieni, vel legati, vel manu
missi testamento fuerint, nihil per eos heredibus qui modo eorum
id non ignorant, acquiratur. Quod si heredes ignorantes rem esse
legatam, aut iusta de causa, puta falcidie legis ratione, restitutioneꝫ
eius morati fuerint, fructus interim vsqꝫ ad litem super legato vel
fideicommisso contestatam perceptos suos faciunt. Post litem ve
ro contestatam omneꝫ causam actori representari debere, fructusqꝫ
fundorum ⁊ ancillarum partus in iudicium deduci, deniqꝫ quod ser
uo legato pendente lite, vel legatorum vel hereditatis nomine ob-
uenerit, prestandum esse legatario Julian. respondit.l.quesitum.§.
fina.de lega.j. In hunc quoqꝫ modum intelligi debet, qd̄ diui Se-
uerus ⁊ Antoninus rescripserunt.l.j.C.de vsu.ꝯ fruct.lega.⁊ fidei
7 com.† Legatorum seu fideicommissoruꝫ vsuras ex eo tempore quo
lis contestata est exigi posse, sed ⁊ fructus rerum ⁊ mercedes serno
rum qui ex testamento debentur, similiter prestari debere. Extat eti
am imperatoris Antonini rescriptum.l.ij.C.de vsu.⁊ fruct.lega.et
fideicom. quo cautum est heredes qui falcidie legis ratione legata
morantur ostendere debere hereditatem solidis legatis soluendis
non sufficere. ⁊ si constiterit falcidie locum non esse, ⁊ vsuras ⁊ fru-
ctus post litem contestataꝫ legatarios percepturos. Sed etsi heres
qui ignorabat, aliam ve retinende rei legate iustam causam habebat
anteaquā ad iudicem perueneretur, in mora fuerit, rectissime Vl
pianus respondit.l.in fideicommissi.de vsu. exinde fructuum pre-
standorum necessitate adstrictum eum esse.

8 ¶ Illud etiam non abs re dici possit.† heredem ea actione per quā
petitur legatum, ad fructus ante litem cōtestatam perceptos, conue
niri non posse, sed conductione si mala fide consumpti fuerint, si ve
ro extent, rei vendicatione. quod diffusius proxime sequenti titulo
explicabimus. Et hoc quoque modo interpretandum est Diui Pij
rescriptum. dicta lege in fideicōmissi. quo declaratur, fructus fidei
commissi ex die litis contestate vel precedentis more ad sententiaꝫ
vsqꝫ, heredem restituere teneri, ceterum tempus quod post rem iu-
dicatam est, a dependendis fructibus immune esse. Nam rescriptū
9 sic accipere debemus, vt † is qui ad fideicommissi restitutionem cō-
demnatus est, eiusdem condemnationis ratione fructus ex tempo-
re litis contestate vsqꝫ ad rem iudicatam perceptos restituere debe
at. sed ad eos quos post rem iudicatam percepit restituendos con-
demnationem non porrigi, neqꝫ enim iudex sua sententia tempus il
lud quod post rem iudicatam est comprehendere, iudiciumqꝫ ad fu-
turum tempus trahere potest, sed ad eos persequendos nouam ac-
tionem, instituere. vel condictionem, vel rei vendicationem, prout
cause qualitas tulerit. Illud nullam habet dubitationem sub tempo
re quod est vsqꝫ ad rem iudicatam illud tempus comprehendi quod
condemnatis datum est, cum secundum Vlpiani sententiam dicta.
l. in fideicommissi. illa temporis intercapedo iudicato dilationem
dare, non lucrum adferre debeat. Ceterum manifestioreꝫ esse puto
nostrorum interpretum errorem quam vt vlla reprehensione indi-
geat, vt qui tempus post rem iudicatam immune a fructibus de-
pendendis, hoc est percipiendis exposuerint, quasi vero condem-
natus fructus tantum quos ex facto percepit post sententiam re-
stituere teneatur, non eos quos percipere potuit, ac non potius ma
lefidei possessor fit, sed bonefidei qui rem detinet quam alteri resti
tuere condemnatus est.

SVMMARIVM

1 Fructus rei legate quando hereditati ⁊ quando legatario acqui-
rantur.
2 Legatum mancipiorum filie, cum in familia nupserit, relictum, qua
liter intelligendum.
3 Fructus legati vniuersitatis quādo legatario restitui debeant.
4 Legatarius an teneatur stare locationi facte colono de fundo le-
gato.
5 Emptor fundi non tenetur stare colono cui prior dominus locauit.

¶ De fructibus legatorum in diem vel sub condi-
tione relictorum. Cap.v.

On solum in legatis puris:

sed ⁊ in diem vel sub conditione relictis, supradicta fru-
1 ctuum distinctio locum habet.† Naꝫ ⁊ ab ipso legati re
licti tēpore, ad hereditatis adite tempus, prouenientes fructus he-
reditati acquiruntur, ſm ea que de puris legatis diximus, ab adi-
ta vero hereditate vsqꝫ ad diei vel conditionis euentum, eadem fe
re omnia obseruantur que de fructibus hereditatis per fideicom-
missum in diem vel sub conditione relicte exposuimus. Quemad-
modum igitur hereditatem post tempus vel sub conditione restitue
re rogatus, medio tempore fructus perceptos suos facit, nec fidei-
cōmissario eos restituere tenetur, ita rei singularis in diem vel sub
conditione legate, fructus medio tempore percepti ad heredem p
tinent, nec post diei vel conditionis euentum. in fideicommissi vel
legati restitutioneꝫ veniunt, quod ⁊ Sceuola in eiusmodi specie re
2 spondit.l.filium.de optio.lega.† Filium ⁊ vxorem heredes scripsit
filiā exheredauit ⁊ ei legatum dedit, cum in familia nuberet centū,
⁊ cū in familia nupserit, insuper his verbis arbitratu Sēpronie ma
tris eius mancipia decem, que confestim post aditam hereditatem
meam a Sempronia vxore mea eligi volo, que mancipia cum in fa
milia nupserit dari volo, quesitum est an id quod medio tempore an
cille enixe sunt, ad filiam pertineret. Respondit Sceuola non per-
tinere. Item quesitum est eorundem mācipiorum fructus ⁊ vsus, an
ad Semproniam matrem pertineant. Idē Sceuola respōdit, nihil
proponi, cur ad matrem pro solido pertineant, sed pro sua tm̄ por-
tione ad eam, pro alia vero ad filium coheredem pertinent. Itē Iu
lianus scribit.l.mulier.de lega.iij. si seruus mihi legatus sit, eumqꝫ
manumittere rogatus sim, fideicōmissum a me relinqui posse, scꝫ si
in diem vel sub conditione roger, nam pp fructus medij tēporis qui
ad me pertinent posse me obligari. Econtrario his casibus quibus
heredem fructus ex fideicōmissaria hereditate medio tempore per
ceptos restituere debere diximus, hisdem ⁊ legati in diem vel sub
3 cōditione relicti fructuum restituere debebit.† Hoc amplius ⁊ si le
gatum vniuersitatis in diem vel sub conditione relictum fuerit, vt si
legatus grex fuerit, omnes fetus gregis medio tēpore nati tanquaꝫ
augmentuꝫ ⁊ pars rei legate restitui legatario debent. Diuersa cau
sa est hereditatis que post diem restitui debet, nam (vt.s̄.diximus)
hereditas adita nomen hereditatis amitti, fructusqꝫ postea ante diē
fideicōmissi cedentem percepti, non hereditati, sed rebus heredis
accepto feruntur, post diei vero vel conditionis, sub qua legatuꝫ est
euentum, omnes fructus non solum quos percipit, sed ⁊ quos per
cipere debuit vel potuit, in restitutionem veniūt, ⁊ vt paucis absol-
uamus que ex die adite hereditatis, ei cui pure legatum est sunt ab
herede prestanda, eadem ei cui in diem vel sub conditione lega-
tum est post diei vel conditionis euentum prestari debent. Paulus
tn̄ ait.l.paulus.ad legem falci. ex re que ipsius heredis est, etiā post
diem fideicōmissi cedentem perceptos fructus non teneri heredem
restituere. Cuius rationem hanc esse crediderim, quod cum res le-
gata propria testatoris non fuerit, dominium non est legatario ante
traditionem acquisitum.

¶ Circa hec que de fructibus legatario prestandis dicuntur incidit
4 questio huiusmodi,† An legatarius cui legatus est fundus, colono
cui in certum tempus idem fundus locatus est, stare teneatur ita v

colonus quandiu prestitutum locationi tempus durauerit, tandiu fructus percipiat, pensionemq legatario prestet, an vero colonum expellere legatarius possit, τ fructus percipere, τ Vlpianus respondit. l. nihil. §. si. de leg. j. non ad colonum, sed ad legatarium fructus ex fundo pure legato, post aditam hereditatem perceptos pertinere. Colonū tñ in id q̄ sua interest cū herede ex cōducto habere actionē, que sententia Imperatoris Alexādri rescripto confirmat. l.
5 emptorē. C. de actio. empti. quo cautū est, † non esse necesse emptorem fundi stare colono cui prior dominus locauit. Adeo autem fructus rei legate ad legatariū pertinent, vt heres in traditione nullos fructus excipere possit. vnde si fundum mihi vendere certo pretio dānatus es, nullos fructus eius rei ea venditione excipere tibi liberum esse Labeo. l. q cōcubinā. §. si fundum. de leg. j. scribit, q legatum ad totā cām fundi pertinet. Si tñ testator exceperit fructus pensionibusq legatarium cōtentū esse iusserit, quin colono stare hoc casu teneat nulla dubitatio est queadmodū τ emptor. si pbet aliquo pacto cōsensisse, vt in eadem cōductione maneat, Imperator Alexander rescripsit. l. emptorē. cogendum eum parere ei qd placuit.

SVMMARIVM

1 Heres rogatus totam hereditatem restituere, quartaz partē totius iure institutionis retinere potest.
2 Pater cuius fidei filius miles peculium commisit quatenus restituere teneatur.
3 Dos quando detrahi ex herditate marito relicta possit.
4 Institutio facta filiorum cū hoc vt qui prior sine liberis decesserit, portionem suam superstiti restituat, qualiter intelligi debeat.
5 Fructus medij temporis quo casu heredi in quartam non imputentur.
6 Fructus prediorum relicti sub conditione, an sint heredis.
7 Fructus legatorum qui τ quando in quartam imputentur.
8 Legata si citra legatarij culpam ante prestationem pereāt, heredi peribunt.

¶ An τ quando fructus legatorum τ fideicommissorum in quartam ex lege falcidia vel senatusconsulto Trebelliano debitam imputentur, vel non. Cap. vj.

1 Uperest vt videamus an τ quando fructus legatorum τ fideicōmissorum ab herede percepti eidē in quartā τ quarte fructus imputenī, τ primū qdē de fructibus fideicōmissarie hereditatis, heredi in quartam ex senatuscōsulto Trebelliano debitā imputādis videamus. ne-
1 mo est. n. q nesciat † heredē rogatū totā hereditatē vel plusquā dodrantem hereditatis ex senatuscōsulto Trebelliano quartā partem potius hereditatis τ quarte fructus institutionis iure retinere posse tm̄q dodrantem bonorum fideicōmissario restituendū esse. Itaq si quis hereditatē alteri restituere rogatus priusq restitueret tam multos ex ea fructus perceperit, vt quartā hereditatis τ quarte fructus faciant, distinguendū vtrum pure, an vero in diem vel sub conditione rogatus fuerit. Si. n. pure fructus post aditā hereditatē ab eo perceptos minime in quartā imputandos Vlpia. ait. l. mulier. §. si heres. ad trebel. Hi. n. fructus negligentia non petentis, non iudicio defuncti percepti videntur. Si vero in diem vel sub cōditione fructus medio tēpore, quo dies vel conditio pendet perceptos, in quartā τ quarte fructus sibi imputare dz. Eos. n. ex iudicio testatoris pcepisse videt, τ ita Vlpianus scribit. l. filiusfamilias. ad leg.
2 falci. † Si filiusfamilias qui militauerat, decedens patris sui fidei cōmiserit, vt peculiū suū castrense Titio post mortē suā restitueret, τ ex fructuibs medio tēpore quartā τ quarte fructus habuerit pr̄, peculium quasi hereditatem ex senatuscōsulto Trebelliano restitui debere. Sed τ in quamlibet quantitatez eidē heredi debitaz imputantur. Unde Papinianus respondit. l. cū pr̄. §. Titio. de lega. ij. Si Meuius Titio fratri suo hereditatē Seij. a q institutus erat post mortem suam restituere rogatus, eodem titio herede scripto, petierit, vt moriens Titius tā suaz q Seij hereditatē Sempronio restitueret, cū ex fructibus medio tēpore perceptis fideicōmissi debitam quātitatē Titius percepisset, eris alieni loco non esse deducendū fideicōmissuz, qm̄ ratione compensationis debituz percepisse videbat. In dotem quoqz debitaz fructus medio tempore perceptos imputari Vlpianus declarat. l. mulier. §. cum proponeretur. ad se-
3 natusc. trebel. imputari. † Cum. n. proponeretur quidam filiaz suam heredem instituisse τ rogasse eā vt si sine liberis decessisset heredi tatem Titio restitueret, eāqz dotē marito dedisse certe quantitatis. mox decedens sine liberis heredem instituisse maritū suū, τ quereret an dos detrahi possit, idem Vlpianus respondit. d. §. cum proponeretur. non posse dici in euersionem fideicōmissi factuz, q τ mulieris pudicitie, τ patris voto congruebat, quare dotem decedere idem respondit, ac si quod superfuisset rogata esset restituere, quod si tātos fructus mulier ex hereditate perceperit, vt inde possit doti satisfieri, potius fructibus hoc expensum ferenduz, quā fideicōmisso. Deniqz in quantitatem quauis ex causa defuncto heredi instituto debitam fructus medio tēpore percepti imputari debent, q ēt in debito ex causa tutele procedere recte a Pomponio rn̄sum est. l. q de bonis. §. quod auus. ad leg. falci. apud quem cum propositū esset auum eundemqz tutorem nepotem heredem instituisse, eumqz rogasse, vt si sine liberis ante certam etatem decederet, tam hereditaria bona q̄ propria restitueret, conditio fideicōmissi fuerit impleta, fructus hereditatis post mortē aui perceptos, pari pecunia debito tutele cōpensandos esse respondit. Itē si heres institutus τ hereditatez post tēpus restituere rogatus legata soluerit fructs medio tēpore perceptos cū legatis solutis cōpensandos esse Bar. tradit. in. l. fideicommissariam. ad treb.

4 ¶ † Sed tū quoties pater vel mater, filio filieve, seu filijs filiabusve ex equis partibus vel iniquis, heredibus institutis, inuicem seu simpliciter, quosdā ex his, aut quendā rogauerit, qui prior sine liberis decesserit portionē hereditatis sue superstiti seu superstitibus restituere, Imperatoris Zenonis rescripto cōstitutū est. l. iubemus. C. ad trebel. vt modis oibus retenta quarta pro auctoritate Trebelliani senatusconsulti, non p imputationē redituū, lz hoc testator rogauerit vel iusserit, sed in ipsius rebus hereditatis dodrans restituatur, que cōstitutio liberos primi gradus tm̄ cōprehendit, ad extraneos autem heredes institutos τ hereditatē restituere rogatos minime extenditur, τ ita rescripto eiusdē imperatoris expresum est. d. l. iubemus. §. illud. sed nec ad nepotes neptesue pronepotes vel pneptes, aliosve vlterioris gradus liberos eandē cōstitutionem porrigi
5 pleriqz rn̄derūt. Bar. τ alij in. d. l. iubemus. † Est τ alius casus quo fructus medio tēpore percepti heredi in quartā minime imputant cū. s. testator eos imputari expresse vetuit. Preterea si filio a patre aliquid minus legitima donatū vel relictū ē, Diuus Iustinianus. l. scimus. §. repletionē. C. de inoffi. testa. constituit. exigere eum posse vt id q deest, legitime suppleatur. Id autem ex ipsa substantia supplendum esse, non aūt ex fructibus quos ex re donata, vel relicta a patre filius percepit. Quā Iustiniani cōstitutionē tanquā humaniorem sequi debemus, lz Papinianus contra senserit. l. papinianus. §. vnde. de inoffi. test. cuius opinio hac eadem Iustiniani cōstitutione explosa est. ¶ Ceterū que de fructibus in quartā ex senatuscōsulto Trebelliano debitā imputādis dicta sunt, eadem de fructibus
6 in quartā que ex lege falcidia debetur imputādis dicēda sunt. † Fructus igitur prediorū sub cōditione verbis fideicommissi relictos in cām fideicōmissi non deductos, heres in ratione falcidie sic acceptos facere sibi cogit, vt quartam τ quarte fructus ex die mortis bonorum que mortis tempore fuerunt habeat. l. quod de bonis. ad legem falci. Sed τ ancillarū partus quamuis fructus non sint, in quartū τ quarte fructus cōputandos, Paulus respōdit. l. filiusfamilias. ad leg. falci. si de lege falcidia questio intercedat. Itē si is qui ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum, presenti die tibi eque cētū sub ɔditiōe, si aliquātū post tēporis extiterit ɔditio, ita tū vt ex reditu eius summe que tibi relicta est, nō amplius quā. xxv. acciperet, Aphricanus. l. q quadringēta. §. q ducēta. ad leg. fal. legis falcidie rationez ita habendā esse existimat, vt. xxv. heredi cōferre debeam⁹ τ amplius fructus. L. medij. temporis, qui. v. g. efficient quinqz.
7 † Sed hec vt. s. diximus, procedunt in fructibus legatorum, que in diē vel sub cōditiōe relicta, sunt fructus. n. eorū q̄ pure relicta sunt, nullo mō imputari possunt, nam, aut post aditā hereditatē percepti sunt, τ legatario fm̄ .s. scriptam distinctionem restitui debent, aut ante aditam hereditatem quo casu lucro heredis cedunt, nec in quartā imputantur. Qua de causa si quis centum in bonis habuerit τ ea tota legauerit, Caius nihil legatarijs pdesse scribit. l. in quātitate. eo. titu. si ante aditam hereditatē per seruos hereditarios aut ex partu ancillaruz hereditariarū, aut ex fetu pecorū tm̄ accesserit hereditati, vt centū legatorū nomine erogātis habiturus sit heres quartā ptē, sed necesse est vt nihilominus quarta pars legati detrahat, quā sententiam diuus Iustinianus libro. ij. Institutionū ɔfirmat. §. quan-
8 titas. eo. ti. † Nā ɔtrio (vt Martinianus ait) mortes seruorū ceterorumqz animalium, furta, rapine, incendia, ruine, naufragia, vis hostium, predonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quandocunqz damnum si modo culpa legatarij careant, heredi pereūt, nec propter hos casus quartam legatis detrahere potest, sed ea solida

ea solida & integra soluere tenetur, perinde atq; si nihil aduersi contigisset, ita si quod augmentum vel lucrum ex fructibus obuenerit non ob id integra legata soluere cogitur. Nisi forte fructus maturi mortis tempore fuerint, nam licet postea percepti fuerint auget tamen here ditatis estimationem, fundi nomine qui videtur illum tempore fuisse pretiosior, & ita Papi. visum est in lege falcidia placuit ad leg. fal. Proinde si a liberis heredibus institutis legata vltra dodrantē relicta fuerint, imperator Zeno. l. iubemus. C. ad senatusc. trebel. idem in restituenda legis falcidie portione, quo in quarta ex senatusconsulto Trebelliano debita constituit, vt medio tempore percepti redditus, liberis in quartam non imputentur, sed de ipsis rebus hereditarijs quarta deducatur. Sed & ex propria re heredis que legata est, post diem fideicommissi cedentem perceptos fructus, si non sint restituendi fideicommissario heredi tamen in quartam imputari non solere.

De fructibus qui in singularum rerum petitionem veniunt. Tit. iiij.

SVMMARIVM

1 Fructus ex re aliena percipiens eosdē cum re ipsa restituere tenet̄.
2 Possessor malefidei quatenus fructibus restituendis teneatur.
Possessores malefidei quare fructus suos ex re aliena facere prohibitum sit.
3 Possidens rem alienam malafide, cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt eam restituere cogi debet.
4 Fructus qui restitui debeant ei qui vi deiectus est.
5 Restitutio qualiter fieri debeat ei qui vi deiectus fuit.
6 Possessor malefidei non lucratur fructus perceptos ante diem editi interdicti.
7 Possidens mala fide qua actione ad fructus & qua ad proprietatem conueniatur.

¶ De fructibus a malefidei possessore restituendis. Cap. i.

Nunc ad enarrationem fructuum qui singularum rerum vendicationi accedūt trāseamus. Earum autem dominos, fructus quoq; iure do
1 minij percipere, satis a nobis comprobatum est. † Si quis igitur ex re aliena fructus perceperit, sicut rem ipsam, ita fructus ex ea perceptos restituere debet, que sententia distinctionē recipit. Nam aut malefidei, aut bonefidei possessor fuit is qui restituere iussus est. Et si quidem malefidei possessor fuerit, omnes fructus rei aliene nō solum quos percepit, vel etiam quos percipere debuit, sed culpa nō percepit, vero domino, quandocunq; rem suam euicerit, restituere tenetur. Male autem fidei possessorem accipimus, non tantum furem vel predonem sed omnē omnino qui prudens & sciens rem alienam detinet, vt qui rem aliquam ab eo qui dominus non erat emit, quem dominum nō esse sciebat, quia forte denuntiatū erat ei, ne emeret, illeq; spreta denuntiatione quam iustam esse non ignorabat, emerit malefidei possessorem eum esse quibusdam rescriptis significatur. l. si fundum. C. de
2 rei vendicatio. l. si maior. C. de rescin. vendi. † Adeo autem restituendis fructibus obnoxius ē malefidei possessor, vt quāuis maximos sumptus in colenda re aliena fecerit, summamq; & exactissimam, qualē diligentissimus quisq; paterfamilias suis rebus solet, curā adhibuerit non ideo magis fructus assiduo suo labore & singulari industria quesitos lucret̄, ne quomodum cū aliena iactura & quasi malitie premium sed penā nā potius improbus possessor ferat. Quid enim si cura & industria sua perceptos ex re aliena fructus malefidei possessores suos facerēt furtis, latrocinijs, populatiōibus, passim feruerēt oīa, ad depopulādasq; res alienas improbissimi quiq; hoīes inuitarētur, occasionemq;, non solum impune, sed & cum maximo lucro suas predas exercendi oblatam sibi esse non sine causa arbitrarentur, hincq; grauissime orirentur iniurie, vnde iura nasci debēt. Magno igit̄ oīum iuris autorum consensu receptum est possessorem, mala fide perceptos ex re aliena fructus suos nō facere, sed ad eos vna cū his q percipi potuissent domino qui in rei vendicatione obtinuerit, restituendos cōpelli. Vnde diuus Gordianus Perosiano i hec verba rescripsit. l.
3 dominum. C. de rei vendi. † Dominum quam ex matris successione ad te pertinere dicis, & ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostēderis preses prouincie, cum pensionibus quas percepit aut percipere poterat restitui iubebit. Papinianus. l. si nauis. §. generaliter. de rei vendi. etiam cum de fructibus a malefidei possessore restituendis quereretur, rñdit, animaduerti debere non, an malefidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset. Que sententia procedit, non solum cū ciuili actione in rem, sed quacunq; alia actio
4 ne, aduersus malefidei possessorem agit̄. † Nam & si interdicto vnde vi actum fuerit, tum maxime fructus in restitutionem venire constat ex eo enim die quo quis deiectus est fructuum rationem haberi Vlpianus scribit. l. i. §. ex die de vi & vi. arma. ideq; esse ait, & in rebus mobilibus, que ibi erant, nam & earum fructus computandos esse, ex quo quis vi deiectus est. Idem Vlpianus dicit. d. §. ex die. Non solum autem fructuum perceptorum, sed & omnium quecunque habiturus vel assecuturus is erat, qui vi deiectus est, si vi deiectus nō esset ratio habēda est, quod & Iulio Paulo videtur. l. videamus. §. & ideo de vsu. Eorum autem item a iudice estimari debere eatenus tantum consequuturum, quanti sua interesset, si vi deiectus non esset
5 idem Vlpia. not. d. §. ex die. † Idem & in interdicto, quo preter id quod vi aut clam factum est, restitui iubet, obseruatur. In eo enim restitutionem ita oportere fieri idem Vlpia. ait. l. semper. §. in hoc interdicto, quod vi aut clam, vt in omni cā eadem sit conditio actoris q̄ futura esset si id opus de quo actū est, neq; vi neq; clam factum esset. In ceteris tamen interdictis exinde rationem haberi fructuum ab eodem Vlpia. responsum est. l. in interdictis. de interdic. ex quo edita sunt, non retro veluti in interdicto quo pretor precarium quod quis ab alio habet restitui iubet, fructus enim ex die editi interdicti non retro prestabuntur, & ita idem Vlpia. respondit. l. quesitum. §.
6 ex hoc interdicto. de preca. † Non tamen ante diē editi interdicti perceptos fructus malefidei possessor lucratur, nam & in rei vendicatione aliave actione ciuili vel pretoria, aduersus malefidei possessorem instituta, ante litem contestatam percepti fructus non veniunt, non ideo tamen eos improbus possessor retinet, sed alijs actionibus conuentus eos restituere cogitur, vt imperatorum Diocletiani & Maximiani rescripto significatur. l. mala fide. C. de condi. ex leg. cuius
7 verba sunt hec. † Mala fide possidens, de proprietate conuictus pro extantibus fructibus vendicatione, pro consumptis vero conditione conuentus, eorum restitutioni parere compellitur. Quod rescriptum de fructibus ante inchoatum iudicium perceptis intelligendum esse nemo ambigit, si quidem postea perceptos officio iudicis in eandem actionem, qua res ipsa principalis que petita est venire certi & indubitati iuris est. Ex his apparet veram esse Barto. opi. in. l. interdictis. de interdic. qui in omni interdicto fructus ante diē editi interdicti perceptos, in ipso interdicto venire existimat, adductamq; supra Vlpiani sententiam, in bonefidei possessore tantum locum habere, quasi vero is qui reposcenti precarium non restituit, bonefidei possessor sit, sed & diuinatoriam esse hanc Barto. distinctionem manifestum est.

SVMMARIVM

1 Possessor malefidei etiam ad fructus quos percipere potuit teneri, qualiter intelligatur.
2 Emptor seruorum adscriptitiorum mala fide eosdem cum fructibus venditori restituet.
3 Fides mala possessoris nullo titulo purgari potest.
4 Possessor male fidei tenetur ad fructus quos, cum posset, dolo percipere omisit.

¶ Quod malefidei possessores quāuis titulum habeant, tamen fructus qui percipi potuerunt restituere teneantur. Cap. ij.

Quod autem dicimus ma
1 lefidei † possessorem, etiā quos percipere debuit fructus sed dolo vel culpa non percepit restituere debere, nō solū ad predones q nullo titulo possidēt, sed gñaliter ad oēs malefidei possessores ptinet, ēt si p emptore, pro donato, p legato, pro hērede, aliove quolibet titulo possideāt. Nā & eū, qui non obseruatis solēnibus rem debitoris fisci a procuratore eiusdē fisci mala fide emit, imperator Alex. constituit. l. j. C. de fide instru. & iure hast. fisca. ad rem ipsam, cū fructibus quos pcipit vel percipere debuit restituendā condemnandū esse. Itē iperatores Valentinianus & Valēs rescripse
2 runt. l. quēadmodū. C. de agri. & cēsi. † eum qui adscriptitios seruos absq; gleba mala fide emit vēditori eosdē seruos cū fructibus quos ex eisdem pcipere potuit, restituere debere. Simili modo Vlpian. ad pretoris edictum scribit. l. ait pretor. §. per hanc que in fraud. credito. si quis in fraudem creditorum res debitoris emit non solum

fructus quos percepit sed etiam quos percipere debuit, in restitutionem venire. Idem Ulpia. scribit. l. sed et partus. de eo qd met. cau. emptorem qui metu illato venditorẽ ad vendendam rem suam compulit, tam eos quos percepit q̃ eos quos nõ pcep. t, sed percipere debuit, fructus restituere cogi. Ex his igitur manifeste ostenditur, malefidei possessores, licet possessionis titulũ exhibeãt non propterea ab his qui percipi potuerunt fructibus prestandis libera
3 ri. † Malam enim possessoris improbi fidem, titulo purgari posse nulla iuris ratio admittit. Nec huic nostre sententie contrarium est imperatorẽ Diocletiani et Maximiani rescriptũ huiusmodi. l. si fundum. C. de rei vendi. Si fundum vestrum vobis per denuntiationem admonentibus, volentem ad emptionẽ accedere, qd distrabentis non fuerit, non recte is contra quem preces funditis, comparauit, vel alio modo mala fide contraxit, tam vestrum fundum gstitutum probantibus, q̃ fructus quos mala fide eum percepisse probatum fuerit, aditus preses prouincie restitui iubebit. Nã et si in postremis huius rescripti verbis nominatim exprimatur in restitutionem venire fructus, possessorem mala fide percepisse probatum fuerit, non tamen dicitur eos qui percipi debuerunt restituendos non
4 esse. † Preterea vt is qui dolo possidere desijt, p possessore habeť et perinde atq; si possideret, cõdemnatur, sic malefide possessor, qui culpa vel dolo cum posset, fructus non percepit, iuris interpretatione percepisse videtur, eosq; quasi percepisse probatus esset, restituere tenetur.

SUMMARIUM

1 Possessor malefidei incipiens bona fide possidere, an faciat fructus suos.
2 Heres possessoris malefidei minime conscius, an dicatur bone fidei possessor.
3 Heredem in vitia defuncti succedere qualiter intelligendum.

¶ Quod malefidei possessor ab initio, ex postfacto bona fide possidere possit fructusq; lucrari, q item malefidei possessoris heres fructus suos faciat
Caput. ij.

Quid tamen si malefidei pos
1 sessor † bonafide possidere ceperit an fructus faciat suos qrit, et vix est vt semel concepta mala fides aliquo casu aboleri et ex possessoris animo euelli possit, presertim cum nemo vt vulgo dici solet, possessionis sue causam sibijpsi mutare possit nisi forte hausta ex Lethęo flumine vnda, se veri domini oblitũ esse causetur, quẽ prius bene nouerat. Sed finge eum qui sciens emit fundum ab eo cuius non erat, iterum eundem fundũ emisse, ab alio nõ domino cum existimaret eum dominum esse, vel eum iustam causã habere, existimandi se heredem vel bonorum possessorem domino extitisset bona fide possidere incipiet, fructusq; faciet suos, hoc amplius et pro emptore vel pro herede vsucapiet, nec videbitur ipse sibi causã possessionis sue mutasse, et ita Pomponio quoq; visũ est
2 l. non solum. §. quod vulgo. de vsuc. † Sed an possessoris heres male eius fidei minime conscius, bone fidei possessor sit, an vero quia in defuncti vitia succedit, vt malefidei possessor damnari debeat, qd Barto. Bal. et pleriq; alij putant. Barto. in. l. ex diuerso de rei vẽdi. Accur. Bal. in. l. ij. C. de fruc. et lit. expen. quorum sententia mihi displicet. Nam cum queritur an quis fructus suos faciat, an vero restituere teneatur, Paulus respondit. l. bonefidei de acquiren. rerum domi. non ius sed factum duntaxat spectari oportere, an qs
3 bona vel mala fide possideat. Quod autem dicitur heredem † in vitia defuncti succedere, hoc nõ ad factũ sed ad ius hoc ẽ vsucapionẽ pertinet, que ob vitium defuncti nulla esse potest. Preterea quod imperatores Ualentinianus et Ualens constituerunt. l. ij. C. d fru. et li. expen. heredis succedentis in vitium parem habendam esse fortunam, que malefidei possessoris fuisset non hanc habet significationem, vt omnino teneatur heres quasi malefidei possessor, sed ita si in malam fidem successerit. Nam de eo herede tantum imperatores loquuntur, qui lite aduersus defunctum male fidei possessorem contestata, non potuit ignorare rem alienam esse.

SUMMARIUM

1 Possessor male fidei quando ex re aliena fructus suos faciat.
2 Fructus vel vsuras preteriti temporis petere non possunt, qui per exceptionem. xxx. anno. principali actione ceciderunt.
3 Prescriptio qñ in pmissionibus, legatis et similibus incipere dicať.
4 Possessor male fidei quo casu fructus quos percipere potuit, non teneatur restituere.
5 Possessor malefidei non nisi ad fructus tenetur, qui honeste percipi poterunt.

¶ Quibus casibus fidei male possessor fructus quos percipere debuit vel etiam percepit, restituere non cogatur. Caput. iiij.

1 Nterdum tamen possessor quantumuis male fidei, fructus tamen ex re aliena, quã etiam vi predatus est, perceptos lucratur, cum scz negligentia domini rem suam non petentis, continua nec vllo modo interrupta. xxx. vel. xl. anno. possessione omnis omnino aduersus male fidei possessorem competens actio perempta est, hac enim temporis longissimi prescriptione defensus male fidei possessor, omnis preteritorũ annoꝝ fructus lucratur. Extat enim diui Justiniani rescriptũ
2 in hec verba. l. eos. in prin. C. de vsu. † Eos qui principali actione, p exceptio nem. xxx. vel. xl. an. siue personali, siue hypothecaria ceciderunt, iubemus non posse super vsuris vel fructibus preteriti temporis aliquam mouere questionem, dicendo ex hisdem temporibus eas velle sibi persolui, que non ad. xxx. vel. xl. preteritos annos referuntur, asserendo singulis annis earum actiones nasci principali enim actione non subsistente, satis superuacuum est super vsuris vel fructibus iudicem adhuc cognoscere. Si tamen fructuũ anniatim vel menstruatim prestandorum obligatio contracta fuerit, que alteri obligationi nõ accedat. sed sola per se et principaliter sine alia vlla obligatione vel causa subsistat, et debitor continuis. xxx. vel. xl. annis ex die gcepte obligationis numerandis nihil prestiterit, nec vnq̃ vt solueret a creditore iterpellatus fuerit, et si forte a fructibus primi, secundi, vel etiam tertij post natã obligationem anni. triginta vel. xl. annorum prescriptione liberatus sit fructus tamen sequentiũ annorum restituere tenetur. Habita enim ratione renascentis principio cuiusq; anni fructuũ prestationis definitum prescriptioni perficiende tempus, quo ad singulorum annorum prestationem, completum non esse idem Justin. quodam ad Matronianum prefectum p̃torio rescripto dclarauit, cuius rescripti verba hec sunt. l. cũ notissi-
3 mi. §. in his. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. † In promissionibus legatis, vel alijs obligationibus, q̃ donationem per singulos annos, vel mẽses aut aliqd singulare tps gtinet, tpa memoratarũ pscriptionũ nõ ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusq; anni vel mẽsis vel alterius singularis tpis gputari. Atqui vt. s. ostẽdimus, cũ pstatio fructuũ per singulos annos aut mẽses nõ principaliter, sed accessoria est in obligatione, tũc sublata p pscriptionẽ principali actione, nulla rõne fructuũ, lz a malefidei possessore et predone percepti fue
4 rint, actio competit. † Reperit ẽt casus quo possessor male fidei eos quos pcipere potuit fructus petitori pstare nõ cogiť. Cũ. n. de fructibus serui petiti qreret, Paul. rñdit. l. ceterũ de rei vendi. iprobe desideraturũ petitorẽ fructus estimari, qui ex artificio eius percipi potuerũt, qd artificiũ sumptibus possessoris didicit, lz quomodo hoc Pauli rñsum accipiendũ sit, primo libro abunde satis exposuimus. Sed et si cum inhoneste posset, vt ex ancillarum prostitutione vberrimos fructus percipere possessor, non tamen perceperit, optimo iure horum rõnem habendã non esse Pau. rñdit. l. fructus. de
5 rei vendi. † eosq; tantum fructus qui percipi honeste potuerũt estimandos esse. Sed si re ipsa pcepti fuerint, q̃uis percipi nõ debuerint tñ in restitutionẽ venire Hermogenianus ait. l. cum hereditas. de pet. here. ne honestata interpretatio, non honestum lucrum possessori adferat, qua de re etiam primo libro disseruimus.

UMMARIUM

1 Possidens rem alienam bona fide an teneatur restituere fructus ex ea perceptos.
2 Possessor ex ea re que in lite est lucrum facere non debet.
3 Possessor bone fidei post iudicium acceptum est ejusdem gditionis cum malefidei possessore.
4 Possessor desinit fructus suos facere, simul atq; cognoscit reã alienam esse.
5 Emens ab eo quem dominum putat, an fructus suos faciat vbi resciuit rem alienam esse.
6 Seruus alien⁹ bonafide emptus q̃diu acqrat emptori. et nu. seqñ.
9 Possessor mortalitatem prestare non tenetur.
10 Possidẽs rẽ alienã bona fide quo tpe desinat fructus suos facere.
11 Fidem

21 Fidem bonam initio possessionis habere non sufficit.
22 Renuntiare liti putatur qui tps eidem peragende prescriptum la bi patitur.
23 Prescriptione longissimi temporis non excluditur qui rem semel in iudicium deduxit.
24 Possessor fructus tempore litis interuenisse perceptos non facit suos.
25 Fides mala semel concepta durat in perpetuum.
26 Possessor an possit aliquando in perceptione fructuum turbari lite pendente.
27 Fructus rei apud sequestrum deposite apud eundem quoq; depo ni censentur.

¶ De fructibus a bonefidei possessore post litē contestatam vel motā ɔtrouersiam perceptis domino qui obtinuit restituendis. Caput. v.

n Non idē iuris est cū qs probabili errore in staq; ignorantia deceptus, rem alienam suam esse bona
1 fide existimans, fructus ex ea percepit. † Plane post acceptum iudicium, omnia que ex eadem re acquisiuit, restituere dz veluti per seruum alienū bona fide possessum, nam hereditates ꝛ legata, q̄ post litē contestatam per eum seruum obuenerunt, restitui debere Caius respondit. l. preterea. de rei vendica. nec enim sufficit corpus ipsum restitui, sed opus est, vt ꝛ causa rei restituat̄, id est, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore quo iudicium accipiebatur, homo illi restitutus fuisset, quam sententiam, ꝛ Paulus probat. l. si bone fidei. eo. titu. Idē scribit. l. fructus. §. hac ratione. eo. titu. si nude proprietatis dominus petierit, ꝛ inter moras vsusfructus amissus sit, ex eo tempore quo ad proprietatem vsusfructus reuersus est, rationem fructuum haberi. Sed ꝛ fructus quos ab alio percepit, restituere eum oportere, Vlpianus lib. xvj. ad edi
2 ctum scribit. l. iulianus. §. quod si dolo de rei vendi. † lucrum enim ex ea re, que in lite esse ceperit facere non debet, sed fructus eius temporis quo possessa est, ab eo qui eam euicerit restituere non debet. Cum aūt res iudicata ꝓ veritate habeat̄. l. res iudicata. de reg. iur. si alienum fundū petierim, ꝛ iudex sentētia declarauit meū esse, debere etiam de fructibus possessorem ɔdemnare, eodem enim errore ꝛ de fructibus condemnaturum, non debere enim lucro possessoris cedere fructus, cum victus sit alioqui (vt Martianus ait. l. ex diuerso de rei vendi.) nec rem arbitrabitur iudex mihi ꝛ quare habeat possessor quod habiturus non esset, si statim mihi rem restituis
3 set. † In summa sciendum est eandē esse post acceptū iudiciū bone fidei possessoris conditionem, que est cuiuslibet male fidei possessoris. Nam ꝛ secundum ea que de fructibus vniuersitatis a nobis tradita sunt. c. iiij. de fruc. qui in peti. here. post contestatam litem oēs possessores pares fiunt, quiq; priusquam interpellarentur bone fidei erant, nunc mota controuersia mala fide possidere incipiunt. Qua ratione litigatorem victum, qui post conuentionē, rei incumbit aliene, non in sola rei redhibitione teneri, nec tantum fructuum prestationē, quos ipse perceperit, agnoscere imperatores Valentinianus ꝛ Valens rescripserunt. l. litigator. C. de fruc. ꝛ lit. expen. sed eos quos percipi oportuisse, non quos eum redegisse ɔstabit, ex eo die, quo re in iudicium deducta, scientiam male possessionis accepit.
4 ¶ † Sed ꝛ si ante litem contestatam vel etiam motam controuersiā possessor rem alienam esse cognouerit, ex eo tempore fructus suos non faciet nihil enim interest, siue simplici ꝛ extra iudicium facta interpellatione, siue litis contestatiōe, vel alio quolibet modo, aliquis rem ad se non pertinere cognoscat. Nam statim male fidei possessor esse incipit. Unde ꝛ Aphricanus respondit. l. quesitum de acquir. re. domi. heredem, qui rem possidet, sciens esse legatā, fructus suos non facere, qua de re copiosius. s. a nobis tractatum est. c. v. de fru. lega. ꝛ fideicom. Apud Paulum etiā queritur. l. bone fidei. de ac
5 qui. re. domi. † Si eo tempore quo res mihi traditur, putem vendentis esse, deinde cognouero alienam esse, quia perseuerat per longum tps capio, an fructus meos faciam? ꝛ Paulus veriorē putat Pomponij opinionem dicentis, me non esse bone fidei possessorē, quamuis capere possim. Nam ꝛ ɔcontrario qui capere non potest, tamen fructus suos facit. Usucapio enī ad ius facere vero fructus suos vel non, ad factum pertinet. Item si is qui seruum alienum vel liberum hominem bona fide possidet ceperit scire eum alienum esse vel liberum videndum, esse Vlpianus scribit. l. qui mihi bona. de acqui. rerum. do. an ei acquirat, questionemq; in eo esse, vtrum initium in eo spectemus, an singula momenta, ꝛ magis esse respondit vt singula momenta spectemus. Sed tamen cum ex facto ꝓponeret̄ bonefidei emptorem sciuisse, ꝛ antequā fructus perciperet, cognouisse fundum alienum esset, dubiūq; esse an perceptiōe fructus suos faceret, Julianus respondit. l. qui scit. §. fi. de vsu. bonefidei empto
6 rem quo ad percipiendos fructus intelligi debere, quādiu euictus fundus non fuerit. † Nam ꝛ seruus alienus quem bona fide emero, tandiu mihi ex re mea vel operis suis acquirit, quādiu a me euictus non fuerit. Quam Juliani sententiam suprascriptis Pauli Vlpiani ꝛ Aphricani responsis minime aduersati pleriq; tradunt, sicq; accipiendam esse, vt quamuis possessor rē alienam esse cognouerit vel lis aduersus eū contestata fuerit, non protinus agenti domino sit ius colligendorum ꝛ percipiendorum fructuum, qui pendēte lite ex re sua proueniunt, sed cum interim nil nouandum sit possessor, vt ante litem inchoatam, ita etiam ea pendente, fructus ipso facto percipere debeat, ꝛ quantum ad factū colligendorum ꝛ percipiendoꝝ fructuum attinet, donec res euicta fuerit, loco domini habeatur, sed tūc demum dn̄m ex re fructus percipiendi ius habere, cum in rei vēdicatione aduersus possessorem obtinuit, prius enī quā euicerit, sicut ipsius rei ita percipiendoꝝ fructuum possessionē auferre a possessore nullo pacto potest. Sed si hec interpretatio vera esset, qua rōne dixit Julianus, seruum alienum tandiu mihi ex re mea, vel operis suis acqrere, quandiu euictus a me non fuerit, eadē debuisset dicere donationes, hereditates, legata, que sine re mea vel operis suis seruus acquirit, tandiu mihi acquirere, qādiu euictus a me nō fuerit.
7 † Nam nec ante euictum iudicis snīa seruum, possessio harū rerum auferri mihi potest, que tamen mihi acquiri nemo vnquam dixerit, quin ꝛ ipse Julianus hoc negat, alioqui ꝛ seruus ipse mihi acquiri diceret, cū possessio eius, donec euictus fuerit, auferri mihi nō possit. Non est igitur quod existimare debeamus Saluium Julianum tam inepto ꝛ improprio sermone vsum, aut de iure vetustissimis legibus, ꝛ oium fere gentium ɔsensu obseruatis, ɔfirmato, tanq̄ dubio ꝛ incerto voluisse rn̄dere. Quis enim queso in dubiū aliqn̄ vocauit an possessor ante sententiam ꝛ rem iudicatam de sua possessione expelli posset, aut in perceptione fructuum eius turbari. nam ꝛ ipsos quantumuis male fidei possessores pendente controuersia, in perceptione fructuum turbari non posse, explorati iuris est, non ob id tamen quo ad pcipiendos fructus dn̄orum loco haberi dōm est.
8 ¶ † Alio mō intelligēdū esse hoc Juliani rn̄sum Accursius putat. d. l. qui scit vt quamuis pendente lite, bone fidei possessor faciat fructus suos eos tn̄ non lucretur, sed post snīam officio iudicis restituere teneatur, qō quid aliud est quā verbis ꝛ non rebus legem imponere, ꝛ sophistarum more captiunculis verboꝝ herere? Eque falsa est eiusdem Accursii alia distinctio eadē. l. qui scit, qui opinatur Paulum questionem tantum mouere, eāq; dubiam relinquere nec decidere, Julianum vero propositā apud Paulum controuersiam dirimere, quasi vero claris, ꝛ apertis verbis ab Vlpiano. d. l. qui mihi bona de acquiren. rerum/ do. terminata non fuerit. Sed ꝛ ipsum Paulū eam quā mouet questionem etiam dissoluere omnes q modo Latini sermonis vim norunt, satis intelligunt, quo fit vt nō satis mirari queam Barto. in. l. bone fidei. de acqui. rerū do. ꝛ in. l. ex diuerso de rei vendi. ꝛ alios plerosq; in hanc Accursij opinationem descendisse. Illud quoq; nulla ratione probari pōt quod dicit Accursius. d. l. qui scit. Juliani snīa in iudicio singulari locū habere, Pauli vero rn̄sum in petitione hereditatis intelligendum esse, nam in hoc eodem Pauli rn̄so nulla petitionis hereditatis mētio fit. Quin potius de rei singularis controuersia agitur. Non desunt etiam qui dicant, Julianū de eo bonefidei possessore loqui qui iustā litigandi cām habuit, quiq; non debuit temere indefensum ius suū relinquere. Quod autem Paulus rn̄dit, in eo procedere, qui statim mota controuersia vel etiam ante, cognouit planē rem ad se non pertinere, que distinctio, cum de mortalitate ipsius rei petite prestanda
9 agitur, non iniqua videri potest. † Quid enim si post litem contestatam mancipia aut iumenta aut pecora deperierint? damnandum non esse bonefidei possessorem Cassius. l. illud. de petitio. hereditа. probat, nec enim debet possessor aut mortalitatem prestare, aut propter metū huius periculi temere indefensum ius suum relinquere. Sed quemadmodum possessor bonefidei damna que post litem contestatam fataliter contigerunt, resarcire non tenetur, ita lucrum, quod per id tempus ex re petita obuenit, retinere non potest, sibi enim abunde satisfactum, ꝛ consultum esse intelligere dz, quod in damno non versatur, nec ex ea re lucrum querere, cuius periculū ꝛ detrimētum ad eum non pertinet, quamobrem ꝛ si res petita perierit, quamuis possessor ob iustam litigandi causam interitum prestare non teneatur, tamen eiusdem rei fructus restituere cogitur. Unde si animal petitum demortuum sit sine dolo malo ꝛ culpa possessoris, ꝛ si fatum prestare possessor non teneatur, nec pretium animalis mortui petitori restituere, tamen propter fetus, ꝛ fructus a

possessore perceptos, sententiam necessariam esse Paulus respondit. l. item si verberatum. §. fina. & l. sequenti. de rei vendi.

¶ Reiectis igitur hisce friuolis distinctionibus, nobis rectius ita

10 definiendũ esse videtur. Cũ apud veteres quereretur, † Bonefidei possessor, vtrum ex die litis contestate, an ex die, quo ante motã controuersiam scire incepit rem alienam esse, an vero ex die sententie que restituere iussus est, fructus suos facere desineret, & Julianus libro septimo digestorũ respondit. d. l. qui scit. de vsu. bonefidei possessorem, quo ad percipiendos fructus intelligi debere quandiu euictus non fuerit, bonamq3 fidem initio possessionis, non singulis momentis spectandam esse, vt bonefidei possessor quamuis rem alienã esse cognouerit, tamen sicut vsucapionez perficit, ita fructus suos faciat. Julius Paulus (qui notas in Saluium Julianum scripsit) contra sensit, ait. d. l. bonefidei de acquiren. rerum domi. enim Pomponium putare, verendum esse, ne non sit bonefidei possessor, qui licet eo tempore quo res traditur, existimauerit vendentis, esse postea cognouerit alienam esse nec huic contrarium esse quod longum tempus currit, nam econtrario is qui non potest capere propter rei vitium, quia pupilli est, aut vi possessa, vel presidi contra legem repetundarum data, fructus suos facit, quod enim quis capiat, hoc ad ius id est capionem, illud ad factum pertinere, vt quis bona vel mala fide possideat. Sed & Domitius Ulpianus euidentissime

11 declarat. l. qui mihi bona. eod. titu. † bonam fidem initio possessionis non sufficere, sed singulis momentis desiderari, vt possessor fructus suos faciat, & hanc Aphricani, Pomponij, Pauli, & Ulpiani, sententiam veriorem esse putamus. Cum enim queritur, an possessor fructus sibi acquirat, an non, factum dũtaxat (vt Paulus ait. d. l. bonefidei.) inspici debet, hoc ẽ, bona ne an mala fide possideat.

¶ Ex his illa questio orta est an perempta lite semel instituta, & longo post tempore reuocata fructus ex tempore primum contestate litis an vero ex eo demum tempore, quo lis interrupta reuocata est bonefidei possessor prestare teneatur, & Accursius in. l. secunda. C. de fruc. & lit. expen. perceptos lite intermissa fructus, petitori restituendos non esse existimat, argumentoq3 vtitur eius, quod Paulus ait. l. cum lite mortua. iudi. sol. lite mortua nullam rem esse, fideiussoresq3 ex stipulatu iudicatum solui non teneri, quam sententiam Bal. quoq3 probat. d. l. ij. ea potissimum ratione, quod officium iudicis, quo possessor fructus restituere compellitur perempta lite expirauerit, que reuocata nouum iudicis officium desiderat, quod retro ad tempus perempte litis non trahitur. † Preterea cum qui tẽ

12 pus peragende liti prescriptum labi patitur, eidem renuntiare videri, sed magis est, vt ex die litis primum contestate, fructus in restitutionem veniant, nam & qui debitorem suum in ius vocauit, deinde inceptam litem ad finem vsq3 prosecutus non est, sed statim ab ea destitit, siue potentia aduersarij a persequenda lite deterritus, siue ob suam ignauiam, & imbecillitatem, vel alium quemcunq3 casũ & si continuis triginta annis ex die litis intermisse connumerandis tacuerit, nec vllo prorsus modo aduersarium inquietauerit quibus elapsis extinctam litem reuocet Diuus Justinianus Demosthenĩ

13 prefecto pretorio rescripsit. l. fi. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. † non posse eum prescriptione longissimi temporis triginta annorũ a sua intentione excludi, ob id quod semel rem in iudicium deduxerit. Item Paulus scribit. l. titia. §. vsuras. de leg. ij. sufficere semel interuenisse moram, vt perpetuo vsure debeantur. Postremo mala fides que statim post primam interpellationem superuenit, taciturnitate petitoris aboleri non potest, & qui post litem contestatam mala fide possidere cepit petitoris silentio male fidei possessor esse nõ desinit, nam & si forte iustam litigandi causam habuerit, petitorẽq3 cause sue diffisum liti cessisse probabiliter existimauerit, debuit tamen intelligere, fieri posse, vt lite postea reuocata res ab eo euince

14 retur. His igitur rationibus apparet, † possessorem fructus tempore litis intermisse perceptos, suos non facere eosq3 petitori restituere debere. Unde cum fiscus in questione falsi testamenti non obtinuisset priusquam autem ea questio decideretur, alio nunciante bona postea vacare constitisset, Papinianus respõdit. l. fiscus in qõne. de iure fis. fructus post primã litẽ assumi non oportuisse, neq3 ad senatusconsulti beneficium heredem scriptum pertinere, controuersia semel mota. Proinde hanc sententiam adducta in contrarium ab Accursio. d. l. ij. argumenta minime infirmant, quod enim lite mortua fideiussores iudicatũ solui non tenentur, hoc ideo est, quia ex futuro rei iudicande euentu obligatio eorum pendet, qui se quod in lite instituta iudicatum esset, soluturos promiserunt, sicq3 obligatio eorũ

15 nulla ex eadem lite secuta sententia finit, † at mala fides semel concepta, in perpetuum, vt supra diximus. c. sup. eo. titulo. durat, multo minus obest, quod perempta lite officium iudicis expirare dicit nã, & si in eandem actionem cum re ipsa non veniant vendicari tan. ẽ

vel condici possunt. Sed & illud facile dilui potest quod Bal. ait. d. l. ij. eum qui destitit a lite, renuntiare videri, nam & si ab instituta actione recesserit, cause tamen sue pro qua actionem intenderat, renuntiasse non intelligitur, quid enim si iusta cã inceptam litẽ persequi non potuit, quin noua actione experiri possit nemini dubiũ est.

16 Ceterum † quod supra diximus possessorem pendente lite in perceptione fructuum turbari non posse, neq3 percipiendorum & colligendorum fructuum possessionez auferri ei debere, nõnunq3 aliter se habet nam si ab eo depopulent fructus, equũ sibi videri Papyrius ait. l. imperatores. §. fi. de appel. fructus apud sequestrum deponit, idq3 multis & imperatorũ. l. ab executione. C. quorũ appel. non reci. & pontificũ. c. j. ij. & iij. de sequestra. posses. & fruc. rescriptis comprobatur. Sed & si suspectus sit possessor, rem de qua est controuersia apud officium deponi debere Ulpianus scribit. l. si fideiussor. §. fi. qui satis. cogan. Item si quis ex possessione seruitutis sup libera conditione litiget imperator Justinianus iussit. l. vnica. §. j. de asser. tollen. peculium eius aliasq3 res que vendicatur in tu

17 to, p dispositione iudicis collocari. † Deniq3 quoties iusta cã subest propter quam res de qua agitur, apud sequestrum deponi debet, ex consequenti fructus quoq3 deponuntur.

SVMMARIVM

1 Possessor bonefidei non omnes fructus suos facit ante cognitam alienam rem perceptos.

2 Possessor bonefidei restituit fructus qui integri sunt tempore litis contestate.

3 Possessor bonefidei non tenetur restituere fructus consumptos.

4 Possessor bonefidei facit suos fructus naturales, & eos qui ab alio sati sunt.

5 Fructus qui sponte nascuntur, & qui per alium seruntur, possessoris bonefidei efficiuntur. & nu. 6.

Fetus ouium cum lana efficiuntur bonefidei possessoris.

¶ De fructibus ante litem contestatam, vel motam cõtrouersiaz a bonefidei possessore perceptis. Caput. vj.

1 PRoinde † non omnes fructus, quos percepit bonefidei possessor priusquam rez alienam esse cognosceret, suos facit. Qui enĩ sine facto & opera cuiusquam proueniunt fructus, solaq3 natura & sponte nascuntur, eos fidei quantumuis bone possessor suos nõ faciet, vt si pomum decerpserit, vel ex silua ceciderit, non fieri eius recte Pomponius lib. xij. ad quintum Mutium scripsit. l. fructus. de vsu. Eadem ratione placuit. §. idẽ placet per quas perso. nob. acqui. lib. ij. instit. l. liber homo. l. qui bona. l. acquirunt. l. si seruus. l. seruus, de acqui. rer. do. vt qd serui, vt liberi homines a nobis bonafide possessi, non ex re nostra vel operis suis acquirunt, sed ex donatione, legato, hereditate, vel alia iusta causa acquisierint, id tanquã fructum qui sponte & vltro prouenit, nobis non acquirant, verum sibi ipsis, si liberi, vel domino, si serui sunt. ¶ Hoc amplius nec eos fructus, quos cura sua & industria percepit bonefidei possessor, omnino lu-

2 cratur. † Nam si qui adhuc litis contestate tempore integri extent eos vtiq3 restituere tenetur, & ita imperatorum Diocletiani, & Maximiani rescripto cautum est cuius verba sunt hec. l. certum. C. de rei vendi. Certũ est bonefidei possessores omnes fructus tempore quo lis contestatur extãtes, soluere cum ipsa re prestare. Tum demum igitur bonefidei possessorem fructus lucrari dicendum est cũ eos sua cura & industria bonafide perceptos, ante litem contestataz consumpsit, naturali enim ratione hosce fructus eum quasi dominũ pro cultura, & cura lucrari Paulus respondit. l. bonefidei de acq. rerum domi. quod & Justinianus libr. xi. institutionum probat. §. si

3 quis a non domino de rerum. diuisi. † Quare si quis a non domino: quem dominum esse crediderit bonafide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iusta causa, eque bona fide acceperit, & postea dominus superuenerit, fundumq3 vindicet, de fructibus ab eo consumptis (vt idem Justinianus constituit. d. §. si quis a non domino.) agere non poterit Paulus quoq3 libr. xxiij. ad edictum. l. sed & loci. finium regun. scribit. Si quis ex eo loco, quem vicini esse apparuerit, ante acceptum iudicium fructus bonafide percepit, lucrari eum oportere, si eos consumpsit, idq3 & Aphricano placuit. l. q̃situm. §. fina. de acquiren. re. domi. ¶ Idem tamen Paulus respõdit. d. l. bonefidei. j. responso. bonefidei emptorem non dubie percipiendo fructus, etiam ex aliena re suos interim facere non tantum eos qui diligentia & opera eius peruenerunt, sed omnes, quia quod

ad fructus attinet, loco domini pene ē. † Ergo ⁊ naturales fructus,
qui sponte ⁊ nullo cogente prouenerunt, bonefidei possessor suos fa
cit. Sed puto veriorem esse Accursij in. d. l. bonefidei. interpreta-
tionem, qui existimauit propositam a Paulo antitesin, ita accipien
dam esse, vt bonefidei possessor faciat fructus suos, non tantum eos
qui diligentia ⁊ opera eius prouenerunt, sed omnes etiã qui ab alio
sati sunt, quiq; opera ⁊ diligentia alterius prouenerunt. Cum enim
apud omnes constaret, cura ⁊ opera sua perceptos fructus, bonefi-
dei possessorem suos facere, dubium tamen esse cepit, an ⁊ qui dili-
gentia, satione, ⁊ sumptibus alterius prouenerũt fructus, bone fidei
possessor suos faceret, vt enim naturales, ita nec istos, suos facere vi
5 debatur. Paulus tamen contra sensit. d. l. bonefidei. † bone fidei
possessorem facere fructus suos non tantum eos, qui diligentia ⁊ ope
ra eius percepti sunt sed omnes etiam qui opera, ⁊ diligentia alte-
rius prouenerunt, ⁊ ita se intellixisse sub sequẽtibus exemplis decla
rauit, ait enim, ⁊ ouium fetus in fructu esse, ⁊ ideo ad bone fidei em
ptorem pertinere, etiam si pregnantes venierit, quasi ita diceret, bo
ne fidei emptorem fetus suos facere non tantum eos qui opera, dili
gentia, ⁊ impensa eius, quam pascendis ⁊ curandis ouibus adhibuit
nati sunt, sed omnes, etiam qui alterius cura nati sunt nempe vendi-
toris qui priusquam venderet, curam pascendo pecori adhibuit, ⁊ p̃
gnantes oues vendidit. Idem deinde subijcit, ⁊ sane quin lac suum
faciat, quamuis plenis vberibus venierint dubitari non potest, eo-
dem enim modo exemplum istud accipiendũ est, vt dicamus, bone
fidei possessorem lac suum facere non tantum quod percepit ex oui
bus quibus pascendis pecuniam, vel operam impendit, sed etiã q͛d
nulla eius sed potius venditoris opera prouenit, vel etiam veri do-
mini, cui oues plena lactis vbera gestãtes subrepte sunt. Postremo
subdit Paulus idem de lana iuris esse, vt bonefidei possessor la-
nam faciat suam, non solũ eam q̃ ex cura eius alendis ouibus adhibi
ta, sed ⁊ eam que sine vlla eius opera ⁊ impensa excreuit, sed potius
domini cui lanate oues furto subtracte sunt. Et hec exempla verbo
suis forte prosecuti sumus, vt omnes intelligerent non ineptam esse
aut absurdam in hunc sensum Pauli antitesin, sed cõgruentissimam
subsequentibusq; singulis exemplis maxime accommodam, ex qui
bus satis euidenter apparet, ita sensisse Paulum, vt nos cum Ac-
cursio interpretamur. Presertim cum hec tantum humana cura p
uenientium fructuum exempla subiunxerit nullamq; eorum qui spõ
te nascuntur speciem proposuerit quippe qui probe intelligeret non
idem iuris in his naturalibus fructibus esse. Sed ⁊ hanc interpreta
tionem verissimam esse Julianus. l. qui scit. §. j. de vsuc. libr. vij. Di
gestorum apertissime demonstrat, dum dicit, † in bone fidei posses-
sore hoc est recipiendum, vt fructus ad eum pertineant, a quolibet
sati. Idem etiam Julianus respendit, fructus ex fundo perceptos,
qui bonefidei possessoris fiunt, proprius ijs accedere que serui ope-
ris suis acquirunt idemq; Aphricano placet. l. quesitum de acqui.
rerum dominio. Cui consequens est fructus naturales qui sine ope
ra cuiusq; ex fundo percipiuntur, bone fidei possessoris nõ fieri, nã
qua ratione eius fierent, eadem sane ⁊ que seruus bona fide posses-
sus neq; ex operis suis neq; ex re ipsius acquirit, eidem bone fidei
possessori acquireret. Ceterũ q̄ inter possidentem titulo ⁊ sine titu-
lo Barto. distinguit. in. d. l. defendi nulla ratione põt, nã ⁊ Põpo
nius scribit. l. fructus. de vsu. Si maritus vel vxor ex re sibi donata
pomũ decerpserit, vel ex silua ceciderit. nõ fieri eius sicuti, nec cu-
iuslibet bone fidei possessoris, q̃bus verbis omnes titulo vel sine ti-
tulo possidentes comprehendi nullosq; excludi manifestum est.

SVMMARIVM

1 Fructuarius quo differat a bone fidei possessore.
2 Fructus quare non fiunt fructuarij simul atq; a solo separati sunt.
3 Lana ouium furtiuarum efficitur bonefidei possessoris.
4 Fructus quando absolute efficiantur bonefidei possessoris.
5 Possessor bone fidei qua possessione, fructus suos efficiat.
6 Possessores rerum singularum fructus extantes restituere debent
velut hereditatis possessores.

Quomodo accipiendum sit, quod dicitur bone fidei possessorem facere fructus suos. Caput. ij.

AT vero quod diximus bo-
ne fidei possessorẽ fructus industria ⁊ cura humana per
ceptos, tum demum lucrari, cum eos ante litem cõtesta
tam consumpsit, multis iurisconsultorum responsis contrarium esse
videtur Julianus enim libr. vij. Digestorũ scribit. l. qui scit. §. pen.
1 de vsu. † plus iuris in percipiendis fructibus bone fidei possessorẽ
habere, quam fructuarium, cum huius non fiant antequam ab eo p
cipiantur, ad bonefidei autem possessores pertineant, si quoquo mo
do a solo separati fuerint, idemq; Paulus libr. iij. ad Sabinum re-
fert. Idem etiam Paulus scribit. l. sequitur. §. lana de vsucap. lanã
furtiuarum ouium apud bone fidei emptorẽ detonsam, vsucapi non
2 posse, sed statim emptoris fieri. † Sed sciendum est fructus ideo nõ
fieri fructuarij, simulatq; a solo separati sunt, quia si fur desecuerit,
vel decerpserit fructus maturos pendentes, Vlpianus lib. xvij. ad
edictum scribit eum non fructuario, sed proprietario conditione te-
neri. Diuersa causa est bonefidei possessoris, cui aduersus fures cõ
ditio competit, nam (vt supra dictum est) fructus eius fiunt simu-
latq; quoquo modo a solo separati sunt. Ex eo tamen non sequitur
non debere bone fidei possessorem tempore litis cõtestate extantes
fructus restituere, nã ⁊ heres in diem vel sub conditione heredita
tem restituere rogatus, licet die vel conditione pendente heredita-
tis dominus sit eam tamen post diei vel conditionis euentum resti
tuere debet, ⁊ apud maritum dominum dotis recte esse dicitur,
licet soluto matrimonio eam mulieri vel heredibus eius restituere
cogatur, sic ⁊ fructus simul atq; a solo separati sunt bonefidei posses
soris fiunt in eiusque dominio esse dicuntur. Verum sub condi-
tione restituere tenetur, si eos ante litem contestatam non con-
sumpserit, ⁊ ita interpretandum esse Paulus suprascripto respon-
3 so perspicue declarat. † Nam posteaquam dixit lanam furtiuarum
ouiũ apud bonefidei emptorẽ detõsam statim fieri eius, mox subiũ
xit, idem ⁊ in agnis dõm esse si consumpti sint. Proinde multo ple-
nius perceptorum fructuum dominium habet bone fidei possessor,
quam maritus dotis vel heres hereditatis, quam sub conditione
alteri restituere tenetur, hi enim neq; vendere, neq; donare, neq;
alio quocunq; modo alienare possunt ille vero omnes fructus ven-
dere, donare, alienare, cõsumere, vti, ⁊ abuti, pro arbitrio sibi, simul atq;
a solo separati sunt, põt. Non abs re igitur statim eius fieri dicun
tur, sed si forte contingat casus vt apud eum litis contestate tempore
salui extent, in restitutionem venient tñ non ideo minus a solo sepa-
ratos fructus suos facere dicitur. Poterat enim libere eos ante li
tem contestatam alienare, ⁊ pro arbitrio consumere, quod si non fece-
rit post litem contestatam in alium transferre, vel ipse cõsumere bo-
4 na fide non poterit. † Ergo (vt supra diximus) ita demum absolute
⁊ irreuocabiliter possessoris lucro cedunt fructus, non sola natura
sed facto hominum ⁊ bona fide percepti, litie nondum contestata cõ
sumpti sunt. Interdum tamen contingit, vt bone fidei possessor, quã
uis perceptos fructus consumpserit, nihil tamẽ lucretur, vt si querẽ
dorũ ⁊ colligendorũ fructuum gratia tantum impenderit, quãti fru-
ctus ab eo consumpti estimantur, hos enim sumptus a petitore re-
petere eum non posse, sed cum fructibus perceptis compensandos
esse Papinianus lib. ij. responsorum ⁊ secundo definitionum scri-
bit. l. emptor. l. sumptus de rei vendica. Nihil igitur hoc casu lucra
ri bonefidei possessorem manifestum est cum tñ impenderit, quãtũ
5 pcepit. † Sed an ciuilis possessionis rõne, an naturalis, an vtriusq;
simul, bone fidei possessor perceptos fructus suos faciat queritur.
⁊ Bal. in. l. ij. C. de fru. ⁊ lit. expen. naturali tantum possessione fru-
ctuum dominium acquiri negat. Fructuarius enim, nõ possessionis
que nulla est, sed iuris vtẽdi, fruẽdi rõne, fructus suos facit, sʒ ⁊ cũq
naturaliter tantum possidet, bona fide non possidere certum est. Er
go possessionis ciuilis ratione fructuum dominium acquiri, idem
Bald. existimat, in dicta. l. ij. cum res ab eo possidetur qui non solo
facto nec alieno nomine sed suo iure, suoq; nomine rem alienam esse
ignorans, possidet. At qui melius est vt dicamus, neq; ex naturali,
neq; ex ciuili possessione, acquisitionem fructuũ pendere, licet enĩ
sine ciuili possessione subsistere bona fides non possit, hec tamen so
la efficit, vt possessor loco domini habeatur, ⁊ quasi iure dominij, nõ
autem possessionis, fructus suos faciat, quod ⁊ suprascriptis quibus
dam responsis significatur. l. qui scit primo responso de vsu. Scien
6 dum tamen est moribus nostris receptum esse, vt † quemadmodum
hereditatis, ita rerum singularum possessores, omnes fructus siue
extantes, siue etiam consumptos, ex quibus locupletiores facti
sunt restituere teneantur, quod ⁊ a plerisque nostrorũ interpre-
tum responsum est Barto. in. l. ex diuerso de rei vendicatio. An-
to. de butrio in Panormita. in capitu. grauis de restitutio. spolia-
to. nam vt celsus libro quinto digestorum scribit. l. si me, ⁊ titium. si
cer. pe. quod ex re mea ad te peruenit, id a te mihi reddi, equum, ⁊
bonum est, nec te cum mea iactura locupletiorem fieri, naturalis eq
tatis ratio permittit, si tamen extantes fructus eos etiam qui spon-
te, ⁊ nullo cogente nascuntur, continuo triennio bona fide quis

possederit, eorum plenum & irreuocabile dominium acquirit, nam vt ceteras res mobiles ita etiam fructus a solo separatos continuo triennio vsucapi Paulus respondit. l. sequitur. §. fructus. de vsucapionibus.

SVMMARIVM

1 Fructus post litem contestatam percepti cũ re ipsa sunt restituẽdi.
2 Corpus petitum restitui non sufficit, sed & id quod haberet petitor si eo tempore &c.
3 Fructus percepti post litem contestatam nõ semper officio iudicis restitui iubentur.
4 Officio iudicis non semper incũbit possessorem cogere ad fructus restituendos.
5 Judex in sentẽtia non potest tractare de his que post condemnationem contingere possunt.
6 Sententia iudicis quando ad fructus post rẽ iudicatam perceptos extendatur.

Quod ei qui in rei vendicatione obtinuit fructus post litem contestatam percepti, officio iudicis, ante vero condictione vel in rem actione restituendi sint. Caput. vij.

Quissime admonendi sumus † cum restitutione ipsius rei, eos tantum officio iudicis venire fructus, qui post litem contestatam percepti sunt, vel percipi debuerunt, secundum quod diuus Justinianus constituit. §. & si rem de officio iudicis libro quarto institu. si in rem actum sit, coram iudice, & contra possessorem iudicauerit iubere debet, vt rem ipsam restituat, cum fructibus, & Vlpianus lib. lj. ad edictum scribit. l. qui restituere de rei vendi. Qui restituere iussus, iudici non paret, contendens se nõ posse restituere, si quidem habet rẽ, manu militari officio iudicis possessionem ab eo transferri, & fructuum duntaxat omnisque cause nomine condemnationem fieri. Apud Caium quoque lib. vij. ad edictum scriptum est. l. preterea. de rei vendi. † nõ sufficere corpus ipsum petitum restitui, sed opus esse, vt & causa rei restituatur id est, vt oẽ habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tẽpore quo iudicium accipiebatur, res illi restituta fuisset, nam vt libro primo ad edictum edilium currulium Vlpianus scribit. l. ediles. §. itẽ sciẽdũ. de edil. edic. iudici statim atque iudex factus est omnium rerum officium incumbit quecunque in iudicio versantur, ea autẽ que ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent nisi fuerint ei nominatim iniuncta, quare fructus ante litem a possessore percepti, cum officio iudicis non contineantur, nominatim peti debent vel rei vendicatione, vel condictione ex lege, aut sine causa vel alia cõpetenti actione, secundum ea que supra de malefidei possessore dixi mus. † Reperitur tamen casus quo officio iudicis non incumbit, iubere fructus post litem contestatam perceptos restituere, nam si petitor lite contestata vsumfructum legauerit, ex eo tempore ex quo discessit a proprietate, fructuum rationem non habendam Paulus lib. xxj. ad edictũ refert. l. ex diuerso. §. j. de rei ven. Sed & si post litem de vsufructu contestatam fuerit finitus vsusfructus Vlpianus lib. xviij. Ad Sabinũ. l. vti frui. §. si post si vsusfru. pet. vlterius desinere deberi fructus respondit, nam & si mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem preteritorum duntaxat fructuum dandã, sed nõ ideo fructus postea perceptos possessor lucratur, eos enim, ei ad quã pertinẽt, competenti actione conuentus, restituere debebit. † Simili modo & fructus qui post rem iudicatam & quadrimestre tps cõdemnatis cõstituto a possessore rei, quã restituere iussus, est adhuc incumbente, percepti sunt ad officium iudicis qui rẽ ipsam restituere iussit non pertinent, sed ij tantum, qui vsque ad rei iudicate tps percepti sunt, ideo si moram fecerit in homine reddẽdo possessor, & homo mortuus sit fructuum rationem vsque ad rei iudicate tempus spectãdam esse Vlpianus ex Juliani sententia lib. xvj. ad edictũ refert l. iulianus. de rei vendi. & Pomponius veriorem putat. l. fructus non modo. de rei vendi. Trebatij opinionẽ existimantis eousque fructuum rationem habendam quousque haberetur si non perijsset, id est ad rei iudicande tempus. Vnde Papinianus lib. iij. responsorum scribit. l. prima de vsu. † iudicem iudicij bonefidei non recte iubere interponi cautiones, vt si tardius sententie condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur vsure. Quid enim, vt Paulus notat. d. l. prima pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri, tẽporis tractatus, nec est quod petitor qui obtinuit, conqueratur, ad hoc vsque tempus officium iudicis non extendi, cum in potestate eius sit iudicatum exigere. Et nõ immerito Jabolenus lib. x. epistolon respondit. l. quemadmodum de iudi. iudicium in futurum concipi nõ posse de his rebus que postea in obligationẽ aduenture sunt, Papinianus tamen scribit. d. l. j. §. fi. circa tutele restitutionem pro fauore pupillorum latiorem interpretationem factam esse, vt siue iudex accipiatur siue sine iudice tutela restituatur, in eum diem quo restituit 6 tutor vsuras prestet. † Item probandum in eo qui hereditatem aliaz ve vniuersitatem restituere iussus est nam & ad fructus post rem iudicatam a possessore perceptos sententia iudicis porrigitur. Nam, vt supra tractatum est, fructus vniuersitatis ante vel post litem contestatam, necnon post condemnationem percepti, ipsam vniuersitatem augent. Sed & alio casu ad futurum tẽpus sententiam trahi non est incognitum cum ius presenti tempore actori quesitum, futurum tempus respicit, idque in plerisque iuris articulis expressum est. l. prima. C. de sen. que sine cer. quanti. profe. l. in lege aquilia si deletum ad legem aquil. l. atteius. §. fi. de aqua plu. arcen. l. quod in diem. §. j. de peti. heredita.

Libri secundi De fructibus Finis.

Joannis Copi Jurisconsulti, De fructibus. Liber tertius.

Que in contractibus ex quibus dominium transfertur fructuum ratio habenda sit. Titulus primus.

SVMMARIVM

1 Fructus rei vendite cui post traditionem efficiuntur.
2 Emptionis contractus consensu mutuo perficitur.
3 Fructus rei vendite etiam ante traditionem sequuntur emptorem. & nume. seq.
4 Emptor moram faciens in pretio soluendo, ad vsuras venditori tenetur.
5 Fructus ante venditionem perfectam ab emptore percepti debent venditori restitui.
6 Emens fundum lege commissoria, fructus interim percipiet.
7 Fructus rei sub conditione vendite, ea pendente percepti, sunt venditoris licet emptori traditi sint.

De fructibus rei empte & vendite. Caput. j.

Cum sit expositum superiore libro de fructibus qui in petitionem hereditatis veniunt, Deinde de fructibus legatorum & fideicommissorum, Tum postea de ijs qui singularum rerum petitioni accedunt, consequens esse existimauimus, vt de fructibus rerũ, que in varios passim contractus deduci solent, pauca quedã breuiter, & dilucide tractaremus. Contractuum autẽ & quasi contractuum, exigente hominum necessitate, plurima esse tam gentium quam ciuili iure introducta genera, nemo ẽ q nesciat. Alijs enim rerum dominia transferuntur. Alijs res communicantur. Alijs possessio tantum vel vsus conceditur. Alijs rerum alienarum cura, & administratio suscipitur. Quam distinctionem licet ante nos nemo obseruauerit, tamen ad rationẽ fructuum, que in singulis contractibus habetur, intelligendam, necessariam esse, & secundum hanc veluti regulam, omnem que in contractibus habetur, fructuum rationem metiri oportere ostendemus.

Primum igitur exordiamur ab illo genere contractuum ex quibus dominia rerum transferri solent. Inter quos primus occurrit vsitatissimus ille emptionis & venditionis contractus. Quis enim nescit facta alicuius rei ex hac emptionis & venditionis causa traditione a venditore dominium rei tradite in emptorem transferri. §. per 1 traditionẽ. de re. diui. lib. ij. instit. † Ergo fructus, qui post traditionem ex re vendita prouenerunt, dominij iure ad emptorem pertinent, ni forte venditor inter contrahendum nominatim vel omnes fructus, vel certam speciem fructuum ad certum tempus excepe rit, nam huic conuentioni standum esse vulgo traditum est. l. qui fundum. §. cum fundum. l. in lege. l. cum manu. de contrahend. emptio. Sed

Sed ⁊ ante traditionem, perfecta tamen venditione percepti fructus emptoris lucro cedunt, ⁊ si quidem pure emptio contracta fuerit, statim solo consensu perfectam esse. §. j. de contrahen. empt. ⁊ vendi. lib. ij. insti. l. j. eo. titu. dubitari non potest. licet res nondum tradita, nec pretium solutum fuerit. Quare omnes fructus qui perfecta solo consensu emptione ⁊ venditione proueniunt, ad emptorem pertinent,
2 ⁊ a venditore percepti, simul cũ re ipsa restitui ei debent. † Nam ⁊ si emptor ante traditionem proprie dñs non sit, tamẽ quia perfectus est solo consensu contractus, loco domini habetur, qua ratione omne damnum, post consensum vtrinq; prestitum, rei vendite contingẽs periculo ⁊ detrimento eius contingit. §. cum autem. de emp. ⁊ vendi. lib. ij. insti. omnia quoq; eiusdem rei onera solus sustinere ⁊ agnoscere
3 re debet. † Non est igitur quod cuiquam nouum aut absurdum videri debeat, si ante traditionem omnes fructus qui ex re vendita prouenerunt, emptorem sequant. Unde diui Diocletianus ⁊ Maximianus rescripserunt. l. post perfectam. C. de actio. emptio. venditorum pecorum fetus, post perfectam venditionem natos, ad emptorem ꝑtinere. Item venditis iumentis aut nauibus, si quid ex vectura quesitum est, emptori prestabitur. Seruo quoq; distracto si quid donatũ fuerit ante traditionẽ, hoc restitui debere Ulpianus lib. xxij. ad edictum scribit. l. iulianus. §. si quid seruo. de actio. emptio. hereditates etiam per seruum acquisite, ⁊ legata omnia eque restitui debent, nec distinguendum cuius respectu ita relicta sint. Item quod ex operis seruus prestitit venditori, emptori restituendum idem Ulpianus respondit. d. §. si quid seruo. Deniq; omne emolumentum ⁊ commodum, quod post perfectam venditionem ex re vendita prouenit, ad emptorem pertinere sepissime rescriptum est. l. prima. C. de peri. ⁊
4 commo. rei vendi. l. fructus. C. de actio. emptio. † Usq; adeo autem fructus post perfectam venditionem percepti, emptoris fiunt vt si moram in tradenda re vendita commiserit venditor, non eos tantum quos percepit, sed etiam quos potuisset ꝑcipere, si diligentior fuisset, prestare teneatur. Cum enim per venditorem steterit, quo minus rem tradat Paulus lib. xxxiij. ad edictum scribit. l. si sterilis. §. cum per venditorem. de actio. emptio. omnem vtilitatem emptoris in estimationem venire. Neratius quoq; lib. iiij. Membranarum putat. l. si ea res. eo. titu. Si per venditorem steterit, quo minus emptor seruum sibi venditum in tempore haberet, non solũ id quod ipse venditor per eum acquisiuit, prestandum esse, sed ⁊ id quod emptor, iam tunc sibi tradito seruo acquisiturus fuisset, idẽq; Juliano placet. d. l. si ea res. † Ecõtrario emptor qui in soluendo pretio moram fecit, vsuras pretij venditori prestare debet, ⁊ ita Hermogenianus. lib. ij. iuris epithomon respondit. d. l. vltima. de peri. ⁊ commo. rei vendi. Quinimmo statim post diẽ traditiõis vsure pretij sine vlla interpellatione debentur. Nam cũ re emptor fruatur, equissimũ esse Ulpianus ait. l. iulianus. §. ex vendito. de act. emp. eum vsuras pretij depẽdere, ꝙ ⁊ imperatorum Diocletiani ⁊ Maximiani rescripto declaratur. l. curabit. C. de actio. emp. ¶ Non solũ autẽ fructus post perfectam venditionẽ nati ad emptorẽ pertinent, sed etiam ante nati, tamen venditionis tempore adhuc pendentes, necdũ a solo separati, ad emptorem pertinent, fructus enim pendentes (vt primo libro exposuimus) tit. ij. c. de pẽden. fruc. pars rei esse videntur, qua de cã si fructibus iam maturis ager distractus sit, ẽt fructus emptori cedere Ulpianus refert, cui ꝯsequẽs ẽ, qđ Julianus lib. iiij. digestorum ait. l. qui pendentem. de act. emp. eum qui pendentem vineã emit, si vuam legere prohibeatur a venditore aduersus eũ petẽtẽ pretium, exceptione vti posse, si ea pecunia de qua agitur, nõ ꝑ ea re petitur, que venit, neq; tradita est. Nisi forte pendẽtes fructus vẽditor nominatim exceperit, tunc enim conuentioni (vt añ diximus) standum est
5 l. iulianus. §. si fructibus de act. emp. ¶ † Plane fructus ab emptore ante ꝑfectã venditionem percepti, licet postea perfecta fuerit venditio, venditori tamen restitui debent. Imperatores enim Ualleriaiius, Gallienus, ⁊ Ualẽs Domitiano ita rescripserunt. l. ij. §. fructus. C. de actio. emp. fructus perceptos ante contractam venditionem, quos emptorem inuasisse proponis, actione ex vẽdito reposces. Si quis tamen cũ fundũ venderet, in lege dixisset, ꝙ mercedis nomine a conductore exegisset, id emptori accessurũ est, Proculus libr. vj. epistolon putat. l. si cum fundum. de cõtrahen. emptio. ⁊ vendi. conuentionem valere, ipsumq; venditorem in exigendo, non solũ bonã fidem, sed ẽt diligentiã prestare debere. Unde Ulpia. lib. xliij. ad Sabinũ scribit. l. quoties. de cõtrahend. empt. ⁊ vendi. Quoties seruus venit non cũ peculio distrahitur, ⁊ ideo siue non sit exceptũ, siue exceptum
6 sit non cũ peculio distractus videtur. ¶ † Postremo sciendum est eum qui lege commissoria fundum emit, interim fructus perceptu rum, ⁊ ita Ulpiano ⁊ Neratio visum est. l. si fundus. l. lege de leg. cõmis. Emptorem quoq; cui pure fundus in diẽ addictus est fructus interim lucrari, a plerisq; respõsum est. l. quoties. l. eum qui. l. item quod de in diem addic. sed hunc articulum proximo libro exactius tractabimus. ¶ Hec autem que de fructibus rei pure vendite exposuimus in venditione in diem vel sub conditione concepta, locum habent, que diei vel conditionis euentu perfecta est, tunc enim licet res nondum tradita fuerit, fructus percepti emptorem sequuntur ⁊ a venditore percepti restitui ei debent, qui vero pendente die,
7 vel conditione percepti sunt venditoris fiunt. † Quamobrem si res sub conditione vendita ea pendente emptori tradita fuerit, fructus medij temporis non ipsius sed venditoris esse Ulpianus ⁊ Paulus responderunt. l. necessario. §. quod si pendente. de peri. ⁊ commo. rei vendi.

SUMMARIUM

1 Permutatio rei dominium transfert, sicut ⁊ venditio.
2 Fructus rei permutate cuius sint ante traditionem ⁊ post.
3 Permutatio non solo consensu, sed etiam traditione perficitur.

¶ De fructibus rerum permutatarum. Cap. ij.

Permutatio vt paulus ait l. aristo. de re. ꝑmu. vicina est emptioni ⁊ venditiõi, idq; vel ex eo satis intelligit, ꝙ Sabinus ⁊ Cassius emptionem ⁊ venditionẽ nihil a permutatione differre asseruerunt. l. j. de contrahen. emp. ⁊ ven. sed licet re vera differant, permutationẽ tñ vicem emptiõis obtinere certũ est, ⁊ ita imperatores Diocletianus
1 ⁊ Maximianus rescripserunt. l. ij. C. de re. permu. † quare sicut emptionis ita permutationis causa alicuius rei facta traditione, dominium in accipientem transfertur iure igitur dominij, rei ex causa ꝑmutationis tradite, fructus, ad eũ qui accepit, pertinent. Ita tamen pertinent, vt ipse vicissim permutationi satisfacere, ⁊ pro ea re, quã
2 accepit, aliam, vt conuentũ est statim tradere teneatur. † Alioqui cum ꝑmutatio sit bonefidei, re ipsa in morã incidit, ⁊ ex eo tempore fructus ex re sua perceptos, in qua tradenda morã fecit, dz cum oi accessione prestare, vel rem quam accepit, cum fructibus ex ea perceptis restituere, vt plerisq; prudentum responsis ⁊ imperatorum cõstitutionibus continetur totis titu. de re. permuta. ⁊ titu. de prescriptio. versicu. Ceterum si placitum vel pactum permutationis tantũ interuenerit, sz nec hic, nec ille ex pacto rẽ tradiderit, neutri actionẽ competere imperatores Diocletianus ⁊ Maximianus constituerunt. l. ex placito. C. de re. perma. non † enim solus consensus, sed
3 res ab altero tradita initium, (vt Paulus scribit). l. j. de re. permu. obligationi ex causa permutationis prebet, cui ꝯsequẽs est, vt fructus rerum, que in permutationis placitũ deducte sunt nulla adhuc re secuta percepti eorum sint, quorum prius nulla permutationis cõuentione facta erant.

SUMMARIUM

1 Mutuum rei tradite transfert dominium.
2 Fructus rei mutuo date ad quem spectent.

¶ De fructibus rei mutue. Cap. iij.

E contractu quoq; mutui
1 † dominium rei tradite in accipientẽ transferri, vel ipsa nominis ratio satis indicat, nam (vt Paulus lib. xxviij. ad edictum scribit). l. ij. §. appellata. si cer. peta. appellata est mutui
2 datio, ab eo qđ de meo tuũ fit. † Omnes igitur fructus, omnia emolumenta omnes deniq; ꝯmoditates, que ex re mutuo data ꝑcipi pñt ad eum qui accepit dominij iure pertinent. Si tamen, cum in restituendo mutuo morã faceret, lis contra eum contestata fuerit, ex eo tempore omnem causam actori restituendam esse palam est. l. vinum eo. titu. id est, vt omne habeat creditor, ꝙ habiturus esset, si statim litis contestate tempore debitor mutuum ei restituisset.

SUMMARIUM

1 Stipulatio rem dari quando transferat dominium.
2 Stipulatio est contractus stricti iuris.
3 Promissore in rem tradendo moram faciente, an fructus postea nati veniant in obligationem.
4 Emptor agens ad possessionem, quam vacuam sibi dari stipulatus est, non obtinebit fructus ante litis contestationem perceptos.

5 Partus ancille an veniat in stipulationem ancillam dari.
6 Stipulatio rem dari, vacuãq; possessionem tradi, quid operetur.
7 Promissor non reddens in tempore tenetur ad interesse.

De fructibus rei in stipulatum deducte. Cap. iiij.

1 Preterea ex causa stipulationis † rem dari, traditionẽ factã, dominium in accipiẽtem transferre, vulgo notum est. Ergo ſm certissimam illam ⁊ iam sepius repetitã regulã, fructus rei ex causa stipulationis tradite, dominij iure stipulatoris statim fiunt. Sed ante traditionem, quamuis post perfectam stipulationẽ percepti, promissorem sequũtur, nec stipulatori restitui debent. Sed ⁊ si (vt supra diximus) fructus pendentes pars rei esse videantur, tñ cum fundũ stipulat̃ ꝯs non venire fructus, qui stipulationis temporis pendentes fuerunt,
2 Paulus scribit. l. si filiusfamilias. de verbo. obliga. † naz stipulationem stricti iuris esse nemo ignorat, ideo verba in hoc contractu expressa, secundum strictam significationem accipienda sunt. l. quidquid astrigende. de verbo. obli. in stipulatione fundi, pendentes fructus non continentur, quia hi stricte accipiendo fundum, pars eius dici non possunt. Diuersum est in emptione, venditione, permutatione, alijsq; bone fidei ꝯtibus, in quibus, cum propter exuberantem bonam fidem, plenior ex equo ⁊ bono interpretatio fieri soleat, fru-
3 ctus tempore ꝯtus pendentes, in obligationem veniũt. † Sed si in tradendo moram fecerit promissor, nũ fructus postea nati in obligationẽ veniant, querit̃, ⁊ Paulus lib. v. ad Plautiuz respondit. l. videamus. §. si actionem. de vsu. Si actionem habeã ad consequẽdũ id quod meũ non fuit, veluti ex stipulatu fructus, me non ꝯsecuturum etiã si mora facta sit. Quod si acceptũ sit iudicium idem Paulus veriorem putat. d. §. si actionẽ. Sabini ⁊ Cassij sententiam, existimantiũ tunc demũ fructus oĩ causa, restituendos esse. Cui sententie ꝯuenit illud, qđ Papinianus lib. xx. questionum respondit. l. in fideicõmissis. §. in his. đ vsu. In his iudicijs, que nec sunt arbitraria nec bonefidei post litẽ ꝯtestatam, actori cãm prestandã esse, i eum diem quo sententia dicitur. Quod generaliter, cum in personã agitur tenendum esse idem Papinianus ait. l. ij. de vsu. vt post litem contestatam causa prestetur, cuius opinionis ratio redditur, quoniã quale quidq; est cũ petitur, tale dari dz, ac propterea postea captos fructus partũq; editum restitui oportet. Vsuras etiam lite contesta
4 ta currere, Pau. lib. xj. ad edictũ respondit. l. lite. de vsu. † Sed ⁊ si emptor vacuam possessionem dari stipulatus fuerit, ⁊ ex stipulatu agat, fructus ante litis ꝯtestationem perceptos, in eam actionem nõ venire Pomponius lib. ix. ad Sabinum refert. l. ratio. §. si emptor de act. emp. quia ⁊ qui fundum tradi stipulatur, vacuam quoq; possessionẽ tradi oportere, stipulari intelligit̃, nec tñ fructuum prestatio ea stipulatione continetur, neq; rursus plus dz in esse stipulatione, sed exempto superesse ad fructuũ prestationez. Papinianus tñ lib. xxvj. questionum respondit. l. si stipulatus. de vsu. Si stipulatus sis rem dari, vacuamq; possessione tradi. fructus postea captos, actione ex stipulatu ꝯsecuturũ te, rationẽ suadere. An idem de partu ancille responderi possit, considerandum esse idem Papinianus
5 dicit, † nam qđ ad verba superiora pertinet, siue factum rei ꝓmittẽdi, siue effectũ per traditionem dominij transferendi continent, partũ non contineri, verũ si emptor a venditore nouandi animo ita stipulatus est, factũ tradendi eũ stipulatum intelligi, qr non est verisimile plus venditorem promisse, quam iudicio empti prestare ꝯpelleretur sed tamen propter illa verba vacuamq; possessionẽ tradi, posse dici idem Papinianus scribit. d. l. si stipulatus, partus quoq; rõne cõmitti stipulationem, etenim ancilla tradita partum postea editũ, in bonis suis reus stipulandi habere potuisset. Verũ ex his que ŝ. diximus, potiorẽ esse Pomponij opinionem facile quiuis intelligere potest. Proinde distinctiones pro ꝯciliãdis his Pomponij Papinianiq; rñsis ab Acursio tradite, false simul ⁊ friuole sunt. Quid enim ineptius dici potest, quam ideo venire fructus, qr copulatiue ⁊ ꝯiunctim, quis rẽ dari, ⁊ vacuã possessionem tradi stipulatus sit, at vbi alteruz tantũ expressèrit, nẽpe vacuã possessionẽ tradi, tũc nõ ve
6 nire? † Primum enim hec apud veteres stipulationis formula plerunq; obseruabat̃, rẽ dari, vacuãq; possessionem tradi, atq; h̃ posterior clausula sine priori nunq̃ adijciebatur, prior vero sola per se vt plurimũ sine adiectione istius exprimebatur, sed nec Pomponius dicit, hanc tantũ particulam (vacuã possessionẽ tradi) stipulationi insertã fuisse, sed hoc dicit quamuis stipulationi rem dari, adijciat̃ hec clausula (vacuamq; possessionem tradi) non ob id fructus postea captos, ex hac stipulatione deberi, cum in hac stipulatione rem dari vacuamq; possessionẽ tradi, non plus contineatur, quam in hac simplici, absoluta stipulatione rem dari. Preterea duz dicit Papinianus, stipulatorem fructus postea captos consecuturum, non subdit hanc rationẽ, qr ꝯiunctim ⁊ copulatiue rem dari ⁊ vacuam possessionem tradi stipulatus est, sed propter illa verba tantũ, vacuamq; possessionẽ tradi. Quare Accur. plane cecutire, ⁊ frigidas nugas affer
7 re perspicuũ est. At vero Vlpia. scribit, † Si fundum certo die prestari stipuler, ⁊ per promissorem steterit, quominus ea die prestetur, consecuturum me quanti mea insit, morã factam non esse, cuz autem in eo quod interest, fructus quoq; veniant, apparet me consecuturum eos fructus, quos consecutus fuissem si mihi mora facta non esset. Sed sciendum est moram in quam diei lapsu promissor incidit, litis contestationi equiparari. argu. l. magnam. C. de ꝯmit. stip. Quod autem dictum est post moraz captos fructus stipulatori restituendos non esse, de vulgari mora intelligendũ est, in qua promissor per simplicem, ⁊ extra iudicium factam interpellationem constituitur. Preterea plerũq; accit, vt stipulatoris, ꝙ ad fructus attinet, nihil intersit, qr forte ita negligens est, vt nullos ex te promissa ꝑcepisset, fructus, liceat eam statim habuisset.

SVMMARIVM

1 Donatione inter viuos etiam dominium transfertur.
2 Donare promittens nõ tenet̃ ad vsuras si in mora fuerit solutiõis.
3 Donator non cogitur nisi ad fructus extantes donatario prestare.
4 Jurisdictio contempta qualiter vindicetur.
5 Fructus rei donate quando veniant in rationem donationis.

De fructibus rei donate inter viuos. Cap. v.

1 Non est pretereundus donationis † inter viuos ꝯtus, nã ⁊ hunc ad transferendũ dominium maxime idoneum esse notissimum est, licet enim is qui donat, nullo iure cogente, sed ex mera liberalitate id faciat. l. hoc iure. de dona. tñ simulatq; tradidit, nihil iuris in re donata retinet, sed omne ius, omnemq; vtilitatẽ, ⁊ causam eiusdem rei in accipientẽ transfert. Plane ante traditionem, perfecta tamen sola donatoris voluntate, donatione, perceptos fructus in rõnem donationis minime cõputari, Põponio recte videt̃. l. in edibus. §. j. de dona. nam ⁊ Caius respondit. l. cum de donatione. de dona. cum de donatione queritur, neq; partus nomine, neq; fructuũ, neq; pensionum neq; mercedis, vllã donationem videri factam, sed ⁊ liberalitatis in rempublicã facte vsuras exigi non posse, Paulus lib. j. decretoruz
2 scribit. l. liberalitatis. de vsu. † Eum quoq; qui donationis causa, pecuniam vel quid aliud promisit, Modestinus respon. l. eum qui. de dona. de mora solutionis, vsuras prestare non debere idq; summe equitatis esse maxime cũ in bonefidei contractibus, donationis species non deputetur. Quare eos demum fructus donator restituere compellitur, quos post litem contestatam percepit, ⁊ nec dũ ꝯsumpsit, ⁊ ita accipit̃, ꝙ Paulus scribit. l. nesennius. §. fundum de re iudi. eum qui donauit fundũ, ⁊ postea condemnatus restituit, fructuũ nomine, si eos non consumpserit insolidum ꝯdemnandum, q̃uis. n. quantum ad rẽ ipsam donatam attinet, non teneatur nisi inquantũ facere potest. l. cum ex causa. de re iudi. tamen ꝙ attinet ad fructus, adhuc extantes, quos post litem contestataz percepit, hoc beneficio non vtitur, nec de his aliquid deducitur, sed insolidum restituunt̃,
3 hoc † tamen singulare priuilegium donator habet, ꝙ ex alijs omnibus causis ad aliquam rem restituendam damnati, omnes fructus post litem contestatam perceptos siue extantes siue consumptos restituere tenentur. l. ij. C. de fruc. ⁊ lit. expen. l. centũ. C. đ rei vẽdi. donator vero extantes tantũ, non etiam consumptos, ⁊ hoc priuilegiũ habet, cum condemnandus iudici paret, remq; donatam secundum eius sententiam donatario restituit. Si vero rem donatam restituere iussus, ius dicenti non obtemperet, ꝯtendens se non posse restituere, si quidẽ hz rem, manu militari officio iudicis possessio ab eo transfertur, ⁊ fructuum duntaxat omnisq; cause nomine ꝯdẽnatio fit, ⁊ priuilegium (ne in plus teneatur, quam facere possit) ob suam contumatiam perdit, nec est quod conqueratur donator se iniuste beneficio constitutionis priuari, cum potuerit non periclitari, si statim resti
4 tuisset, iusq; dicenti obtemperasset. † Vt ergo contempta iurisdictio vindicetur, insolidũ tanq̃ quiuis alius possessor, ⁊ rei ipsius nomine ⁊ fructuũ ex ea post litem contestatam perceptorum sine vlla deductione condẽnatur. Quod si non possit restituere, quia forte dolo possidere desijt, in litem iurabitur, ⁊ tanti sequetur condemnatio. Porro ij mihi longe lateq; aberrare videntur, qui suprascriptum Pauli rñsum, sic accipiendum esse existimant, vt in eo donatore

procedat

procedat, qui rem donatario tradidit, cuius possessionem aliquo ca
su bona vel mala fide postea recepit, vt is insolidũ condemnari de
beat, ⁊ ad fructuum consumptorũ estimationẽ, si male fidei posses-
sor fuerit, teneatur, si vero bone fidei, consumptos ante litẽ contesta
tam fructus lucretur, extantes vero ⁊ eos quos post litem contesta-
tam percepit, restituere debeat, que sane interpretatio nullam rõnẽ
habet, neqꝫ enim traditionis rei donate, neqꝫ possessionis per dona
torem iterum recepte vllo modo Paulus meminit, ꝙ vtiqꝫ nõ ta-
cuisset si cum gl. nostris sensisset. Deinde quis dubitat eum q olim
donauit, recepta possessione insolidũ condemnandum esse: neqꝫ .n.
donator amplius appellari potest. Postremo, vt supra ostẽdimus
non ipsius rei nomine, sed fructuum post litem contestatam perce-
ptorum ⁊ extantium donatorem insolidum condemnandum Pau
5 lus ait. d. §. fundum. † Interdum tñ statim ex ipso donationis die
fructus percepti, in rationem donationis veniunt, ⁊ donatario resti
tui debent ꝙ tunc accidere Pomponius scribit. d. l. in edibus. §.
j. de dona. cum quis non fundum, sed fructuum perceptionem do-
nat, hoc enim casu fructus esse ipsam rem que donatur, nemo nõ vi
det. Ceterum si is qui donationem accepit, erga donatorẽ ingratus
fuerit, ex eo die quo reuocationis controuersiaꝫ donator mouit, fru
ctus perceptos eum tanquam indignum restituere cogendum esse,
imperatores Constantinus ⁊ Constantius decreuerunt. l. his solis
C. de reuo. dona.

SVMMARIVM

1 Donatio causa mortis que dicatur.
2 Fructus rei donate a quo tempore efficiantur donatarij.
3 Donans causa mortis, repetere donata potest si conualuerit.

De fructibus rei donate causa mortis. Cap. vj.

St ⁊ alia species donatio
1 nis, † que appellatur mortis causa. cum quis imminen-
te mortis periculo, vel eius cogitatione commotus, ita
donat, vt se magis velit habere, quam eum cui donat, magisqꝫ eum
cui donat, quam heredem suum, q̃ꝫ definitionẽ Martianus ⁊ Justi
2 nianus tradunt. l. j. de dona. cau. mor. §. j. eo. tit. lib. ij. insti. ⁊ † si q-
dam ita quis donet, vt statim rem tradat, eamqꝫ accipientis faciat
fructus dominij iure ad donatarium pertinere dicendum est, quod
si viuus donator eã non tradiderit, tunc dici recte potest, eandem in
hac re fructuum habendam esse rationem, q̃ꝫ in legatis supra expo
suimus, mortis enim causa factas donationes per oia fere legatis
cõparari sepissime rñsum est. l. illud. de dona. mor. cau. l. fin. C. eod.
3 tit. §. j. eo. tit. lib. ij. insti. † Si tamen conualuerit donator, Paulus
lib. vj. ad legem Julia ⁊ Papiam. l. cum quis. de condic. cau. da.
cau. non secu. ⁊ lib. v. ad Plautium. l. videamus. §. idemqꝫ. d vlu.
respondit, eum fructus ⁊ partus donatarum rerũ, ⁊ quod eis accre
uit repetere posse, nisi forte donatio sic concepta fuerit, vt nullo ca-
su reuocari posset, tunc enim perinde habendam esse atqꝫ aliam, q̃ꝫ
uis inter viuos, donationem, Martianus scribit. l. vbi autem de do
na. cau. mor.

SVMMARIVM

1 Feudum qualiter difiniatur.
2 Fructus rerum feudaliuꝫ ad clientes spectant.
3 Cliens non prestans obsequium debitum domino priuatur feudo.
4 Feudum quando ad dominum reuertatur, vassallo sine herede de-
functo.

De fructibus rerum que iure clientele. hoc est feudi, pssidentur. Cap. vij.

Llud notissimum est non
iure scripto sed moribus receptam esse quandam dona
1 tionis speciem que feuduꝫ appellari vulgo solet. † De
finitur. §. fin. in quib. cau. feu. amit. lib. ij. feudo. autẽ, esse benefi-
cium quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidẽ, ⁊
dominium directum rei immobilis donate penes danteꝫ remaneat
dominium vero vtile ⁊ vsusfructus illius rei, ita ad accipientẽ tran
seat, vt ad eum heredesqꝫ suos masculos siue feminas, si nominatiꝫ
de his dictum sit, in perpetuum pertineat, ea lege ⁊ conditione, vt
cliens omnesqꝫ in infinitum heredes eius, patrono qui beneficium
contulit, heredibusqꝫ eius debitam clientelaris officij sponsionem
agnitionẽqꝫ prestent, in eorum fidem sese conferant, ⁊ vt patronos
obseruent ac reuereantur. Ex qua descriptione apparet euidentissi
2 me, † fructus rerum que hoc iure censentur, ad clientes pertinere,
⁊ ita Bal. quoqꝫ respondit. §. preterea. de phi. feu. alie. per Fede.
lib. ij. feudo. nam vt supra dictũ est, vtile dominiuꝫ habent, cuius ra
tione rei quoqꝫ vendicatio aduersus quẽcunqꝫ possessorem eis com
petit, per q̃ꝫ collatum sibi feudum cum fructibus recuperant. §. rei
autem. de inuesti. de re alie. fac. lib. ij. feudo. Sed si post donatio-
nem eidem feudo aliquod incrementum accesserit, hoc omne ad cli
entem eodem iure pertinebit. §. fi. ⁊ pe. si de inuesti. feu. cõtro. fue.
nisi pacto expresso patronus dum beneficium conferret, incremen
tum ꝙ postea obuenerit, partẽ ve eius sibi retinuerit. Sed hec nõ
nunq̃ꝫ aliter se habent, nam ex constitutione Federici imperatoris,
firmiter. de prohibi. feu. alie. per Fede. lib. ij. feudo. clientes qui in
Italia ⁊ Germania sunt domino in publicã expeditionẽ eunti, dimi
diã partẽ redituũ vnius anni prestare tenẽtur, alioqui beneficio pri
3 uantur. † Sed ⁊ moribus nostris introductum est, vt si in prestãdo
obsequio ⁊ persoluenda fide patrono debita, cliens moram faciat,
liceat patrono manum predio cliẽtelario iniijcere, ⁊ interi fructus
suos facere, donec cliẽs iusta obsequia ei exhibeat, det manus sup
plices, osculũ obsequiose porrigat, ⁊ in verba eius iuret, qbus pre-
stitis cliẽtẽ i suã fidẽ patronus recipit, manũ iniectã tollit fructusqꝫ
suos facere desinit, ⁊ liberã vtẽdi ⁊ fruẽdi ptãtẽ eidẽ restituit. Sꝫ
⁊ si in exhibẽdo rerũ clientelariũ subclientelariũqꝫ catalogo, cliẽs
morã admittat, patronus ẽt hoc casu manũ iniijcit, fructusqꝫ earum
suos facit illud quoqꝫ cõmodũ patronus capit, cũ a defuncto in he
redẽ p lineã transuersaꝫ coniũctũ, prediũ clientelare transfertur, vel
quoquo mõ alienatˀ, ꝙ redituũ vnius anni aut quintũ quẽqꝫ sub qu-
4 tũqꝫ nummũ pretij ipsius rei ꝯsequtur. † Sed ⁊ scdm̃ vsum Medio
lanensiũ constitutũ est §. his ꝯñr titu. hic fini. lex dein. cõsue. reg.
inc. si vassallus decedat sine hr̃de masculo, ⁊ contingat feudũ ad do
minũ reuerti, sic distinguendũ esse, vt si añ Martiũ vassallus deces
serit, oẽs fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dñm perti-
nent, si vero post calẽdas Martij vsqꝫ ad Augustũ, oẽs fructus q
interim percipiantˀ heredũ vassalli esse, si vero post Augustũ om-
nes fructus anni dominum percepturum. Sunt tamen qui dicant
quocũqꝫ tempore anni decedat vassallus omnes fructus pendẽtes
ad dominum pertinere.

SVMMARIVM

1 Emphyteosis quid sit.
2 Emphyteota pensionem triennium totum non soluens, emphyteo-
si potest priuari.

De fructibus rerum que in emphyteosim conceduntur. Cap. viij.

Ue de fructibus prediorũ
clientelarium diximus, eadem fere de fructibus predio
rum, que in contractum emphyteoticum deducuntˀ, di-
1 cenda sunt. † Est autem emphyteosis. §. adeo de loca. ⁊ condu. lib.
ij. insti. contractus, quo quis fundum suum vtendum ⁊ fruendũ con
cedit alicui, ⁊ heredibus eius in infinitum, vt quotannis certã quã-
dam pensionem ab eis ipse heredesqꝫ sui accipiant. Que descrip-
tio ostendit, maximam intercedere clientelarijs cũ emphyteoticis
predijs affinitatem, quare sicut clientes ita etiam emphyteote fru-
ctus suos faciunt, nam ⁊ vtile dominium habent ⁊ aduersus quem
cunqꝫ possessorem actio in rem ad repetendum fundum emphyteo
2 ticum eis datur. tit. si ager vectig. vel emphy. pet. † Uerum pẽsio-
nem quotannis vt conuentum est domino prestare debent, quam si
toto triennio non soluerint, expelli possunt. l. ij. C. de iur. emphy. Sꝫ
⁊ aliam ex fundo emphyteotico directus dominus vtilitatem con-
sequitur, vt quoties fundum in emphytheosim sibi concessum em-
phytheota vendit, quinquagesimam partem pretij ei prestare dẽat,
d. l. ij. §. fi. ⁊ hos fundos quos veteres emphyteoticos appellabãt,
nos hodie censuales dicimus.

De fructibus dotis.

Titulus. ij.

SVMMARIVM

1 Dominium rei transfertur traditione facta dotis causa.

2 Dotis nomine que contineantur.
3 Fructus dotis percepti ante nuptias, cuius sint.
4 Maritus quando fructus rei dotalis suos faciat.
5 Matrimonium ante etatem legitimam esse nequit, sicut nec dos.

¶ De fructibus dotis ante nuptias perceptis. Cap. j.

Upest vt de fructibus do-
1 tis discutiamus. † Nam ex causa dotis traditione facta
dominiū in maritū transferri constat. §. j. quib. alie. lic.
vel non lib. ij. insti. huncq; ɔ̃ctum inter omnes in quibus de fructib⁹
agitur precipuū esse, quemq;, vt reipublice magnopere necessariū
veteres legum auctores plurimo fauore dignum esse dixerunt, mul
2 tisq; priuilegijs firmarunt. † Dotis autem appellatione omnes res
quas vxor dat marito pro sustinendis oneribus matrimonij cōtinen
tur. Ergo fructuum, qui ex omnibus rebus ab vxore marito dotis
proueniunt, ratio explicanda nobis est, quam vt totam certa qua-
dam ⁊ perspicua methodo cōplectamur, in tres partes destribuen-
dam esse mihi videtur, quarum prima erit de fructibus ante nup-
tias ex dote perceptis. Altera de ijs qui constante matrimonio pro
uenerunt. Postrema de ijs qui soluto matrimonio percepti sunt.
3 † Et primū quidem ꝙ fructus ante nuptias perceptos attinet distin
guendum ita est, aut nuptie que sperabantur secute non sunt, quo ca
su Paulus lib. x. ad Plautiū refert. l. videamus. de vsu. fructus
quoq; restituendos esse, vtiq; si qui percepti sunt eo tēpore quo spe
rabatur affinitas, sed ⁊ posteriores si in re mora fiat. ab illo qui red
dere debet, omnimodo restituendos esse, sed ⁊ si per mulierē stet,
quominus nuptie contrahantur, idem ait magis esse vt debeat,
fructus recipere. Ratio autem hec est, quod si sponsus non conue-
niebatur ad reddēdos fructus, licuerat ei negligere fundū. aut ma
trimonium subsecutū est, quo casu veriorem esse arbitramur, Pau
li opinionem existimantis. l. si ante nuptias. sol. mat. † Si ante nu-
4 ptias traditus sit in dotē marito fundus, fructus exinde ad nuptia-
rum diē a marito perceptos, dotis fieri, ⁊ in dotem cōuerti eiusq;
augmentū esse. Julianus quoq; lib. xvj. digestorum scribit. l. si ser-
uo. de iu. do. Si seruo in dotem ante nuptias dato donatum aliquid
vel legatum ante nuptias fuerit, ampliari dotem sicut ex fructibus
fundi, qui ante nuptias traditus est. Ideoq; ante nuptias percepti
fructus mariti lucro non cedunt, sed mulieri vel heredibus eius re-
stitui debent. ¶ Ex his dirimi facile potest illa questio apud glos.
nostros agitata, an is qui nondum nubilem, nouē vel decem anno-
rū sponsam acceperit, in eaq; ⁊ familia eius alenda impensas fecit,
fructus ex dote, priusq̃ puella ad legitimā etatē peruenisset, perce
ptos lucretur, ⁊ Accur. in. l. si ante nuptias. sol. matr. eiusq; sequa-
ces lucrari eum censent. Sed verius dicendū esse arbitramur, vt hi
fructus in dotem conuertantur, neq; enim potest dici sponsum fru-
5 ctus dotis pro oneribus matrimonij suos facere, † cum ante cōple-
tam sponse ligitimā etatem, neq; dos, neq; matrimonium fuerit im-
pensas tamen in eā familiamq; eius factas actione negotiorum ge
storum repetet nisi donandi animo eas fecerit. Est tamē casus quo
maritus ante nuptias perceptos ex dote fructus lucratur, cum scili
cet inter destinatam vxorem ⁊ futurum maritum nominatim con-
uenit, vt fructus, qui añ nuptias ꝓuenerint, ipse spōsus suos faciat,
tunc enim quasi donatione facta eos non reddi, Ulpianus lib. xxxj.
ad Sabinum respondit. l. dotis fructus. de iu. dot.

SVMMARIVM

1 Fructus dotis post nuptias percepti quando mariti ⁊ quando sint
vxoris.
2 Dotem promittens, si intra triennium a matrimonio contracto non
soluerit, ad vsuras tenetur.
3 Maritus quo tempore dotem petere possit.
4 Dos ante traditionē non dicitur, nec in maritum transfertur eius do
minium.
5 Dotis promissio causam lucratiuam non efficit.

¶ De fructibus qui constante matrimonio ex dote constituta sʒ nō
dum tradita prouenerunt. Cap. ij.

I fructibus quoqʒ post nu
1 ptias † perceptis distinguendum est vtrum ante tradi-
tionem an vero postea percepti fuerint nā si mulier do-
tem quidem marito constituerit sed non statim tradiderit oēs fru-
ctus quos ex dote constituta sed non tradita percepit, tanquam ex
re sua lucratur, nec viro petenti dotem restituere cogitur, nā in fru-
ctibus a viro restituēdis, neq; diem constitute dotis, neq; diem nu-
ptiarum obseruari Ulpianus respondit. l. de diuisione. solu. matri.
sed quo primum dotale predium constitutū est, id est tradita posses
sione, nisi tunc eos perceperit mulier, cum per biēnij lapsum, vel in-
terpellationē ipsius mariti, in mora soluende dotis constituta est, ex
eo enim tempore mulierē vel alium qui pro ea dotem promisit, de-
bere fructus perceptos simul cum ipsa dote prestare, Justinianus
2 in hec verba ɔ̃stituit. l. fi. §. fi. C. de iure do. † Sancimus, si qs in do
tem vel predia vel certū reditum vel edes vel panes ciuiles spopon
dit vel promisit, si ex tempore matrimonij biēniū transactum sit, illi-
co redituum vel pensionem necnon panis ciuilis questum eum pre-
stare, etiam si non fuerint adhuc res principales tradite, ⁊ si to-
ta dos in auro sit, itidē post bienniū vsuras vsq; ad tertiam centesi-
me prestari. Sinaūt alie res, preter immobiles vel aurum, fuerint i
dotem date, siue in argento, siue in muliebribus ornamentis, siue in
veste, siue alijs quibuscunq; rebus, si quidem estimate fuerint, simi
li modo post biennium, ⁊ earum vsuras ex tertia centesime curre-
re. Sed estimationē earum, q: et hoc apertius declarare oportet eā
intelligendā, que pro singulis speciebus facta est, vel pro vnoquoq;
genere dotalium specierum, id est, pro argento, vel ornamento, vel
veste, vel alijs speciebus, ⁊ non esse expectandam post singulas esti
mationes, vnam coadunationem totius calculi, quod satis scrupu-
losum ⁊ per nimiam subtilitatem pernitiosum est. Sineutem mini-
me res mobiles fuerint estimate, ea post biennium obseruari, que le
ges post litē contestatam pro omnibus hmōi rebus definiunt. Si
vero res permixte fuerint, ⁊ partim in auro, partim in alijs rebus
mobilibus vel imobilibus, pro iam facta diuisione omnia procede-
3 re. † Licentia minime denegāda marito, quando voluerit dotem pe
tere, nec is qui debet, putet sibi licentiam esse, reditus vel pensiōes
vel vsuras vel accessiones soluenti dotis solutionem protelare, sʒ si-
ue ante biēniū siue postea voluerit dotem pars mariti petere queat,
⁊ secundum leges eā exigere. ex cuius constitutionis verbis facile
intelligere est mulierem, nisi per interpellationem vel biennij lapsū
in mora non constitui fructusq; ante biennium vel interpellationem
marito restituere non debere, quamuis statim ex die contracti mrī
monij onera sustinuerit, nec est ꝙ causet aliqs suprascriptā constitu
tionē, in extraneo qui pro muliere dotē promisit. expressā eē, neq;
enim mulieribus ipsis q̃ dotem constituerunt minus fauendū est q̃
extraneis, q ꝓ mulieribus spoponderunt, sicut ergo extraneus re
ipsa in morā soluende dotis minime incidit, sed per interpellationē
vel biēnij lapsum, sic nec mulier. Maritus vero sibi imputet q cum
non deberet, añ acceptā dotē onera matrimonij sustinuit. Ad hec
illud quoq; ɔ̃uenire potest, vt onera matrimonij sustineat maritus,
⁊ tamen dos non statī, sed post tempus tradatur. ¶ Nec obest ꝙ
dici solet donationes inter virum ⁊ vxorē ꝓhibitas esse, maritumq;
fructus dotis vxori donare non posse, sed mulierem in quantum lo-
4 cupletior facta est teneri, † nā añ traditionem dos non dr̄, nec domi
niū in maritū transfert, quare donare nō dicit̄, q ꝙ poterat nō acq-
rit, vt vxor sibi hēat. Nā ⁊ Ulpian. li. xxxij. ad Sabinū scribit. l. si
spōsus. §. si marit⁹ de do. iter vir. ⁊ vxo. si marit⁹ hr̄s istitut⁹ repudiat
hr̄ditatē donatiōis cā, donationē valere, neq;. n. pauperiorē fieri, q
ñ acquirit, sed q de pr̄monio suo deposuerit, ꝙ si qs dixerit paupio
rem fieri maritum, q: onera matrimonij sustinuit, huic rñdēdū erit,
plerunq; accidere, vt impense pro sustinendis oneribus matrimonij
facte, multo minores sint, q̃ fructus ab vxore percepti, ⁊ ideo si qd
ab vxore maritus repetere posset, non fructus, sed quatenus expen-
dit repeteret. Uerū vt Paulus lib. vij. ad Sabinum recte scribit
l. si vir. §. fi. de dona. inter vir. ⁊ vxo. Que vir in cibaria vxori, sue fa
milie iumentisue prestitit, que in vsu communi erant, non condicen-
tur, quod si familiam domesticam vxoris aut venalitatem pauit, cō
tra puto obseruari debere, sed hoc casu non fructus dotis sed impē
sas vir a muliere condicere poterit. ¶ Preterea non obest ꝙ Ju-
5 lianus scribit. l. ex promissione. de ac. ⁊ oblig. † Ex promissione do-
tis lucratiuā causam non esse, sʒ quodāmodo creditorem aut empto
rem intelligi qui dotē petit, nā ⁊ si ɔ̃ctus dotis sit bone fidei, vt em-
ptionis ⁊ venditionis, non tamen per omnia equiparantur, ideo di
cit Julianus, quodāmodo emptorem intelligi, quod improprie locu
tionis notam esse, palam est, sed ⁊ inter emptorem ⁊ maritū illa dif
ferentia est, quod emptor inuito venditore a venditiōe recedere nō
potest. l. sicut. C. de act. ⁊ obli. sed maritus mulierem non soluentem
dotem repudiare potest.

SVMMARIVM

1 Fruct⁹ dotis post nuptias ⁊ traditionē ꝑcepti, cedūt lucro mariti.

Maritus

2 Maritus suos facit fructus ex fundo dotali perceptos.
3 Maritus suum facit marmor ex fundo dotali extractum.
4 Usure ex calendario dotali singulis mensibus renate ad maritū spectant.
5 Fructus percepti ex qualibet re dotali matrimonio constante efficiuntur mariti.
6 Fructus dotis matrimonio constante percepti ad maritum pertinent non obstante in contrarium conuentione.
7 Dos semel promissa nunq̃ꝫ reuocari potest.

¶ De fructibus ex dote constituta ⁊ tradita constante matrimonio perceptis, ⁊ a viro retinendis. Cap. iij.

f Fructuum autem qui post
traditionē constante matrimonio percipiuntur, longe
alia ratio est q̃ꝫ eorū q ante nuptias, vel traditionē per-
1 cepti sunt,† illi enim dotis non sunt, sed mariti lucro cedunt, nec so
luto matrimonio in restitutionē veniūt. Itaqꝫ ꝙ serui vel ancille do
tales ex operis suis vel ex re mariti acquirunt, id omne eidem ac-
quiri iperator Justinianus cōstituit. l. vnica. §. cū ex stipulatu. C. de
rei vxo. act. Pomponius quoqꝫ. lib. xj. ad quintū Mutiū refert.
l. fi. sol. ma. fructus ex peculio serui dotalis perceptos, ad maritū
pertinere. Et si pecora vel iumenta doti assignata erunt, lac, lana, pi
lus, fetus, omnes deniqꝫ qui ex animalibus percipiunt fructus, ad
maritū pertinent, ⁊ ita idem imperator rescripsit. d. §. cum ex stipu-
2 latu.† Sed ⁊ si fundus dotalis fuerit, frumentū, vinū, oleū, aliosqꝫ
fructus percipiēdo, maritus suos facit. Sed ⁊ si arbores cedue vel
germinales in eo fundo fuerint, Ulpianus li. xxxv. ad Sabinū re
cte putat. l. diuortio. §. si fudum. so. ma. eas marito in fructū recede-
re. Sed ⁊ si cretifodine, argentifodine, vel auri vel arene vel cuius-
libet alterius materia fuerint, aurum argentū arena ⁊ cetera q̃ inde
eximi poterunt, maritus in fructus sibi habebit. Paulus etiā lib.
vij. ad Sabinū scripsit. l. si fundus. sol. ma. si fundus in dotē datus
sit, in quo lapis ceditur ⁊ renascitur, lapidicinarum cōmodum ad
3 maritū pertinere.† Quare si vir in fundo dotali lapicidinas mar-
moreas aperuerit, marmor ꝙ constante matrimonio cesum est, q̃ꝫ-
uis soluto matrimonio nondum exportatū sit, tamen mariti lucro ce
dere Jabolenus li. vj. ex posterioribus labeonis scribit. l. fi. ꝺ fun.
dot. si tales sint lapidicine in quibus lapis rescere possit. Itē si pe
cunia in dotem data fuerit, vsuras eius maritus suas faciet. Unde
si mulier debitori suo qui sub vsuris debebat nuptura, in dotē pro
misisset, ꝙ is sibi deberet, post contractas nuptias secuti temporis
vsuras, non fieri dotis sed ad maritum pertinere, Tryphonius li.
x. disputationum scribit. l. si mulier debitori. de iure do. perinde ac
4 si solutū debitū mulieri in dotem ab ea datū esset. † Pari ratione
si mulier calendarium in dotē dederit, vsure que singulis mensibus
renascuntur, lucro mariti cedere debent, perinde est enim ac si om-
nem pecuniam sibi debitam in calendarium redactam, in dotem de
disset. Nam ⁊ vsufructu buscorum legato fructum calendarij lega-
tario deberi Sceuola. l. vxori mee. de vsufru. leg. sentit. Ad hec si
vsusfructus tantum in dotem datus sit, fructus tamen a marito per-
cepti, dotales non erunt, sed eius fient, perinde atqꝫ si ipsa proprie-
tas doti destinata esset, nam ⁊ Ulpianus lib. xxxj. ad Sabinū ve-
riorē putat. l. dotis, fructus. §. si vsusfructus de iure dot. sententiam
Celsi existimantis, ius ipsum in dotem esse, non etiam fructus q p-
cipiuntur. Sed etsi mulier in dotem dederit ditionem aut territoriū
cuius ratione ius presentandi clericum in ecclesia sui territorij ha-
beat, constante matrimonio maritus ius presentandi habet, nam et
in fructu iurispatronatus esse ius presentandi a plerisqꝫ responsum
est. Inno. Panor. in. c. consultationis de iu. patro. in anti. nam vt
alij fructus, sepius renascitur. Idē ꝺ mulctis que condemnatis in-
fliguntur, dicendum est secundum est secundum ea que primo libro
5 exposuimus. l. titu. c. iiij.† In summa quotquot fructus ex qualibꝫ
re dotali constante matrimonio percipi possunt ad maritum perti-
nent. Quod suggerente summa equitate receptum esse, Ulpianus
lib. xxxj. ad Sabinum ⁊. xxxiiij. ad edictū scribit. le. dotis fructus
de iu. do. l. cum pater dotem de pac. dota. cum enim ipsa onera ma
trimonij subeat maritus, equum est eum etiam fructus percipere q̃ꝫ
rationem Paulus lib. v. questionum ⁊ Tryphonius li. vj. dispu-
tationum probant. l. quamuis de iu. doti. l. queris de pac. dota. ean
dem etiam Imperatores Diocletianus ⁊ Maximianus confir-
mant. l. pro oneribus. C. de iu. do. Deinde dominium dotis constā
te matrimonio apud maritum esse, Tryphonius respondit. l. quā-
uis de iu. do. eam enim simulatqꝫ tradita est, in bonis mariti fieri,
Ulpianus probat. l. dotis fructus §. si res de iu. dot. idemqꝫ diuus
6 Justinianus declarat. §. j. quib. aliena. lic. vel non.† Et his rationi-
bus fructus dotis constante matrimonio percepti, ita ad maritū p-
tinent, vt etiam si in ipso dotiscontractu conuenerit, ne eos lucre
tur, sed in dotem conuertat, Ulpianus ⁊ Marcellus adfirment cō
uentionem non valere. l. si conuenerit. de pac. dota. Idem Ulpia.
lib. xxxiiij. ad edictum, Cum pater dotem pollicitus fuerit, ⁊ pacis
cat ne a se viuo, ne ve cōstāte matrimonio petatur, scribit. l. cū pa-
ter. de pac. dota. diuū Seuerū constituisse, ita pactū interpretan-
dum, quasi denuo adiectum esset, se viuo, hoc enim ita accipiendū
contemplatione pietatis paterne, ⁊ contrahentium volūtatis, vt po
sterior quoqꝫ pars, ad vitam patris relata videatur, ne diuersa sen-
tentia, fructus dotis ab oneribus matrimonij separet. Sed cū ma
trimoniū sine vlla dote contrahi iure possit. §. fi. de nup. lib. j. inst.
l. fi. C. de dona. prop. nup. quare non similiter poterit pacisci, mu-
lier, vt fructus sibi retineat ? Ratio differentie hec est quod li-
7 cet ab initio nullā dotem dare permissum sit,† dos tamen semel con
stituta reuocari non potest, que sane reuocaretur, si ex pacto mulier
omnes fructus dotis sibi retinere posset, nā (vt Tryphonius lib.
ix. questionum ait. l. si pater de iu. doti.) dos que oneribus matrimo
nij non seruiat, nulla est. Deniqꝫ etiam si nullum matrimonium fue
rit, quod tamen, bona fide, iusta ignorantia, ⁊ probabili errore dece
ptus maritus, iustum esse ⁊ legitimum existimabat, ad huc tamē fru
ctus rerum dotalium suos faciet, fructus enim ex predijs que in do
tem data esse videbantur, bona fide perceptos, ⁊ in mulieris oneri-
bus ante causam liberalem absumptos, q̃ꝫuis seruā fuisse postea cō
stiterit, Papinianus lib. xij. responsorum peti non posse declarat.
l. in insula. §. fructus. solu. matri.

SVMMARIVM

1 Fructus dotis an ex conuentione in dotem conuerti possint.
2 Fructus prediorum dotalium quando repeti nequeant.
3 Pactum super fructibus quando inter virum ⁊ vxorem valeat.
4 Fructus gregis in dotem dati qū sint dotis, ⁊ qū mariti.
5 Serui dotales quando marito adquirant ⁊ quando non.
6 Maritus tenetur de arboribus frugiferis quas cecidit in fundo dotali.
7 Maritus emolumentum suū ex rebus dotalibus estimatis facit ꝙ ⁊ eius sit periculum.
8 Maritus non lucratur fructus dotis ex incestis nuptijs.
9 Satisdatio de soluenda qualiter fiat mulieri.

¶ Quibus casibus fructus dotis constante matrimonio percepti mariti non fiunt. Cap. iiij.

i Interdum tamen aliter ac
cidit,† nam si tale pactū interuenit, vt maritus fructus
1 in dotem conuerteret, ⁊ mulier se suosqꝫ aleret tueretur
ve, ⁊ vniuersa sua onera expediret, conuentionē valere Ulpianus
lib. xxxj. ad Sabinum respondit. l. si conuenerit. §. vlti. de pact. do
ta. sed etsi conuentū nihil fuerit, si tamen in onera vxoris familieqꝫ
eius, maritus nihil impenderit, fructus dotis suos non faciet. itaqꝫ
in domū absentis vxore deducta, nullis in eā interea ex bonis viri
visum sumptibus factis, ad exhibitionē vxoris promissas vsuras,
reuersum virum improbe petere, Papinianus libro secundo rñso
rum scribit. l. cū post. §. in domū. de iu. do. ⁊ imperator Antoninus
2 rescripsit. l. ij. C. de pac. conuen. tā sup. do.† fructus prediorū in do
tem datorum, ita demum repeti non posse, si sumptibus vxoris libe
rorum familieqꝫ eius seruierint, ergo si non seruierint, dicendū erit
eos repeti posse. Item si mulier ante nuptias pacta sit, vt ex fructi
bus fundi quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittat, Pau
lus lib. v. questionum respondit. l. queris de pac. dota. valere pac
tum, eoqꝫ modo minorem dotem constitutā esse, nam ⁊ si pater do
tem pollicitus fuerit, ⁊ pasciscatur, ne a se viuo petatur, hmōi quo
que pactū (vt supra exposuimus) valet, licet ex eo sequat viuo soce-
ro, tempore fructus dotis mariti lucro non cedere. in hanc senten-
tiam Sceuola libr. iij. questionum inclinat, ait enim. l. si inter. de
3 pac. dota.† Si inter virum ⁊ vxorem conuenerit, vt extremi anni
matrimonij fructus nondum percepti, mulieris lucro fiant, huius-
modi pactum valere. Amplius si cōuenerit, non vt fundus, vel fru
ctus fieret dotalis, sed vt fructus perciperet dotis futuros Ulpia
no placet. l. si conuenerit. de pac. dota. cogendum maritum de do-
te actione fructus reddere, quo casu in dotem fructus esse ait mari
tūqꝫ fruiturū vsuris, ex fructibus collectis ⁊ i sortē redactis. Quin-

etiam si fundus ipse in dotem datus sit, potest ex conuentione fieri,
vt fructus sint dotis, quid enim si maiorem dotem dederit, quia fru
ctus volebat esse dotis, contẽto marito ea pecunia, que ex vsuris re
diturum colligeretur; nec enim videbit̃ sterilis esse dos, finge qua-
draginta annua reditus esse apud eum, qui non acciperet in dotem
vt hoc conuenisset, plus trecentis, ⁊ boni consuleret, si tam vberẽ do
4 tem consecutus esset. † Preterea si grex in dotem datus fuerit, fe-
tus, ex quibus suppleri proprietatem oportet, quiqꝫ in locũ demor-
tuorum capitũ summittuntur, maritus non facit suos, neqꝫ .n. in fru
ctu sunt, sed ij tantuz qui deductis suplendo gregi necessarijs super
sunt, ⁊ ita Ulpianus lib. xxxiiij. ad Sabinum scribit. l. plerunqꝫ. §.
si serui de iu. do. Eadem ratione si serui sobolem ediderint, mariti
lucrum non esse, idem Ulpianus recte putat. dicto. §. si serui. quod
⁊ Imperatoris Justiniani constitutione expressum est. l. vni. § cũ ex
stipulatu. C. de rei vxo. acti. Papinianus quoqꝫ lib. x. questionum
ait, conuenire partus dotalium ancillarum dotis esse portionẽ ĩdeoqꝫ
frustra pacisci virum, vt inter vxorem ⁊ se partus cõmunis sit. Si-
mili modo Justinianus constituit. dicto. §. cum ex stipulatu. † nõ ac
5 quiri marito, que serui dotales, neqꝫ ex operis suis, neqꝫ ex re ip-
sius, sed ex legato, donatione, hereditate, alia ve iusta causa acq-
sierunt, hec enim in fructu non sunt, sed in dotem conuertuntur nisi
contemplatione mariti relicta, donata ve seruo dotali fuerint, hoc
enim casu marito acquiri nec mulieri soluto matrimonio reddenda
esse Pomponius lib. v. ad Mutium notat. l. si ex legato. de iu. do
ti. l. hinc querit̃. §. potest dr peculio. Deniqꝫ omnes illas principa-
les accessiones que renasci non solent, ⁊ ideo in fructu non haben-
tur, mariti lucro non cedere, certissimi iuris est, vt si per alluuionez
dotali fundo aliquid accesserit, vel si thesaurum in eo maritus inue
nerit, partem eius dimidiam soluto matrimonio restituet, quasi in
alieno inuenti. l. diuortio. §. si fundum solu. matrimo. Sed etsi ꝓprie
tati nude in dotem date vsusfructus accesserit incrementuz dotis eẽ
Paulus ait, quemadmodum siquid alluuione accesserit. † Idẽ ꝓ-
6 bandum erit, si grandes vel frugiferas arbores maritus exciderit,
nam quasi dotem diminuerit, tenebitur, sed etsi vi tempestatis deci-
derint, pretium earum mulieri restituenduz Ulpianus scribit. d. l.
diuortio. §. si fundum solu. matrimo. neqꝫ enim in fructu esse. Itez si
marmor cesum a marito, non renascatur, hoc vtiqꝫ in fructu non ha
bebitur, sed in dotem conuertetur, finitoqꝫ matrimonio restituendũ
erit, ⁊ ita Ulpianus scribit dicta. l. si ex diuortio. §. si vir. Pompo
nius etiam lib. xiiij. ad Sabinum dicta. l. si ex lapidicinis. de iu. do
ti. Si ex lapidicinis dotalis fundi, lapides qui fructus non essent,
vir mulieris voluntate vendiderit, nummos ex ea venditione rece-
7 ptos dotis esse respondit. † Si tamen res estimatas, in dotem ma-
ritus acceperit, qꝛ periculum earũ ad eum pertinet, oẽ quoqꝫ emo-
lumentum omnisqꝫ accessio ad eum pertinebit. Ideoqꝫ si mancipia
in dotem estimata acceperit, ⁊ pactum, conuentum factum erit, vt
tantidem estimata diuortio facto redderet, apud ipsum manere per
tum eorum Pomponius ait. l. si mancipia de iu. doti. qꝛ mancipia
periculo eius fuerunt, que sententia Labeoni quoqꝫ, Jaboleno, ⁊ iu
liano placuit. Uerũ si res estimata in dotez data euicta fuerit, ⁊ vir
ex empto contra vxorem egerit, quicquid eo nomine fuerit consecu-
tus, dotis actione, soluto matrimonio ei prestari oportere Ulpian.
li. xxxv. ad Sabinũ refert. l. quoties, de iu. doti. quare ⁊ si duplum
forte ad maritũ peruenerit, id quoqꝫ ad mulierem redigetur. Que
sententia habet equitatem, non enim simplex venditio fit, sed dotis
causa, nec debet maritus lucrari ex damno mulieris, sufficit .n. ma
ritum indemnem prestari, non etiam lucrũ sentire, idem lib. iij. regu
8 la⁊ Martianus respondit. l. non solum de iu. do. Postremo † si in
ceste nuptie scienter a marito contracte fuerint, quod constãte hoc
nephario matrimonio nomine fructuũ percepit, mulieri si ignorãs
fuerit, restituet, si vero ipsa quoqꝫ incesti conscia fuerit, qcqd nomi
ne fructuũ perceptum est, auferetur ⁊ in erarium fisci redigetur. l. in
ceste. de ritu nupti. Sed an ijs casibus qbus constante matrimonio
maritus vel inuitus vel volens dotez reddit, mulier fructus suos fa
ciat, ⁊ magis puto dicendum esse perceptionem ipsam fructuuz, ad
vxorem spectare, ea lege vt ijs vtatur ad sustentationem tam sui quã
mariti ⁊ filiorum, quod si qui preterea supersint, ⁊ ex eis mulier lo-
cupletior sit facta, marito restitui debere diui Alexandri rescriptuz
ostendit, cuius verba hec sunt. l. si fructus. C. de dona. in. vi. ⁊ vxo. si
fructus eorum prediorum que in dotem acccepisti matrimonij tem
pore vxorem tuam percipere passus es, eosqꝫ vxor tua absumpsit re
stitui tibi post diuortium oportere nulla ratione contendis, sinautez
ab ijs locupletior facta est, in tantum potest conueniri. Unde apud
Ulpianum lib. xxxv. ad Sabinum relatum est. l. si constãte. §. quo-
9 ties. solu. matrimo. quoties † mulieri satisdandum est de solutiõe do
tis post certum tempus, si maritus satisdare non possit, tunc dedu-
cto commodo medij temporis condemnatio residui representatur,
sed si cum maritus satisdare posset, nollet, insolidum eum condem
nandum non habita ratione commodi temporis, iudicis igitur offi
cio conuenit, vt aut satisdatione interposita absoluat maritũ, aut ha-
bita ratione compensationis eũ condemnet, ꝙ quidem hodie ma-
gis vsitatuz est, nec ferenda est mulier, si dicat magis se velle dilatio
nem pati, quã in representatione deductionem.

SUMMARIUM

1 Fructus matrimonio soluto percepti, sicut ⁊ ante nuptias, cum do-
te debent restitui.
2 Mora in dote restituenda aut recipienda qualiter puniatur.
3 Maritus matrimonio soluto fructus perceptos restituere tenetur,
nulla in contrarium obstãte conuentione.
4 Dos ex pacto apud maritum remanere potest matrimonio vxoris
morte soluto.

De fructibus dotis soluto matrimonio per
ceptis vxori restituendis.
Capitu. v.

8 Upest vt de fructibus solu-
1 to matrimonio perceptis differamus, † ⁊ sicut ante nup
tias, ita etiam post dissolutum matrimoniũ percepti fru
ctus dotem augent, ⁊ simul cum dote restitui debent, ⁊ ita imperato
ris Justiniani rescripto cautum est, quod est huiusmodi. l. vni. §. sin-
autem. C. de rei vxo. acti. Si supersederit maritus res mobiles, vel
se mouentes vel incorporales, post annale tẽpus ex die dissoluti ma
trimonij connumerandũ, restituere, vel ceteras res statim post dis-
solutũ matrimonium etiam estimationis omnium rerum, que extra
immobiles sunt, vsuras vsqꝫ ad tertiam partem centesime ex bona
fide introducendas maritus prestet, fructibus vez immobilium re-
rum patri mulieris ex tempore dissoluti matrimonij prestandis, si-
miliqꝫ modo pensionibus vel vecturis nauium, siue iumentoruz, vel
operis seruorum, vel questu ciuilium annonaruz, ⁊ alijs que sunt eis
2 similia, parti mulieris restituendis. † Sed ⁊ si mora per mulierẽ cõ
missa fuerit, quo minus dotem reciperet, fructus tamen q soluto ma
trimonio ad virum peruenerunt restitui debere Pomponius lib.
xv. ad Sabinũ scribit. l. si mora. sol. matrimo. Quod si moram in re
stituenda dote maritus fecerit, non solum perceptos fructus, sed ⁊
eos qui percipi potuerunt, ⁊ omne detrimentum presta turum, eum
Paulus lib. vij. ad Sabinum declarat. l. si filio familias. §. si post
3 diuortium solu. ma. † Adeo autem fructus ex die soluti matri-
monij percepti in restitutionem veniunt, vt licet conuentum fuerit,
ne dotem maritus reddat, nihilominus perinde teneatur, dotem ip
sam cũ fructibus restituere ac si nihil conuenisset. Nam, vt Pau-
lus lib. vij. ad Sabinũ tractat, sicut illud ꝯuenire non põt vt mariꝰ
plusqꝫ accepit exigatur, ita etiam ne minus soluat conuenire nõ po-
test, sed nec illud quidem conuenire potest. l. vt autem de pac. dota.
vt longiore die dos reddatur. Imperator quoqꝫ Gordianus hanc
Pauli sententiam confirmauit rescripto hmõi. l. qꝫuis. C. de pact.
dota. Quamuis pater tuus cum te nuptui collocaret, pactus sit, vt
si maritus tuus superstitibus liberis cõmunibus in matrimonio de
cessisset, pars dotis liberorum nomine retineatur, eiusmodi tamẽ cõ
uentio, quominus actionẽ integre dotis habeas, proficere nõ põt.
4 † Sed tamen Paulus scribit. l. si pater dotem. de pac. dota. si
pater dotez dederit, ⁊ pactus sit, vt mortua in matrimonio filia dos
apud virum maneret, seruandum pactum esse, etiam si liberi non in-
teruenīant. Item diui Diocletianus ⁊ Maximianus rescripserunt
l. si conuenit. C. de pac. dotali. si conuenit, vt in matrimonio vxore de
functa dos penes maritum remaneret, profectitie dotis repetitio-
nem hmõi pactum inhibuisse iuris explorati esse cum deteriorẽ cau
sam dotis (in quem casum soli patri repetitio competit) fieri posse
auctoritate iuris sepissime sit responsuz. Sed ⁊ eo casu quo maritus
soluendo non est sicut dos ipsa ita fructus ex ea percepti exigi non
possunt. in summa quibus casibus maritus dotem lucratur eisdẽ ca
sibus fructus qui soluto matrimonio ex dote prouenerunt ad eũ per
tinere plusqꝫ manifestum est.

SUMMARIUM

1 Maritus an lucretur fructus totius anni si matrimonium ante an-
ni finem soluatur.
2 Fundus dotalis quando fructum marito debeat.

3 Mulieri rem alienam in dotem danti, licet sciuerit alienam, debet reddi.
4 Maritus fundum dotalem fructibus maturis restituere dʒ si matrimonium soluatur.
5 Vendens fundum fructibus maturis, eosdem colligere nequibit.
6 Mulier stantibus fructibus fundum recipiens dotatem, de portione debita marito restituenda cauere debet.

¶ De fructibus dotis soluto matrimonio inter virum ⁊ vxorem diuidendis.
Capi. vj.

1 C Eterum si maritus† totius
anni fructus coegerit, ⁊ integro anno in matrimonio nõ
steterit, fructus non maiore ex parte suos faciet, quam
pro rata temporis, quo i matrimonio fuit. Vnde Vlpian. li. xxxv.
ad Sabinum ex sententia Labeonis refert. l. diuortio §. j. ij. iij. ⁊ se
quentibus solu. matri. Si mulier pridie vindemias doti dederit,
mox sublatis a marito vindemijs diuertit, vndecim ei mensium fru
ctus restitui oportere putat. Idem apud Papinianum lib. xj. que
stionum scriptum esse tradit. d. l. diuortio. fructus diuidi, non ex die
locationis sed habita ratione precedentis temporis, quo mulier in
matrimonio fuit, neq̃ enim si vindemie tempore fundus in dotẽ da
tus sit, eumq̃ ex calendis Nouembribus primis fruendum locaue-
rit, mensis Ianuarij suprema die diuortio facto, retinere viruʒ ⁊ vin
demie fructus ⁊ eius anni quo diuortium factum est, quartam par-
tem mercedis, equum est, alioqui si coactis vindemijs altera die di
uortium intercedat, fructus integros retinebit, itaq̃ si in fine men-
sis Ianuarij diuortium fiat, ⁊. iiij. mensibus matrimoniũ steterit vin
demie fructus, ⁊ quarta portio instantis anni confundi debebũt, vt
ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.
2 ¶ † Ex contrario quoq̃ idem obseruandum esse eidem Vlpiano
videtur, nam si mulier percepta vindemia statiʒ fundum viro in do
tem dederit, ⁊ vir ex calendis Martijs eundem locauerit, ⁊ calen-
dis Aprilibus primis diuortium secutum fuerit, non solum parteʒ
duodecim mercedis. sed pro modo temporis omnium mensiuʒ quo
dotale predium fuit, ex mercede que debebatur, portionem retine-
bit. Item si messes eius anni quo diuortium factum est, colonum ex
forma locationis sequantur, ante vindemiam soluto matrimonio ni
bilominus pecunia messium in computationem cum spe future vin
demie veniet. Idem Vlpianus scribit, quod in anno dicitur, posse
dici ⁊ in sex mensibus, si bis in anno fructus capiantur, vt est in lo-
cis irriguis, sed ⁊ in pluribus annis idem dici posse vt in sylua ce-
dua. Idem ait si locatio agri talis sit, vt super annuam mercedẽ qu
quennio quoq̃ aliquid amplius prestaretur, in eo eniʒ qđ amplius
est tempus ad quinquennium computamus, non solum autẽ de fun
do, sed ⁊ de pecore idem dicemus, vt lana ouium, fetusq̃ pecorũ pre
stetur, quare enim si maritus prope partum oues doti accepit, item
proximas tonsure, post partum, ⁊ tonsas oues protinus diuortio fa
cto nihil reddat, nam ⁊ hic fructuum, toto tempore quo curant̃, non
quo percipiuntur rationem accipere debemus. In seruo quoq̃ an-
ni ratio habetur, vt si in annum forte opere eius locate sint preteriti
temporis ad maritum, post diuortium autem opere ad mulierẽ per
tineant. De pensionibus quoq̃ prediorum vrbanorum idem est qđ
3 in fructibus rusticorum. † Sed ⁊ si rem alienam sciens mulier i do
tem dederit, reddendam ei esse Pomponius ait. l. si alienam solu.
matrimo. quasi suam dedisset ⁊ fructus pro portione anni quo diuor
tium factum est. Adeo autem pro portione anni quo matrimoniuʒ
non fuit maritus fructus restituere cogitur, vt si mulier fundum do
talem receperit, non habita ratione fructuum pro portiõe anni quo
nupta non fuisset, nihilominus de dote agere possit, quia minorem
dotem receperit, hoc enim ad dotis augmentum pertinet. quemad
modum si partum ancillarum non receperit, aut legata vel heredita
tes que post diuortium per seruos dotales acquisite marito fuerũt,
⁊ ita Iulianus lib. xvij. digestorum respondit. Et hec que de fructi
bus pro portione anni a marito restituendis dicunt̃ locum habent
etiam si cum socero vel heredibus mariti agatur, quod ⁊ Vlpia-
no visum est. Nam quod Bartolus ⁊ alij pleriq̃ dicunt heredes
mariti intra annum a tempore dissoluti matrimonij lucrari fruct⁹
nullam rationem habet. Per contrariam, si post diuortium mor-
tua muliere heres eius cum viro parente ve eius agat, Pompo-
nio placet. l. si post solu. matri. eadem de restituenda dote interue
4 nire que ipsa muliere agente obseruari solent. † Illud pretereundũ
non est, si fructibus maturis adhuc pendentibus matrimoniuʒ sol
uatur, maritum debere fundum mulieri statim ex die dissoluti ma
trimonij restituere, ⁊ licet portio fructuum pendentium pro tempo
re matrimonij eius sit, nihil tamen retenturum eum Vlpian. scri-
bit, presertim nouo iure, quo diuus Iustinianus res immobiles vt
supra dictum est, statim ex die soluti matrimonij restituendas esse
omnemq̃ retentionẽ cessare constituit. l. vni. C. de rei. vxo. acti. vn
de perspicuum est, veram non esse eorum opinioneʒ, qui putãt ma
ritum post diuortium posse retinere funduʒ, si fructus proxime col
ligendi sunt ea potissimum ratione quod fructus proxime colligẽ
di pro iam collectis habeantur. Vlpianus enim simpliciter et sine
vlla distinctione dicit. l. diuortio. §. interdum. fructibus stantibus
5 fundum restitui debere. † Deinde si fructibus maturis ⁊ ad colli-
gendum paratis, aliquis fundum vendiderit, non poterit eos colli
gere, q2 emptoris sunt. Similiter si maturis ⁊ ad colligendum pa
ratis fructibus decedat fructuarius, perceptionem tamen eorũ ad
heredes suos minime transmittit. Quamuis igitur omnino matu-
ris ⁊ proxime colligendis fructibus diuortium fiat, maritus tamẽ
fundum dotalem retinere non potest, nisi in fructibus stantibus nõ
plus sit, quam pro portione anni eum retinere oporteret, tunc enim
ex equitate dici poterit maritum non prius debere fundum dotalẽ
6 mulieri restituere, quam fructus collegerit. † Proinde cum mu-
lier stantibus fructibus fundum recipit, cauere debet se restituturã
marito portionem fructuuʒ pro rata temporis, quo in matrimonio
fuit, ⁊ ita Vlpianus respondit. Sed an fideiussores dabit, an ve-
ro nude eius promissioni standum erit, ⁊ magis est, vt fideiussores
dare debeat, cum enim lex verbo cautionis vtatur, apparet eaʒ de
fideiussoribus non nuda promissione sentire, idq̃ vulgo receptum
est, nam ⁊ Vlpianus lib. xxxj. ad Sabinum cautionem nude pro-
missioni opponit. l. verum. §. videndum pro socio. in cõtractibus tñ
verbuʒ cautionis pro nuda promissione accipi, Iustinianus consti-
tuit. l. sancimus. C. de verbo. signifi.

SVMMARIVM

1 Fructus rerum paraphernalium non spectant ad virum, inuita vxore.
2 Mulier dominium rerum suarum non dotalium non transfert in maritum.
3 Fructus rerum mulieris, quas in doteʒ non dedit, non cedit lucro mariti.
4 Paraberna si marito sic dentur vt eius fiat, in eundem transfertur dominium.
5 Actiones de rebus paraphernalibus an possit maritus intentare.

¶ De fructibus ton paraphernon. Titu. vij.

C Um nõ omnes res mulie
ris nupte, dotis appellatione contineantur, ⁊ plerũq̃,
contingat, vt mulier plurimas res preter dotẽ habeat,
consequens est vt que inter fructus dotis ⁊ harum rerum differen
1 tia sit, ostendamus. † In primis illud extra controuersiam est, ea-
rundem rerum (quas Greci dicunt paraferna Galli veteres pecu
lium appellabant) fructus inuita ⁊ contradicente muliere ad mari
tũ non pertinere. Diui enim Theodosius ⁊ Valentinianus res-
cripserunt. l. hac lege. C. de pact. conuen. tam su. do. quã. virum in
his rebus quas extra dotem mulier habet, nullam vxore prohibẽ
te habere communionem, nec aliquam ei necessitatem imponere,
nec vllo modo eisdem parafernis se immiscere. Sed ⁊ si easdẽ res
vxor marito custodiendas cõmitat, adhuc hoc casu maritus reruʒ
quas preter dotẽ vxor ei tradidit, suos non faciet, nã ⁊ Vlpian. li.
2 xxxj. ad Sabinũ ita scribit. l. eog. §. dotis. de iu. do. † Si rerum li
bellus marito detur, vt Rome vulgo fieri videmus, nã mulier res
quas solet in vsu habere in domo mariti, neq̃ in dotem dat, in li-
bellũ solet conferre, eumq̃ libellũ marito offerre, vt is subscribat,
quasi res acceperit, ⁊ velut chirographum eius vxor retinet, res q̃
libello continentur, in domũ eius se intulisse, he igitur res an mari
ti fiant, videamus, ⁊ non puto, non quod ei non tradantur sed quia
non putem hoc agi inter virum ⁊ vxorem, vt dominiũ ad eũ trans-
feratur sed magis vt certũ sit in eius domũ illata ne si quãdoq̃ se
paratio fiat ⁊ negetur. His cõueniens est quod Papinianus scri
bit. Species extra dotẽ a matre filie nomine viro traditas filie q̃
presens fuit donatas ⁊ ab ea traditas videri nec matrẽ offensã e re
petitionẽ habere vel recte eas res vendicare eo q2 vir cauisset ex-
tra dotẽ vsibus puelle sibi traditas cum ea significatione non mo-
dus donationis declaretur nec ab vsu proprietas separetur sʒ pe-

3 cultum a dote puelle distinguatur. † Cum ergo dominium rerum quas extra dotem mulier marito tradidit, in eius dominium non trãsferatur, consequens est earundem rerum fructus ipsius lucro non cedere. Unde soluto matrimonio maritus administrationis istarum rerum rationem reddere dꝫ, queqꝫ ad eum ex eisdẽ rebus peruenerunt, mulieri vel heredibus eius restituere, quod ⁊ Sceuola in hmõi specie probat. l. penul. ad leg. fal. Maritus vxoris res extra dotem constitutas administrauit, eaqꝫ decedẽs añ rõnẽ sibi redditã administrationis, ex asse eundẽ maritũ hẽdem reliqt, eiusqꝫ fideicõmisit, vt decem vncias filio cõmuni, cum moreretur, restitueret, duas aũt vncias nepoti, quesitum est an id quoqꝫ, quod ex administratione rerum apud maritum resedisse constiterit, cum ceteris pro rata. x. unciarũ filio restitui debeat, respondi, id quod

4 debuisset hereditati, in rationem venire debere. † Si vero parapherna sic dentur marito, vt eius fiant, recte Ulpianus puta, statim in eius dominium transferri, ob idqꝫ fructus ad maritum pertinere, sed ita pertinent, vt in suos mulierisqꝫ vsus conuertere debeat, quod diui quoqꝫ Justiniani rescripto confirmatur, cuius verba sunt hec. l. fin. C. de pact. conuen. tam su. do. q̃ꝫ an. nup. dona. si mulier marito suo nomina, id est, feneratitias cautiones que extra dotem sunt dederit, vt loco parafernon apud maritum maneant, ⁊ hoc dotali instrumento fuerit adscriptum, vtrũ ne habeat aliquas ex his actiones maritus siue directas siue vtiles, an penes vxorem omnes remanent, ⁊ in quem euentum dande sint marito actiones

5 querebatur. † Sancimus itaqꝫ si quid tale euenerit, actiones qdeꝫ omnimodo apud vxorem remanere, licentiam aũt marito dari easdem actiones mouere apud cõpetentes iudices, nulla ratihabitione ab eo exigenda, ⁊ vsuras quidem earum circa se ⁊ vxorem dependere, pecunias autem sortis quas exegerit, seruare mulieri, vel in causas ad quas ipsa voluerit, distribuere. Quod autẽ inter naturales ⁊ eos qui hominũ industria proueniũt fructus, Bart. distinguit in. d. l. pen. ad le. fal. Itẽ inter extantes, perceptos ⁊ consumptos, mihi nulla ratione probari põt. Multo minus placet Accursij ⁊ Baldi opinio, qui inter intrinsecos ⁊ extrinsecos fructus distinguendum esse sine ratione putant. d. l. fi. C. de pac. conuẽ.

SVMMARIVM

1 Antipherna que dicantur, ⁊ ad quem spectent.
2 Maritus pignori obligare aut alienare nequit rem quam propter nuptias donauit.
3 Fructus rei donate propter nuptias ad maritum pertinent.
4 Donata pp nuptias qua ratione alienari nequeant.
5 Donatio propter nuptias q̃ꝫ vtilitateꝫ afferat mulieri.
6 Dos in immobilibus, donatio propter nuptias in mobilibus consistere potest, ⁊ ecõtra.

De fructibus antifernon ⁊ sponsalitiorum.
Capi. viij.

1 Ure quoqꝫ ciuili introducta sunt antiferna, hoc est, † contrarie dotes quas mariti in compensationem, remunerationem vel quandaꝫ potius dotis soluto matrimonio recuperande securitatẽ assignant quarũ fructus non vxoris sed mariti lucro cedunt. Nam constante matrimonio eadem res in dominio mariti manent, nec in dominium vxoris transferuntur, sed ei tantuꝫ obligate ⁊ pignoris vel hypothece nomine supposite sunt, ita vt non liceat marito easdem alteri obligare, pignori dare, vel quoquo modo alienare. Nã ab imperatore Justiniano ita rescriptũ est. §. j. anc. vt imo. que dã. pp.

2 nupti. † Si quis donationem propter nuptias conscripserit, i quares aliqua immobilis sit, interdicimus ei ne in donationeꝫ propter nuptias transcriptam rem, vel pignori opponat, vel omnino alienet nã q semel propter nuptias donationis vinculis illigatum est, incõueniens sane fuerit denuo alienare, vt mulierem aliquando obueniente lucro, quod illi donationem propter nuptias confert, male habeat, si eam rem non in bonis mariti sed vel alijs potentibus forte personis alienatam vel pignori oppositã inueniat, vt illis ꝺ causis vendicatio illi vel penitus interclusa vel perdifficilis existat, et iudicijs indigeat, ex quibus sibi ipsis auxilium querat, ⁊ paulopost idem Justinianus subdit, Neqꝫ alienum a bonis moribus fecisse nobis videntur quidam vestrorum iudicum, qui ⁊ ipsi mulieribus soluto matrimonio ad petendã donationẽ propter nuptias, actionẽ

3 dederunt. † Ex qua constitutione apparet, ad maritum rei propter nuptias donate fructus pertinere, cum enim mulieri soluto de- mum matrimonio ad petẽdam pp nuptias donationẽ actio competat, constante matrimonio eam petere non poterit, sed apud maritum cum fructibus qui ex ea proueniunt manebit. Deinde q dicit Justinianus, id q semel donationis pp nuptias vinculis illigatum est, denuo alienari non posse, manifeste declarat, mulierẽ non eẽ dñam rei donate pp nuptias, sed ei vinculo pignoris ⁊ hypotece obligatam esse, vnde fructus donate rei pp nuptias non magis ad mulierẽ pertinent, q̃ꝫ pignoris fructus ad creditorem, qui illud

4 accepit. † Postremo huius rei fortissimũ argumentũ ex eo sumit, q idẽ Justinianus dicit, rẽ donatã pp nuptias non posse alienari, ne soluto matrimonio mulier eam in bonis alicuius potentioris sꝫ potius in bonis mariti inueniat, cũ enĩꝫ res donationis pp nuptias vinculo illigata, in bonis mariti inueniat, q̃ns est eũ dñij iure fructus suos facere. Et certe iniquũ esset, ⁊ ab oĩ iuris rõne alienum, si rei pp nuptias donate fructus, mulieris lucro cederẽt, nã hoc modo oĩno indotata esset mulier, cum fructus dotis oneribus mr̃imonij minime seruirẽt. q̃ꝫ. n. cõmoditatẽ, pro grauissimis matrimonij oneribus, percipiet maritus, si quãtũ fructuũ ipse ex dote, tantũdẽ

5 ex donatione pp nuptias mulier ꝯsequat̃. † Plane donatio propter nuptias hãc mulieri vtilitatẽ adfert, q pro rebus dotalibus, q̃ forte soluto matrimonio non extant, eã retinet. Deinde qbus casibus vir dotẽ partẽ ve eius vel vsumfructũ lucratur, eisdem ⁊ mulier donationis pp nuptias partisue eius proprietatẽ vel vsumfructum hꝫ, ⁊ ita diuus Justinianus rescripsit auc. de equa. do. auctẽ. ne lucrũ ex do. vel an. nup. don. Qd aũt idẽ Justinianus sanxit, dotẽ ⁊ donationẽ pp nuptias passibus eqs ambulare, nõ ita accipiendũ est, vt dicamus vxorẽ perinde lucrari fructus donationis propter nuptias, atqꝫ maritus fructus dotis constãte matrimonio suos facit, sꝫ ita, vt eadẽ sit dotis ⁊ donationis pp nuptias quantitas, simulqꝫ ⁊ augeri ⁊ diminui debeant, ⁊ vt supra diximus, quibus casibus lucrũ dotis ad maritũ, eisdẽ donatiõis pp nuptias ad mulierẽ

6 pertinet, neqꝫ enim p oĩa hec similitudo obseruat̃. † Nã dotẽ in immobilibus, donationẽ vero pp nuptias in mobilibus, ⁊ eꝫ cõsistere posse ab eodẽ Justiniano rescriptũ est. d. auc. de equa. do. Proinde q attinet ad fructus spõsalitiorũ, hoc est, eorũ que ex mera liberalitate sponsi ⁊ sponse inuicẽ donãt, dĩm est ea que sic donãtur statim accipientis fieri, nisi per eum, eã ve, parẽtẽ ve eius steterit, quo minus matrimoniũ ꝯhat̃, vel is qui donauit osculo non interueniente obierit, qbus casibus oẽꝫ donationẽ cũ fructibus eius donatori restituendam imperator Constantinus decreuit. l. cum veterum. l. si a sponso. C. de dona. ante nupti.

SVMMARIVM

1 Uxor vsuras ex pecunia a marito sibi donata perceptas lucratur.
2 Fructus dotis ab vxore percepti debẽt marito aut eius heredibus restitui.
3 Maritus moriens si donationẽ vxori factã non reuocauerit, non poterunt heredes fructus repetere.

De fructibus donationis inter virum ⁊ vxorem.
Capi. ix.

1 Eliquũ est vt de fructibus rerum, quas iam pfecto ⁊ cõstante matrimonio, coniuges vicissiꝫ donant, videamus, has aũt donatiões p

1 hibitas esse nemini dubiũ est toto tit. de dona. in. vi. ⁊ vxo. † Si tñ maritus vxori donauerit pecuniã, eaqꝫ vsuras ex donata pecunia pceperit, lucrabit̃, ⁊ ita Ulpian. lib. xxxij. ad Sabinũ scribit. l. qd ergo de dona. in. vi. ⁊ vxo. Unde si ex centũ, q̃ vir vxori donauit, quinquaginta apud debitorẽ perierint, ⁊ ex his alia quinquaginta duplicata vxor habeat, Tryphoninus li. x. disputationũ putat, non plus quinquaginta eius donationis nomine maritum ab ea consecuturum, ⁊ hoc q de vsuris dicimus, gñaliter de omnibus fructibus ⁊ rebus q̃ vicẽ fructuum obtinent, dĩm est. Quare si ex fructibus prediorũ q̃ donata sunt locupletata sit vxor, Ulpian. li. xxxij. ad Sabinũ refert. l. de fructibus eo. ti. Julianum scribere, ceteros quoqꝫ fructus vt vsuras licitã habere donationẽ, neqꝫ enim pauperior fieri, vel patrimonium suum diminuere vr̃ vir, qui fructus quos diligenter colendo rem suam pcipere potuisset, non acquirit

2 † Diuersa causa est fructuum dotis, quos si vxor donationis causa pceperit, inquãtum locupletior facta est restituere debet. extat enim Imperatoris Alexandri rescriptum in hec verba. l. si fruct. C. de dona. in. vi. ⁊ vxo. Si fructus eorum prediorum que in dotẽ accepisti, matrimonij tempore vxorem tuam percipere passus es,

eos

eosq; vxor tua absumpsit, restitui tibi post diuortium oportere nul
la ratione contendis, si autem ab his locupletior facta est, in tan-
tū pōt conueniri, ideq; rescripto imperatorū Dioclatiani ⁊ Ma-
ximiani expressum est. l. pro oneribus. C. de iu. do. alioqui, vt supra
diximus, dos que oneribus matrimonij non seruiret, nulla esset. q̄
de dotis fructibus dicimus, idem de fructibus per se ⁊ principali-
ter non accessorie donatis, qui iam coniugis erant, dicendū est idē
etiam probandum erit, in fructibus qui sponte ⁊ nullo cogente sed
sua sponte proueniunt, naz si pomū ex arbore fundi sibi donati mu
lier decerpserit, aut ex sylua ceciderit, non fieri eius Pomponius
scribit. l. fructus de vsu. sicuti nec cuiuslibet bone fidei possessoris.
sed ⁊ si quid seruus donatus non ex operis suis, nec ex re mulieris
sed ex legato donatione alia ve iusta causa acquisierit, ad maritum
qui donauit pertinere, Ulpianus respondit. Eadem per cōtrariū
de fructibus rerum que marito ab vxore cōstante matrimonio do
3 nate sunt, dici debent. ¶ † Uerum si is qui donauit moriens do-
nationē abs se factam non reuocauerit, sed eam silentio confirma-
uerit, heredes eius fructus preteriti tēporis reuocare minime pos
sunt, hanc enim confirmationem que ex silentio morientis, ⁊ dona
tionem non reuocantis inducitur, diuus Justinianus constituit, ad
illud tempus referri, quo donatio conscripta est, sicut ⁊ alias rati-
habitiones negotiorū gestorū ad illa reduci tempora oportet, in q
bus gesta sunt. Coniunx ergo supstes, q q̄ ve a premortuo, premor-
tua ve coniuge donationem accepit, omnes fructus ex tempore do
nationis collate perceptos lucrabitur, nec eos premortui cōiugis
heredibus restituere tenebitur, quamuis eos viuente adhuc dona
tore necdum confirmata donatione perceperit, perinde enim suos
facit, atq; si statim eo tēpore quo facta est donatio iure firma fuis
set, nā vt supra ostensum est, ad illud tempus confirmatio refertur
sed tamen donatio legitimam quantitatem excedens actis minimi
insinuata specialiter a moriente coniuge confirmata fuerit confir-
mationem ex eo demum tempore quo facta est, vim habere, nō re
tro trahi idem Justinianus sanxit.

SUMMARIUM

1 Maritus omnium prediorum vxoris fructus suos facit.
2 Maritus predia vxori propria alienare non potest, ea inuita.
3 Uxor quid capiat ex bonis mariti predefuncti.
4 Donationes inter virum ⁊ vxorem quatenus prohibite sint.

¶ Quod in supra scriptis causis fructuum alia ratio.
moribus nostris recepta sit. Cap. x.

S Ed hec que de dotis Parapherno
autifernon, ⁊ rerum inter virum ⁊ vxorem donatarum
fructibus exposuimus, apud nos in vsu esse desierunt.
1 † Siquidem moribus nostris receptum est, vt non solum dotis, sed
oiuz prediorū vxoris maritus omnes fructus suos faciat, eosq; vē
dere, donare, ⁊ qūocunq; alienare vel consumere pro arbitrio, inui
ta vxore potest. Cū enim ipsa mulier dominio ⁊ potestati viri sub-
dita sit, conueniens est, omnes res eius in eiusdez mariti dñio ⁊ po
testate esse, neq; enim nouum est, neq; ab antiqui iuris ratione alie
num, vt cum quis in alterius potestatez transfertur, oia quoq; eius
bona tacito iure transeant. l. si paterfamilias. de adopti. auc. ingres
2 si. C. de sacro. eccles. † Predia tamen vxori propria maritus ea in
uita vel non consentiente, alienare nullo modo potest, vt olim ma-
riti, licet dotalis fundi domini essent, euz tamen alienare lege Ju-
lia prohibebantur. §. j. qui aliena. li. vel non lib. ij. insti. ⁊ parentes
licet peculio aduentitio filiorū tanq; domini vterentur, ⁊ fruerent.
illud tamen alienare non poterant. Mobilium vero rerum q̄ ante
matrimonium vxoris erant, vel ei postea obuenerunt, non tantum
fructus ad maritū ptinent, sed ⁊ proprietas earum ipsius est, ita vt
libere qūocunq; voluerit, eas in alium trāsferre possit soluto tamē
matrimonio omnes res mobiles, que constante matrimonio viri
erant, cōmunes fiunt, ⁊ inter superstitem maritū ⁊ heredes vxo-
ris premortue, vel superstitem vxorem ⁊ heredes premortui viri,
equaliter diuiduntur, nisi inter contrahendum matrimoniuz aliud
conuenerit. Idem de predijs constante matrimonio non ex succes-
sione parentum per alterutrum quesitis dicendum erit, q̄ de rebus
3 mobilibus earumq; fructibus declarauimus. † Quod autez ad do
nationem propter nuptias attinet, hoc iure vtimur, vt, dimidie par
tis omnium prediorū que fuerunt mariti ante matrimoniū, vel po-
stea ex successione parentum eidez obuenerunt, vxor superstes post
mortem eiusdem mariti vsumfructum habeat, nisi in ipso m̄rimo-
nij contractu conuentum fuerit, vt mulier premortuo marito pecu-
niam vel aliam rem vice donationis pp nuptias habeat, quo casu
pecunia vel alia res in donationem propter nuptias assignata post
mortem ipsius mulieris heredibus mariti est restituēda, nisi aliud
4 conuenerit. † Postremo sciendū est, vt iure scripto ita ⁊ moribus
nostris donationes inter virum ⁊ vxorē prohibitas esse, non solum
inter viuos, sed nec mortis quidem causa donare, nec legatum nec
hereditatem inuicem relinquere possunt. Hoc tantum concessum
est, vt cōstante matrimonio vir ⁊ vxor incolumes oēs res suas mo
biles quandocunq; ⁊ vndecunq; quesitas omnia item predia sua
non ex successione parentum constante matrimonio acquisita sibi
inuicem ⁊ mutuo donent, ea lege ⁊ conditione vt coniunx supstes.
His premortui premortue ve coniugis bonis, boni viri arbitrio vta
tur, ⁊ fruatur, heredibusq; eius de restituenda finito vsufructu pro
prietate, idonee caueat. Uerum si coniugi premortuo premortue
ve superstites sint liberi, eorum fauor hmōi donationem infirmat.

De fructibus rerum
communium. Titu. iij.

SUMMARIUM

1 Bona quibus modis fiant communia.
2 Fructus fundi communis quatenus alterutri dominorū cōpetant.
Fructus non iure seminis, sed iure soli percipiuntur.

¶ De fructibus rerum que in societatis contractum
deducte sunt. Cap. j.

D E fructibus rerum que in
contractus ex quibus dominium transfertur, deducun
tur, satis vt arbitor dictū est, nunc videamus de fructi
bus rerum que in illos contractus, vel quasi contractus deducte,
1 sunt, ex quibus cōes fiunt. † Societate aūt vel rē certā vel negotia
tionem vel vniuersa bona cōmunicari notissimum est, ⁊ hec solo cō
sensu contrahentium perficitur, qui simulatq; prestitus est, vt om-
nes res de quibus conuentum est ita fructus earum postea perce
ptos cōicari Paulus libr. v. ad Plautium scripsit. l. videamus.
§. ex causa. de vsu. Idem lib. vj. ad Sabinum ait. l. pro socio §. si
tecum. pro socio. Si tecum mihi societas sit, ⁊ res ex societate com
munes quos fructus ex his rebus perceperis, actione p socio me
consecuturum, Julianus quoq; lib. vij. digestorum scribit. l. q scit.
2 de vsu. † Eum qui scit funduz sibi cuz alio cōem eē, non maiore ex p
te suos facturū, q̄z ex qua dñs pdij est, nec refert, ipse an socius an
vterq; eos seuerit, q2 ois fructus ñ iure seminis s3 iure soli pcipit,
⁊ quēadmodū si totum funduz alienum sciēs qs possideat, nulla ex
pte suos facit, quoqūo sati fuerint, ita q cōem funduz possidet, non
faciet fructus suos, p ea pte qua fundus ad socium eius ptinebit.

SUMMARIUM

1 Seruus communis quatenus dominis suis acquirat.
2 Seruus ei domino acquirit, cuius iussu stipulatus fuit.
3 Seruus alienus duobus seruiens vtri eorum acquirere dicatur.
4 Seruus communis ex re alterius dominorum acquirens, commu
ne erit id quod quesitum est.
5 Seruus pluribus dominis nominatim stipulatus, quatenus eis-
dem acquirere dicatur.
6 Fructus percepti ex fundo communi communes sunt.

¶ De fructibus rerum sine vllo societatis contractu.
communium. Cap. ij.

S Ed ⁊ si nulla intercedente
societatis adfectione, nulloq; tractatu inter se habito,
duo pluresue in cōione inciderint, vt euenit in re duob9
legata, aut duob9 simul empta vel donata, hoc quoq; casu fructus
1 inter dños cōicantur. † Ideoq; si seruus cōmunis ex operis suis,
vel ex legato, donatione, hereditate aut alia qualibet iusta causa ac
quirat, omnibus dominis pro parte qua in eo dominium habet ac
quirit. l. seruus communis. de stip. ser. Si tamen vni ex dominis
seruus communis stipulatus fuerit, aut nomine vnius rem emerit,
aut pecuniaz crediderit, vt vni soluetur vel quodlibet aliud nego-

illius expresso nomine vnius gesserit, ei soli acquirere Caius & Vl
2 pianus scribūt. d. l. seruus communis. l. si ex re. §. sicut eod. ti. † Si
mili modo, si iussu vnius dñorū stipulatus fuerit, aut alio modo ac
quisierit, Vlpianus ait. d. l. seruus cōis. ei soli acquirere cuius ius
su stipulatus est, & si quatuor forte dominos habens seruus duorū
iussu stipuletur, idem Vlpianus putat. l. proinde eod. tit. his solis
acquirere eum qui iusserunt. Pomponius et Offiliū scribere re
fert. l. offilius. eod. tit. & per traditionem accipiendo vel deponen
do cōmodandoq̃ posse ei soli acquiri qui iussisset. Item si seruus
cōmunis meus & tuus ex peculio quod ad te solum pertinebat, mu
tuam pecuniam dederit, obligationem tibi acquiret, que sententia
3 Juliano placet. † Vñ si alienus seruus duobus bona fide seruiens
ex vnius eorū re acquirat, Sceuola ait. l. si alienus. eo. tit. ratione
facere, vt ei ex cuius re acqsijt, id totū acqrat, siue ei soli, siue quasi
duobus seruiat, nā & in veris dominis quoties vtriq̃ acquirit, to
ties partes acquiri, ceterum si alij non acquiratur, alium solidū ha
biturum, igitur eadē ratio erit, & in proposito, vt hic seruus alien⁹
qui mihi & tibi bona fide seruit, mihi insolidū ex re mea acqrat, q̃
tibi non potest acquiri q̃ non sit ex re tua. Nec huic sententie obest
q̃ Paulus scribit. l. seruus cōis. eo. tit. Seruū cōem siue emat, si
ue vendat, siue stipulet, q̄uis pecunia ex peculio detur, quod alte
rum ex dñis sequitur, vtriq̃ tamen acquirere, hoc enī sic accipiē
dum est, vt lʒ ipso iure acquiratur, is tamen cuius ex re facta est sti
pulatio vel emptio, cuʒ socio cōi diuidundo aut societatis iudicio
de parte recuperanda recte aget, & ita Caio placuit. Sed & Julia
4 nus lib. vij. Digestorum scribit. l. cōis seruus. cōmu. diui. † Com
munē seruum si ex re alterius dñorum acquisierit, nihilominus cō
mune id esse, sed is ex cuius re acquisitū fuerit, cōi diuidundo iudi
cio eaʒ summā percipere potest, q̃ bone fidei conuenit, vt vnusq̃sq̃
precipuum habeat, q̃ ex re eius seruus acquisierit. Postremo si
quid forte stipuletur seruus cōis, q̃ vtriq̃ acquiri non potest, ei so
li acquirit, cui acquirere potest, veluti si seruitutem ad fundū Cor
nelianū stipulatus est, qui fundus Sempronij erat, id est alterius
ex dominis, ei soli acquirit. Itē si alter ex dominis vxorem ductu
rus sit, & huic seruo dos promittatur. Item si seruus duorum Titij
& Meuij hominem, qui Titij erat, stipulatus fuerit, ei soli acqret,
cuius non fuit. sed si stipulatus sit Stichum sic, & Meuio & Titio
dare spondes, totū eum Meuio acquiret, q̃ enī alteri ex dñis ac
quirere non potest, id ad eū qui ad obligationem admittitur, perti
net, & ita Pomponio Caio & Vlpiano visum est. l. proinde. §. fi. &
duabus. ll. seq. l. si cōis seruus. eo. ti. Illud preterenundū non est, si
5 † pluribus dominis nominatim stipulet, siquidē ita stipuletur, do
minis meis dare spondes, oibus pro parte qua dñi essent, ex stipu
latione deberi Pōponius ait. d. l. si cōis seruus. si vero ita Lucio
Titio, & Caio Seio dñis meis dare spondes cū ad nomina prius
decursum sit, rationabilius esse videtur pro virili parte stipulatio
nem eis acquiri, q̃ dñorum vocabula pro demonstratione habean
tur, q̄ sniam idem Pomponius probat. d. l. si cōis seruus. Illud
eque notandū est, q̃ Vlpianus dicit. l. si seruus cōis. eo. ti. Si ser
uus communis sibi & vni ex dñis nominatim stipuletur, perinde eē
ac si omnibus dñis & vni ex his stipulet, veluti Titio, & Meuio &
Titio, & probabile est vt Titio dodrans, Meuio quadrans dea
tur. Exceptis autē his casibus, quicquid p seruū cōem acquiritur,
hoc omnibus dñis tāq̄ fructus rei communis pro portionibus do
6 minicis vt antea diximus acquiritur. † Ex fundo ēt communi per
cepti fructus communicant, quare si vnus ex dominis fructus pē
siones, vel mercedes solus ex fundo communi pceperit, Caius li.
iiij. & vij. ad edictū prouinciale iudicio communi diuidundo eū te
neri ait. l. quibus pro soc. l. in summa. commu. diuid. vt partem fru
ctuum ei q cū ipso fundū communē hʒ restituat q̃ & multis rescri
ptis significatur. Plane fructus añ perceptos q̄ res communis
esset, in communi diuidundo iudicium non venire Vlpianus libr.
xix. ad edictum scribit. l. per hoc. §. sicut. commu. diui. Sed & si qs
putans sibi cum Titio fundum communem esse fructus percepe
rit cum esset cum alio communis, cōmuni diuidundo agi idē Vl
pianus respondit. l. si quis putans communi diuidūdo neq̃. n. opi
nio sed rei veritas spectari debet. Idem scribit. dicta lege si qs pu
tant. §. si quid post acceptū fructus qui post acceptuʒ communi di
uidundo iudicium ab vno pcepti sunt, ēt in prestationē venire.

SVMMARIVM

1 Fructus communis hereditatis inter coheredes sunt communes.
2 Coheres absens non obstante inter coheredes facta diuisione suā portionem obtinebit.
3 Heres quatenus prestare debeat fructus ante aditam hereditatem perceptos.
4 Filia soluto matrimonio moram collationi dotis faciens ad vsuras tenebitur.
5 Maritus emancipatus non tenetur fratribus conferre fructus cō stante matrimonio perceptos.

¶ De fructibus hereditatis communis. Cap. iij.

Proinde non solum rei sin
gularis, sed & hereditatis inter duos pluresue commu
nis fruct⁹ oibus proportionibus hrēditarijs acquirūtur
1 † & si vnus cohrēdū solus ex hereditarijs rebus fructus perceperit
eos nō maiore ex parte suos faciet q̄ ex qua hrēs est, ad officiumq̃
iudicis familie herciscunde iudicio cognoscentis pertinet, vt om
nia commoda cū ceteris communicet, nam & Caius lib. vij. ad edi
ctū prouinciale scribit. l. item ex diuerso. fami. herciscun. iudicē p
spicere debere, vt q̃ vnus ex heredibus ex hereditaria re percepit
stipulatusve est, non ad eius solius lucruʒ pertineat, que ita scʒ con
sequetur iudex, si aut reputationes fecerit, aut curauerit cautiones
interponi, qbus inter eos commoda communicent. iperator quoq̃
Gordianus Verino ita rescripsit. l. non est ambiguū. C. e. ti. fami.
herciscū. Non est ambiguū, cū familie herciscūde titulus, iter bo
ne fidei iudicia numeret, portionē hereditatis, si qua ad te pertinet
2 incremento fructuū augeri. † Itē diui Diocletianus & Maximia
nus rescripserūt. l. coheredibus. C. eo. tit. coheredē quo absente &
ignorāte ceteri hereditatē diuiserunt, nullū ex facta iter coheredes
diuisione preiudicium timentē, portionē suā cum reditibus iudicio
familie herciscūde percipere posse Veniūt aūt in hoc iudiciū fru
ctus, & post litē contestatam percepti, & ita Vlpianus libr. xix. di
gestorum scripsit. l. & post fami. hercisc. preteriti ēt añ litē contesta
tā temporis fructus venire Paulus lib. xx. ad edictum respon
dit. l. non solum. eo. ti. siue ante aditam siue ēt post aditaʒ heredita
tem percepti fuerint. l. partum. fami. hercisc. Idē tū lib. vij. ad Sa
3 binum notat. l. inter. §. fructus. eo. ti. † hrēdem fructus quos añ adi
tam hrēditatem ex fundo hereditario percepit, non aliter familie,
herciscunde iudicio prestaturum eum q̄ si cum sciret hereditariuʒ
fundū esse, ceperit, nam si ignorauerit, vt quis alius bone fidei pos
sessor suos facit, qua de re copiose satis scdo libro dictū est. Adeo
aūt fructus ab vno percepti, in hoc iudicium veniunt vt post mo
ram, q rē hereditariā detinuit, non solū quos percepit, sʒ etiā quos
pcipere debuit, fructus coheredi prestare teneat, sʒ & vsuras ex die
more prestādas eē Vlpianus li. xix. ad edictū respondit. l. his cō
4 sequenter. §. sumptū. e. ti. † Ea pp Papinianus ait. l. filius. §. fi. de
colla. do. filiā q soluto mrīmonio dotē q̄ferre debuit, si moram col
lationi fecerit, boni viri arbitratu, cogi vsuras & oēs fructus dotis
q̄ferre nā & emācipatus filr fructus q̄fert, nec iniquū dʒ arbitrari
filia, q post morā fructus q̄ferre cogit, nā & ipsa fructus portionis
sue hrēditarie pcipit. Ceterū fructus q̄stāte mrīmonio & añ moram
pceptos q̄ferre nō cogit, nec enī pōt, cū non ipsius sʒ mariti lucro
5 cedāt. † Proinde nec eos maritus a pre suo emācipatus fratrib⁹
suis q̄ferre tenebit, neq̃. n. in bonis eius eē vñr, cū onera matrimo
nij sustinuerit, nihil aūt interest vtrū ex stipulatu actione an officio
iudicis collatio fieri debeat, nā vtroq̃ casu fructus in collationem
veniēt, lʒ Accursius & Baldus dissentiant, quorum snia vel ex eo
falsa esse cōuincit quod quacunq̃ actione inter coheredes agatur,
iudicium familie herciscunde bone fidei est. d. l. non est ambiguʒ.
C. fami. herciscun.

SVMMARIVM

1 Fructus in confinio nati efficiuntur vtriusq̃ domini.
2 Interesse etiam venit in iudicium finium regundorum.

¶ De fructibus ex confinio perceptis. Cap. iiij.

1 Preterea † si in confinio na
scantur fructus vtriusq̃ domini sunt qui agros cōfines
habēt & arbor prope confiniuʒ posita si etiam in fundū
vicinum radices egerit eā cōmunem esse Caius respondit. l. adeo.
§. fi. de acqui. re. domi. Sed & si in confinio lapis nascant, Mar
cellus putat. l. pro regione. eo. tit. lapidē terra exemptum commu
nem esse, q̃ si vnus ex confinio solus pceperit fructus siquidē cō
stet ex q̄finio euʒ pcepisse idq̃ ipsemet fateat cōi diuidundo actio
ne cum vicino fructus pceptos communicare cogit si vero confinij
locum

locum & terminum ad se pertinere ɔtẽdat, tunc iudicio finiũ regũ. si apparuerit eum locum, terminũ & ɔfiniũ esse cõdẽnandus erit.
2 † In iudicio enim finium regun. ẽt eius ꝙ interest rõnẽ fieri Paulus li. xiij. ad edictũ respondit. d. l. quarta. §. j. fi. regun. Idẽ ait. d. §. j. post lit. contesta. fructus ẽt non perceptos, sʒ qui pcipi debuerũt, in hoc eodem iudicio venire, nã & dolus & culpa exinde prestãtur, sed ante iudiciũ percepti, non omnimodo in hoc iudiciũ veniẽt nam aut bona fide percepit, & lucrari eũ opʒ si cõsumpserit, aut mala fide & condici oportet, quam distinctionem copiosius secundo libro exposuimus.

De ratione Fructuum que habetur in contractibus ex quibus possessio tantum vel vsus extenditur.

Titu. iiij.

SVMMARIVM

1 Pignoris possessio in creditorem transfertur, dominio penes debitorem manente.
2 Creditor prediũ pignori nexum detinens, fructus eiusdem in exonerationem debiti computare debet.
3 Emptor pignoris quando ipsum cum fructibus debitori restituere cogatur.
4 Predo qui rem pignori dedit, actionem pignoratitiam intentare poterit.
5 Legatarius que pcepit ex rebus hereditarijs, in vsuras primũ, dein de in sortem imputare debet.

¶ De fructibus pignoris. Cap. j.

Non solum in contractibus ex quibus dominiũ transfertur, vel res cõicantᷣ, sed etiã in ɔtctibus ex quibus vsus vel possessio tm̃ conceditᷣ, fru
1 ctus in considerationem veniunt, † vt in contractu pignoris, nã pignoris dominium penes debitorem manere, solam autem possessionem in creditorem trãsferri exploratum est. l. pignus. de pign. act. l. pignoris. C. de pig. cũ si. Qua rõne omnes fructus qui ex pignore proueniũt, dominij iure debitoris lucro cedũt, & si a creditore pignori incumbente percepti fuerint, soluto debito eidem debitori simul cum ipso pignore restitui debent, & qꝛ creditor partim sua causa, nempe vt securior sit, pignus accipit, exactissimã conseruande & curande rei sibi pignorate diligentiam adhibere tenetᷣ, quam nisi prestiterit, & per culpã fructus non perceperit, quos alius eo diligẽtior percepisset, eos vtrĩqʒ restituere tenebitur, vel in debitum imputare, & ita imperatoris Alexandri rescripto cautum est, cuius ver
2 ba sunt. l. ij. de pig. ac. † Creditor qui prediũ pignori nexum detinuit, fructus quos percepit vel pcipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet. Idem ẽt Demetrio in hũc modum rescripsit. l. j. C. e. ti. Qð ex operis ancille vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis perceptum est, debiti q̃ntitatem releuabit. Diui quoqʒ Diocletianus & Maximianus Annoso & Antonio ita rescripserunt. l. ij. C. de par. pig. Cum pignoris titulo mancipia obligasse, vos pro mutua quam accepistis pecunia proponatis, horum mancipiorum operis quas creditor accepit, vl̃ quas percipere debuit in vsuras computatis, & post in sortem extenuato debito residuum offerentibus, vel si non accipiat consignatũ deponentibus mancipia vobis preses prouincie restituere iubebit, qð & a Tryphonio responsũʒ. l. rescriptũ. §. si aliena. qui pot. i pi. babe. & ab imperatore Antonino rescriptum est. l. ex predijs. C. de
3 vsu. † Sed etsi creditor dolo malo rem sibi in pignus datam vendiderit, non obseruatis his que in distrahendis pignoribus celebrari consueuerunt, Imperator Alexãder rescripsit. l. j. C. si ven. pig. aga. offerente debitore pecuniam, emptorem pignus ꝙ a creditore emit cum fructibus mala fide perceptis restituere debere, qð & diui Gordiani rescripto significatur. l. cum contra. C. eo. titu. Simili modo Paulus respondit, fideiussorem qui rem pignoris iure obligatam a creditore emit, mandati iudicio conuentum ab herede debitoris oblato omni debito restituere cum fructibus cogendũ, nec habendum similem extraneo emptori, cum in omni contractu bonã fidem prestare debeat. Idemqʒ imperatorum Seueri & Antonini rescripto continetur. l. j. C. de dolo. Quinetiam, si pignore sublato furti egerit creditor, totum quicquid percepit, restituturum Ulp. lib. xxviij. ad edictum ex sententia Papiniani refert. l. si pignore. de pig. act. etiam si culpa creditoris furtum sit factũ, multomagis
4 hoc erit dicendum, in eo quod ex conditione consecutus est. † Amplius etsi predo rem pignori dederit competere ei & de fructibus pignoratitiam actionem idem Ulpianus ait. d. l. si pignore. §. si predo. quamuis ipse fructus suos non facit a predone enim fructus, & vendicari extantes possunt & consumpti condici. Proderit igitur ei, ꝙ creditor bonafide possessor fuit. Proinde si creditor ex fundi sibi pignori obligati debitũ sit ɔsecutus, ipso iure pignus ab obligatione liberatũ esse, imperator Alexander constituit. l. j. C. de distrac. pig. ipsumqʒ creditorẽ pignus cum fructibus q. deductis vsuris & sorte principali restituere debere, idemqʒ & summus pontifex Inno. tertius decreuit. c. illo de pig. in antiq. Qð aũt de fructibus pignoris dicimus, idem de fructibus rerum in quarum possessionẽ rei seruan. gratia missio fit, dicendum est, in his enim exemplũ pignorum nos sequi, Ulpianus ait. l. is cui. §. queri vt in posses. vel
5 fideicom. † Unde quod ex fructibus rerum hereditariarum percepit, legatarius, primum in vsuras, mox si quid superfluum est, in sortẽ debet imputare. Quinimmo & si amplius quam sibi debetᷣ pcepit legatarius, exemplo pignoratitie actionis etiam vtilis actio, ad id reddendum, dari debet. Sed pignora quidem quis distrahere potest, hic autem frui tantum constitutio ei permisit, vt festinetᷣ ad sententiam idem. l. is cui. §. qui legatorum. Ulpianus ait, qui legatorum seruandorum causa in possessionẽ mittitur, & fructus custodire & cetera debebit, & pati heredem colere agros, ac posse fruct⁹ redigere. Sed custodire legatariũ fructus oportebit, ne ab herede consumantur, ꝙ si heres fructus nolit cogere, permittendũ erit legatario cogere fructus, & coactos seruare. Quinimo & si tales sint fructus quos primo quoqʒ tpe venire expediat, vẽdere legatario permittendũ est, & pretium seruare.

SVMMARIVM

1 Creditor quo casu fructus pignoris suos faciat.
2 Creditor ex ɔuẽtione põt pignoris fructus loco vsuraꝝ pcipere.
3 Debitor non imputabit debito ꝙ creditori pstitit actione furti.

¶ Quibus casibus fructus pignoris creditoris lucro cedunt. Cap. ij.

Nonnunquam tamen fru
1 ctus † pignoris creditor suos facit, eosqʒ nec in pecuniã sibi debitam imputare, nec debitor soluta pecunia quandoqʒ pignoratitia actione agenti, restituere compellitur, vt si gener pro dote a socero sibi promissa numerata, fundum pignori acceperit, fructus ex eo tanqʒ ex fundo dotali percepto pro oneribus matrimonij suos faciet, nec eos in sortem imputare debebit, & ita summus põtifex Innocentius tertius ɔstituit. d. c. salubriter. de vsu. in anti. Idẽ etiam sanxit. c. j. de feu. in antiq. directũ dominum, qui a cliente seu feudum vel agrum vectigalẽ seu emphytheoticarium in pignus accepit, fructus quos ex eo pcepit, in sortẽ nõ debere imputari, cum ex re propria eos percepisse videatur, & ita Alexander
2 quoqʒ tertius decreuit. c. ɔquestus. de vsu. in anti. † Item si cõuenerit vt p vsuris fructus accipiat creditor, quãuis multo maiores estimatione vsuraꝝ legitimaꝝ fructus pceperit, id tamen ꝙ deductis vsuris fructuum superest, in sortem imputare eum non cogi imperator Philip. rescripsit. l. si ea lege. C. de vsu. cuius rescripti verba hec sunt. Si ea lege possessionẽ mater tua apud creditorem suũ obligauit, vt fructus in vicem vsuraꝝ consequeretᷣ, obtẽtu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt. Multo magis si conuenerit, vt creditor in domo debitoris habitaret, mercedes que redigi potuissent, si domus locata fuisset, sed redacte non sunt, nec in vsuras nec in sortem imputabunt. Extat. n. imperatoris Antonini rescriptum huiusmodi. l. si ea pactione. C. de vsu. Si ea pactiõe vxor tua mutuã pecuniã dedit vice vsuraꝝ domũ inhabitaret, pactoqʒ, ita vt conuenit, vsa est, non etiam locando domum pensionem redegit, referri questionem quasi plus domus redigeret si locaretᷣ quaʒ vsuraꝝ legitimaꝝ ratio colligit, minime oportet, licet enim maiore sorte contrahi potuerit locatio, non ideo tamen illicitũ fenus esse contractum, sed vi
3 lius conducta habitatio esse videtur. † Nouissime sciendũ est, quid ipse debitor furti actione prestiterit creditori vel conditione, id ei restitui nõ oportere nec debito imputari, a Papiniano responsũʒ esse. l. si pignore. §. j. de pig. act. ꝙ & Ulpia. probat. d. §. j. Sed etsi metus causa seruum pignoratum debitori tradiderit, quẽ bona fide pignori acceperat, nã si egerit ꝙ metus causa factum est, & qua[...]

plum sit ꝯsecutus, neqꝫ restituet ex eo ꝙ ꝯsecutus est, nec debito imputabit, ꝛ ita idē Ulp. scribit, nā id ꝙ pene noīe a debitore exactū est, lucro debere creditoris cedere Modesti. rn̄dit. Sꝫ dubiū est si qs mutua pecunia accepta fundū dederit ea lege vt si intra bienniū nō soluerit, is fundus creditori emptus esset, an fructus interiꝫ ꝑcepti in sortē iputent̄, ꝛ Inno. iij. imputandos esse cēsuit. c. illo de pig. in anti. maxime cū he simulate vēditiones pleruꝫ in fraudem vsurarū ꝯtrahant̄, ꝙ ꝛ Baldo visum est. l. j. C. de pig. acti.

SVMMARIVM

1 Cōmodati ꝯtus, vsum rei tantum in accipientem transfert.
2 Cōmodatarius ex mora ad vsuras ꝛ oēm vtilitatē tenet̄ ꝯmodati.
3 Cōmodatarius ꝙ furti actione ꝯseqt̄, nō cogit̄ dn̄o restituere.
4 Fructus rei ꝯmodate ꝛ rei deposite eiusdem sunt actionis.

De fructibus rei cōmodate ꝛ deposite. Capi. iij.

Commodati quoqꝫ contractus, † vsum dūtaxat in accipiētē trāsfert, ꝯmodatū. n. definit, ꝙ gratis ꝛ sine mercede vtēdū ꝯcedit̄. dn̄iū vero ꝛ ꝓprietatē rei ꝯmodate, penes ꝯmodātē remanere, Pōponi⁹ li. v. ad sabinū scribit. l. rei ꝯmodate ꝯmodati. ergo si qs ex re cōmodata fructus ꝑuenerit, nō ad ꝯmodatariū, sꝫ ad ꝯmodātē ptinebit, ꝛ si a ꝯmodatario ꝑcepti fuerint, simul cū re ipsa in restitutionē venire, Pau. li. v. ad Plautiū. rn̄dit. l. videamus. §. si possessionē.
2 de vsu. † Ex mora quoqꝫ vsurasqꝫ oēm vtilitatē ꝛ causam prestari debere indubitatū est, sicut in ceteris bone fidei iudicijs. Sed si qs rē ꝯmodatā habuerit, quam alius furto subtraxerit, ꝛ lite pulsatus fur ꝯdēnationē passus fuerit, nō tm̄ in rē furtiuā, sꝫ ēt in penā furti, ꝛ postea dn̄s rei venerit, oēm ꝯdēnationē accipere desiderās, vtpote ex sue rei occasione ortā, dubitationē veteribus incidisse Justi. refert. l. manifestissimi. §. sꝫ cū in scdam. de fur. vtrū ne rē tm̄ suam vel eius emstiationē dn̄s ꝯsequat̄, an ēt summā penalē, ꝛ diuus Justinianus ꝫm Papiniani sniam rescripsit. d. §. sed cū in scdam. lucrū minime ad dn̄z rei pertinere, vbi eniꝫ piculū ibi ꝛ lucrū collocet̄ nec sit dāno tm̄ deditus, q rē ꝯmodatā accepit, sꝫ ēt liceat ei lucrū
3 sperare. † Multomagis ꝙ ab ipso dn̄o actione furti ꝯsecutus fuerit, lucrat̄, nā ꝛ ꝯ ipsum dn̄m posse ꝯmodatariū furti agere, qꝛ forte retentionē ob impensas habebat Pau. rn̄dit. l. creditoris. §. dn̄s ꝺ fur. Aliud quoqꝫ lucrū ꝯmodatarius ꝑcipit, eo ipso ꝙ gratis re ꝯmodata vtit̄, nec priusqꝫ vsus fuerit ab eo intēpestiue auferri potest, vt Paul. lib. xxxix. ad edictū respondit. l. in commodato. §. si
4 cut. ꝯmodati. † Hec aūt fructuum rei commodate ratio, eadē fere ꝛ in deposito obseruatur, nā ꝛ deponens dn̄ium rei deposite retinet quare fructus q ex ea ꝑcipiunt̄, ei restitui debent, hanc enim actionē bonefidei esse Ulp. lib. xxx. ad edictū tradit. l. j. §. est autem. depo. ꝛ ideo dicendum esse, fructus in hāc actionē venire, ꝛ oēm cāꝫ ꝛ partum ne nuda res veniat, quā sniam Pau. quoqꝫ li. v. ad plautium ꝓbat. l. videamus. §. si possessionē. de vsu. in fructibus autē cōnumerabimus duplum, ꝙ ꝫm edictum pretoris consequitur ab eo, qui rem ex causa incendij, ruine, tumultus, vel naufragij depositam restituere nō vult. l. j. depo.

SVMMARIVM

1 Fructus rei locate manent locatoris.
2 Cōductor morā faciēs in soluēda mercede, ad vsuras tenetur.
3 Cōductor nō restituit locatori ꝙ ꝯseqt̄ actione furti.
4 Coloni partiarij fructuum ptem ꝯuentam suam faciunt.
5 Colonus mercenarius mercede accepta fructus facit locatoris.

De fructibus rei locate ꝛ conducte. Cap. iiij.

1 Non solet inquit Ulpian⁹. l. non solet. loca. locatio dn̄ium rei mutare, † quo fit vt locator, q dn̄s rei locate manet, fructus q ex ea ꝑueniūt suos faciat, ꝛ ꝯdē, aut opere, aut res locant̄. Si opere locate fuerint, artifex vel alius q eā locauit, mercedes ex suis operis ꝯseqt̄, quas loco fructuum esse. s. traditum est. l. j. ti. j. c. iiij. ꝯductor vero ꝑfecti ꝛ ꝯsummati operis dn̄s efficit̄, oēmqꝫ fructuum q ex eodem opere completo ꝑcipi pōt, dn̄ij iure suum facit. Sed ꝛ ħ lucrator, si forte is q suas operas locauit, intra ꝓfinitum tp̄s opus non ꝑfecerit, ꝛ ꝑ eū steterit quominus ꝑficeret, vt id omne ab eo q suas operas locauit consequat̄, ꝙ habiturus foret, si suo tp̄e, ꝫm ꝯtus legem, opus ꝑfectum esset, sed ꝛ penā appositā, si opus ꝯpletum nō esset,
2 lucrabit̄. l. cum ita stipulatus. de ver. obli. † Econtrario si in soluēda mercede conductor morā faciat, ex die more vsuras mercedis prestari iudicio bonefidei compellitur. Rex vero que locari solēt alie sunt mobiles alie immobiles, ꝛ si quidem mobiles locate fuerint, vt iumenta, naues, vestimēta, vasa, vel alie res, locator, mercedes, quas loco fructuum esse sepius repetitum est ꝛ vsuras ex mora lucrat̄, ꝯductor vero his rebus ꝫm ꝯuentionē vtit̄ ꝛ fruit̄, locatorem. n. ħ ꝯductori prestare debere notissimum est, ei vti ꝛ frui re locata liceat. l. ex conducto. loca. Eum quoqꝫ qui rem ꝯduxit Caius
3 li. x. ad edictum prouinciale scribit. d. l. ex ꝯducto. loca. † ꝙ rei nomine furti actione consecutus est, nec locatori restituere compelli. Si vero res immobiles locate fuerint, interest, vtrum predia vrbana an rustica locatā fuerint, nam si vrbana, locator pensiones consequit̄, adeo vt si predio sit q locauit nihilominus mercedes ei debeant̄, ꝛ solute repeti vt indebite non possint. l. si vrbana. de ꝯdi. indebi. Illud. n. satis ꝑspicuum est, tres eorū q rustica predia conducunt, colonorū species esse. Alij. n. sunt coloni partiarij. Alij mercenarij. Alij vero sunt q nūmis colunt. † Quod ad colonos partia-
4 rios attinet, certum est partē fructuum, ꝫm ꝯuentionem, ꝑ opera ꝛ cura colendo agro adhibita, eos lucrari, aliā vero ptē dn̄is a quibus ꝯduxerunt, ꝑstare debere, ꝛ si nihil ꝑuenerit, ipsorū colonorū simul dn̄orū cōe dānum esse. At qui nummis colunt, ij fructus oēs suos faciunt, dn̄i vero prescriptis tp̄ibus pensiones ab eis recipiūt nisi ꝑ ipsum stet, quominus colonus frui possit, vel insolito ꝛ fortuito casu fructus prediorū corrupti fuerint, tunc. n. remissio pensionis fieri dꝫ. d. l. ex ꝯducto. §. si vis tempestatis. loca. sed si sterilitatem superioris anni quo remissio facta est, sequentis anni vbertas compenset, merces, remissa soluenda est, neqꝫ. n. colonus de damno q̄ri debet, cui immodicū lucrū non auferat̄. l. si vno. eo. ti. Nō si labes, vel vredo, vel aliud solitū vitiuꝫ fructus corruperit, hoc dāno coloni contingit, q nihilominus pensionem soluere cogitur. d. §. si vis tē
5 pestatis. † Postremo colonus mercenarius q mercede accepta alterius predium colit, prout. s. diximus, mercedem lucrat̄, oēs vero fructus vel lucro locatoris ꝑueniunt, vel dāno eius corrumpunt̄ nisi dolo vel culpa ꝛ negligentia coloni omnino corrupti fuerint, vl̄ non ita vberes ꝑuenerint, tunc enim dn̄m a colono quanti sua interest, consecuturum indubitati iuris est.

Que in contractibus ex quibus rerum alienarum cura ꝛ administratio suscipitur, fructuum ratio habenda est. Titulus. v.

SVMMARIVM

1 Mandatum est bonefidei, atqꝫ consensu solo perficitur.
2 Procurator qui pecuniam domini dedit fenori, restituet domino quod lucratus est.
3 Procurator pecuniā suā impendens pro ꝑficiendo domini mandato, ad vsuras ēt aget contra dominum.
4 Procurator domino actiones acquirere potest.

De fructibus rerum que in mandatum cadunt. Capi. j

Postremo nostre diuisionis species est eorum contractuum, quibus alienarum rerū cura ꝛ administratio suscipit̄, in quibus fructus quoqꝫ
1 veniunt, vt in mandato. † Cum enim mandatuꝫ sit bone fidei, soloqꝫ consensu perficiatur, consequens, vt simulatqꝫ quis sola voluntate mandatū alterius susceperit, ad illud perficienduꝫ obligatus sit, ꝙ si non perfecerit omnem vtilitatem, omne emolumentum, quod perfecto mandato consequi potuisset, prestare tenebitur, ꝛ ita Ulpia. lib. xxxj. ad edictum scribit. l. si procuratorem. §. mandati actio. māda. Sed si mandatarius, vt susceperat mandatum perfecerit, verbi gratia, fundum emerit, omnes fructus quos ex eodem fundo consecutus est, mādatori officio iudicis prestare eum oportere, idē Ul-
2 pianus ait. l. idē. §. si ex fundo. §. idē labeo māda. † Simili mō si ꝑcurator meus pecuniā meam fenori dedit, vsurasqꝫ ꝯsecutus est, cōsequenter idem Ulp. tradit. l. idemqꝫ. §. si procurator. debere eum prestare, quantumcunque emolumenti sensit, etiam si ei vt fenerarer minime mandauerim, nam bonefidei hoc congruit ne de alieno lucrum

no lucrum sentiant, quod si non exercuit pecuniã, sed ad vsus suos conuertit, in vsuras cõuenietur, que legitimo modo regionibus frequentantur. Deniqz Papinianus ait, si vsuras exegit procurator, ꝛ in vsus suos conuertit, ex mora vtiqz vsuras mihi pendet, quod ꝛ Ulpiano videtur dicto. §. si procurator. Adeo antẽ vsuras quas procurator meus ex pecunia mea consecutus est, mihi restituere tenetur, vt etiam si mandauerim, vt Titio pecuniam meam gratuitaz daret, ꝛ sine vsuris crederet, isqz non sine vsuris crediderit, eas tamen restituere debeat, quamuis si periculo suo credidisset, cessaret in vsurie mandati actio, idqz Ulpianus ꝛ Labeo probant dicta. l.
3 idem. §. si mandauero. †Econtrario si procurator pro perficiendo mandato pecuniam suam impenderit, idem Ulpianus scribit, non id tantum quod impendit, sed etiam vsuras eum consecuturũ. Usuras autem non tantum ex mora admittendas esse dicit, verꝫ iudicẽ estimare debere, si exegerit a debitore suo quis, ꝛ soluit, cum vberrimas vsuras consequeretur, equissimum enim erit, eius rationẽ haberi. Preterea vt in ceteris negotijs gerendis, ita ꝛ in litibus, bona fide qui mandatum suscepit, rationem reddere debet. Itaqz qđ ex lite consecutus erit, siue principaliter ipsius rei nomine, siue extrinsecus ob eam rem, Caius libro. iij. ad edictum prouinciale scribit. lege qui proprio. §. procurator. de procu. debere enim, mandati iudicio restituere, vsqz adeo vt si per errorem aut iniuriam iudicis non debitum consecutus sit, id quoque reddere debeat. Itez Papinianus lib. ij. responsorum ait. lege quod procurator. eodem titu.
4 †quod procurator ex re domini mandato non refragante stipulatꝰ, inuito procuratore dominus petere potest, per procuratorẽ quoque nos non solum retinere, sed ꝛ acquirere actiones, Paulus libro primo Manualium respondit. Postremo non solũ fructus quos percepit, sed etiam quos percipere potuit, mandatarius prestare dꝫ, ꝑcuratorem enim non tm̃ dolũ sed ẽt oẽm culpam prestare debere, Imperatores Diocletianus ꝛ Maximianus rescripserunt lege ꝑcuratorem. l. a procuratore. de procu.

SVMMARIVM

1 Amicus amici negotia gerens, ad fructus omnes perceptos tenetur.
2 Negotia gerens aliena, indebitum quod exegit restituere cogetᷣ.
3 Gestor negotioꝝ, pecuniã suam in negotia aliena impendens, vsuras repetere potest.

De fructibus negotiorum gestorum Capitu. ij.

c Idem fructuum ratio ha
1 benda est, †cũ quis sine mandato amicitia ductus, absentis negotia gessit, hic enim oẽs fructus, omnia emolumenta, omnia deniqz, quecunqz ex his negotijs retinet, negotioꝝ gestoꝝ actione restituere tenetᷣ, ꝛ ita Caius lib. iij. ad edictũ ꝑuinciale respondit. l. si quis absentis. de neg. gest. Apud Ulp. quoqz lib. x. ad edictũ scriptũ est. l. ait pretor. §. hec verba. de neg. gest. si qs negotia, que cuius cũ is moreretᷣ fuerint gesserit, ꝛ qđ post mortem accesserit, vt puta partus, ꝛ fetus, ꝛ fructus, ꝛ qđ serui acqsierunt, in iudiciũ negotio. gesto. venire. Amplius si quis pecunie negotioꝝ gerat, vsuras eũ prestare cogi, Paulus lib. j. sententiarum respondit. l. litis. eo. Preterea si fundum tuum, vel ciuitatis petiero, negotium tuum, vel ciuitatis gerens, ꝛ ampliores, quam oportuerit, fructus, ꝯsecutus fuero, hoc ipsum tibi vel reipublice prestare me debere, Ulpi. lib. x. ad edictum refert, lꝫ petere non potuerim. Item Pau. lib. xx. ad edictũ ait. l. si qs negotia. de nego. gest.
2 †Si qs negotia aliena gerẽs, indebitũ exegerit restituere eũ cogi. Nõ solũ aũt fructus quos percepit, sed ẽt quos percipere potuit negotioꝝ gestor restituere tenetᷣ, nec tm̃ sorte, verũetiam vsuras ex pecunia aliena perceptas eum prestaturum. Paulus lib. ij. ad neratium notat. l. atqui natura. de nego. gest. vel etiam eas quas ꝑcipere potuit, quam sententiam Papinia. lib. ij. responsoꝝ probat. l. qui aliena. de nego. gest. nã negotioꝝ gestor culpã prestare dꝫ, ꝛ talem diligentiã ꝛ curam rebus alienis gerendis adhibere, qualem diligentissimusquisqz paterfamilias rebus suis adhibere solet. qđ ꝛ ab Ulp. lib. x. ad edictũ rñsum est. l. si pupilli. §. fi. de nego. gest.
3 †Contra negotioꝝ gestor, si pecuniã suam in aliena negotia gerenda impenderit, vsuras quas ex ea percipere potuisset ẜm Pauli sententiam. l. at qui natura. §. non tantum. de nego. gest. a domino negotiorum repetet.

SVMMARIVM

1 Tutor ꝛ Curator quicquid ex rebus pupilli, ꝛ adulti perceperunt, restituere tenentur.
2 Tutores ꝛ Curatores vsuras prestabũt de pecunijs pupilli ꝛ adulti, quas in suos vsus verterunt.
3 Tutor vsuras pecunie sue petere potest, quam in vtilitatem pupilli impendit.

De fructibus qui in rationem tutele veniunt. Capi. iij.

b Ec autem que de procura
tore ꝛ negotioꝝ gesto. dicimus, in tutore quoqz ꝛ cura-
1 tore obseruãda erũt, †tutor. n. qcqd ex rebus pupillaribus, vel curator ex rebus adulti, furiosi, aut alterius, cuius curã gesserit, ꝯsecutus est, iudicio tutele vel negotioꝝ gestoꝝ actione restituere eũ debere, exploratũ est, tot. ti. de tute. ꝛ rõ. distrahẽ. hoc amplius cũ culpã ẽt pstare tutores ꝛ curato. debeãt fructus nõ solum quos ꝑceperũt, sed ẽt quos ꝑcipe bona fide potuerũt, eos restituturos Modesti. lib. ij. rñsoꝝ scribit. l. si sine. §. modestinus. de admi. tu. Impatores quoqz Diocl. ꝛ Maximia. ita rescripserũt. l. qcqd. C. arbit. tute. Quicqd tutoris dolo vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minores amiserint, vel cũ possent nõ ꝗsierint, ħ in tutele seu negotioꝝ gesto. iudiciũ venire, nõ est incerti iuris. †Pecunie ẽt
2 ꝙ in vsus suos tutores vel cura. verterũt, vsuras pstabũt. Itẽ si vsuras exactas tutor vel curator vsibus suis retinuerit, earum vsuras agnoscere eũ opꝫ, sane. n. parui referᷣ Ulp. ait, vtrũ sortẽ pupillarẽ an vsuras in vsus suos ꝯuerterit. Itẽ si tutor ꝑ ꝯtutore ꝯdẽnatꝰ fuerit eas vsuras pstabit, ꝗs ex sola administratiõe pstarᷣ cogeretᷣ, idqz in eũ diẽ quo tutelã restituit. Sꝫ etsi in emptionẽ pdioꝝ pecunia đposita fuerit, ꝛ post depositionẽ tutores ꝯparare pdia neglexerint, incipiẽt, ꝛ si morã fecerint depositioni pecunie eos similiter pstaturos vsuras, Ulp. rñdit. l. tutor ꝗ reptoriũ. §. si post depositionẽ. de
3 admi. tut. †Ecõtrario si pecuniã suã in vtilitatẽ pupilli, vel adulti tutores, vel cura. impenderint, eaꝝ vsuras ꝯsequentᷣ, idqz tandiu ꝙ diu tutor est, ꝛ post finitã tutelã quoad ei pecunia reddatᷣ nec dꝫ ei sterilis esse pecunia, nisi in ħa pupilli fuerit pecunia, vnde ꝙ sibi đbitum erat, ꝯsequi posset, tunc enim non deberi vsuras, idẽ Ulp. respondit. l. qd ergo. de contra. ꝛ vti. tute. act.

Tertij Libri de Fructibus, Finis.

Joannis Copi iurisconsulti, de Fructibus. Lib. iiij.

De fructibus qui in integrum restitutionem, reuocationem, rescissionem, vel redhibitionem veniunt. Titu. j.

SVMMARIVM

1 Restitutio in integrum qbus ex causis concedetur.
2 Minor predium emens pluris quã oporteat, pecuniam suam cum vsuris recuperat.
3 Minor dominium predioꝝ suorum alienare non potest.

De fructibus qui in restitutionem in integrum, ex causa etatis veniunt. Cap. j.

e T si emptio vẽditio permu
tatio, stipulatio, donatio, dos, ceteri deniqz contractus de quibus supra dictũ est, itẽ legata, heredũ institutiones alijqz actus legitimi firmissimo ꝛ gẽtiũ, ꝛ ciuili iure stabiliantᷣ, interdũ tñ iustis de causis vel reuocãtur, vel rescinduntᷣ, vel ꝑ in integrum restitutionẽ infirmantᷣ. Quare cum superioribus libris tractatũ fuerit, de ratione fructuũ, que in omni legitimo actu passiꝫ obseruatur, necessarium esse existimauimus, de ratione fructuũ, que in eorum reuocatione, redhibitione, rescissione, vel per in integrum
1 restitutione, infirmatione habetur differere. †In integrum aũt restitutio multis de causis ꝯcedit, in primis ex cã etatis minoribus.

xxv. annis, nam cum inter omnes constet fragile esse, & infirmũ huiusmodi etatis consilium, & multis captionibus suppositum multorumqȝ insidijs expositum auxilium eis pretor. l. j. de mino. xxv. an. pollicitus est, & aduersus captiones opitulationẽ. Itaqȝ verbi gratia, si in vendendo fundo circumscriptus sit, minor restituetur, iubebitqȝ pretor fundum cum fructibus reddere, & ita Paulus libro. j. sententiarum scribit. l. quod si minor. §. de restitutio. de mino. Item si in danda libertate minor lesus fuerit, vtilis de dolo actio dabitur in id, quod eius interfuit, non manumitti, & quicquid haberet si non manumisisset. Vlpianus libro. xj. ad edictum probat. l. verum.
2 §. j. eodem titulo. id ei prestandum esse. † Sed etsi minor ex sua pecunia, vel aliena, quam mutuam accepit predium pluris quam oporter emerit, Caius libro. iij. ad edictum prouinciale respondit. l. patri. §. si pecuniam. eodem titu. venditorem, non solum prediũ, sed etiam vsuras, quas ex ea pecunia percepit, vel percipere potuit, restituere debere. Vlpianus etiam libro. vj. opinionũ. l. minor. xxv. ann. cui fideicommissum. eodem titu. Cum quidam minor vigintiquinque annis predia patris sui ob debita rationis tutele aliorum, quam pater administrauerat, insolutum inconsulte dedisset, respondit, ad suam equitatem per in integrum restitutionem reuocandam rẽ esse vsuris pecunie, quam constiterit ex tutela deberi, reputatis, & cum quantitate fructuum perceptorum compensatis. Sed & imperatorum Diocletiani & Maximiani extat rescriptum huiusmodi. l. si predium. C. de predi. mino. sine decret. non alienan. † Si pre
3 dium rusticum, vel suburbanum, quod ab vrbanis non loco, sed qualitate secernitur, in pupillari etate cõstituta tutore authore, vel adulta sine decreto presidis prouincie, in qua situm est, vendidisti, secundum sententiam senatusconsulti dominium eius, sine ius a te discedere non potuit, sed vendicationem eius & fructuum, vel ijs non existentibus condictionem competere constituit. Et hec vera sunt, nisi emptor qui a minore emit, eum minorem esse ignorauerit, nam rescripto diui Gordiani ita expressum est. l. si contra. C. si quis ign. rem mino. est sine decret. compara. Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tue distracte sunt, conuenit earum possessorem, vt si ita probaueris gestum & possessio retrahatur, & fructus vniuersi reuocentur, si non bona fide emptorem fuisse q emit, constiterit.

SVMMARIVM

1 Restitutio sic fieri dȝ, vt quilibet integrũ ius suum recipiat.
2 Restitutus in integrũ sicut nõ morat̃ in dãno, ita nec in lucro.
3 Restitutus ad rem quam vendidit, lucrũ restituere debet quod ex pretio percepit.

¶ De fructibus a minore ei aduersus quẽ in integrum restitutionẽ obtinuit reddendis. Cap. ij.

Sicut autem minor per in integrum restitutionem, rem suam cum fructibus recipit, ita ei aduersus quem in integrum est restitutus, quicquid ex re illius percepit bona fide & locupletior factus est restituere tenetur. Nam & eum qui post aditam hereditatem restituitur, Vlpianus ait. l. pretor. §. non solum. de minori. prestare debere, si quid ex hereditate in rem eius peruenit, nec perijt per imbecilita
2 tem etatis. † Restitutionem enim ita faciendam esse vt vnusquisqȝ integrum ius suum recipiat, Paulus libro primo sententiarum. l. quod si minor. §. restitutio. eo. titu. respondit, quare eum qui a minore emit, iubebit pretor pretium recipere nisi tunc dederit, cũ eũ perditurum non ignoraret, sicuti facit in ea pecunia que ei consumpturo crederetur. Item ait. l. si fundus. §. quamquam. de reb. eo. q sub tute. vel cura. sunt. quamuis neqȝ distrahere neqȝ obligare tutor pupillare predium possit, si tamen errore lapsus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus paternis pueri soluerit, quandoqȝ predium domino cum fructibus vindicanti doli exceptio non inutiliter opponitur pretium, ac medij temporis vsuras, que creditoribus debentur non offerenti, si ex ceteris facultatibus eius solui es
3 alienum non potuerit. Diuus quoqȝ Antoninus rescripsit. l. vnica. C. de repu. que fi. in indi. in integ. restitu. † eum qui restituitur, sicut in damno non moratur, ita nec in lucro morari debere, & ideo quicquid ad eum peruenit, vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu hoc debet restituere. Sed & cum minor adijt hereditatẽ & restituitur, mox quicquid ad eum ex hereditate peruenerit, hoc eũ prestare cõuenit. Similiter diui Diocletianus & Maximianus rescripserunt. l. si predium. C. de predi. mino. sine decret. non alienan. eum qui a minore emit, si probare potuerit ad vtilitates minoris cessisse pecuniam, quam pretij loco numerauit, doli exceptionis auxilio pretium cum vsuris seruare posse. Idem Phorminio ita rescripserunt. l. vtere. C. de predi. mi. sine decre. nõ alien. Vtere viri prudentissimi Papiniani responso, ceterorumqȝ quorum precibus mentionem fecisti, sententijs ac doli mali exceptionẽ oppone pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cũ vsuris, que fisco deberentur, pupilli non offerentes fundos prouinciales, citra decretum presidis venundatos cum fructibus petant. Huic consentaneum est, imperatorum Valentiniani & Gallieni rescriptum huiusmodi. l. non solum. C. de predi. mino. sine decre. non
3 alienan. † Si tu fratribus tuis fundum per transactionem dedisti, vendicare eum potes, sed & si quid inuicem ab eis ex eodẽ pacto cõsecutus es, id mutuo restituere debebis. Diuus quoqȝ Gordianus in eãdem sniam ita rescripsit. l. j. C. si ma. fac. ven. ra. habue. Cum proponas curatorem patris tui sine interposito pretoris decreto, ꝑdium rusticum heredi creditoris, seu curatori eius destinasse venundare, eamqȝ vẽditionem deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum est predium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit superfluum pretij in ꝯpensationem deduci, quod ꝑsidis prouisione fieri conuenit, cuius solertie congruum est, si diuersa pars bonam fidem non amplectatur, in arbitrio eius ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita vt fenebris pecunia cum competentibus vsuris restituatur.

SVMMARIVM

1 Restitutio ei conceditur qui metu quid fecerit.
2 Metu impeditus ꝑcipere fructus, ad eosdẽ restitui debet.
3 Possessionem non sui fundi tradens, qualiter puniatur.

¶ De fructibus qui in restitutionem ex causa metus veniunt. Capi. iij.

1 Metus etiam † causa restitutionem in integrum pretor pollicetur, ait enim. l. j. quod me. cã. Quod me. cã gestum erit ratum non habebo. Si quis igitur metu compulsus, ancillas, pecudes, fundos, aliasve res alienauerit, non solum ipsas res metu extortas, sed & partus ancillarum, & fetus pecorum, & fructus, & omnem cãm restitui oportere,
2 Vlpianus lib. xj. ad edictum scribit. † Nec solum eos qui percepti sunt, verum si plus ego percipere potui, & per metum impeditus sum, hec quoqȝ me ꝯsecuturũ, idem Vlpia. tradit. Si quis aũt ꝙ metu extorsit non restituat in quadruplũ iudiciũ, in eum pretor pollicetur, quadruplari aũt id quanti ea res erit cum fructibus, & omni causa, idẽ Vlpia. l. si cũ exceptione. §. quadruplabitur. quod me. cã respondit. Pau. item li. v. ad Plantiũ ait. l. videamus. §. item si vi. de vsu. Si vi metusve causa rem tradam non aliter mihi restituisse videtur, quam si fructus restituat, nec mora mea mihi ali
3 quid aufert. Idem lib. xj. ad edictum ait. l. si mulier. §. si possessionem, ꝙ me. cã. † Qui possessionẽ nõ sui fundi tradit, non q̃ti fundus est, sed q̃ti possessio eius quadruplũ vel simplũ ꝯsequeꝛ, estimatur enim ꝙ restitui opȝ, id est ꝙ abest, abest aũt nuda possessio cũ suis fructibus, ꝙ Pomponio placet.

SVMMARIVM

1 Dolum passus restitui debet.
2 Dolũ ꝯmittẽs restituere dȝ quicquid ex re alterius ꝑcepit.

¶ De fructibus qui in restitutionẽ ex causa doli veniunt. Cap. iiij.

1 Dolus † quoqȝ restitutioni in integrum locũ facit, pretor enim. l. j. de dolo aduersus varios, & dolosos qui alijs obfuerũt, calliditate quadã subuenit, ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas
2 dãnosa. † Quãobrem q dolũ commisit, quicquid ad eũ ex re alterius peruenit restituere dȝ, vt Caius lib. iiij. ad edictũ ꝓuinciale respondit. l. itaqȝ. e. ti. & nisi restitutio fiat Paulus lib. xj. ad edictũ ait. l. arbitrario. e. ti. q̃ti ea res est, ꝯdẽnationẽ sequi. In heredẽ quoqȝ dolosi eatenus datur se eã actionẽ pretor. l. in heredem. eo. ti. pollicetur quatenus ad eum peruenit.

Summarium

SVMMARIVM

1 Absens cā rei publice restituit in integ. si lesus fuerit.
2 Miles in actione rescissoria lesus restituitur.

De fructibus qui in restitutionem ex cā absentie, vel alia quauis iusta causa veniunt. Cap. v.

A Lia est in integrum restitu
1 tio, ex cā absentie. l. j. ex quib. cau. maio. † Pretor eniz lesum ius p id tēpus, quo quis reipublice operam dabat, vel aduerso casu laborabat, restituit, necnon & aduersus eos q vel absentes reipublice cā fuerant, vel apud hostes detenti, in integrū restitutionem ɔcedit, ne vel obsit, vel prosit, ꝙ euenit. Quare eū q p captiuitatē fundi possessionē vel vsufruct⁹ quasi possessionē amisit restituēdū esse, Vlp. li. xij. ad edictū rñdit. l. ait pretor. §. itē ei, ex quib. cau. maio. & fructus quoqꝫ medio tēpore ab alio ex vsu fructu pceptos restitui, equū putat, idqꝫ & Papiniano placet, idez
2 Vlp. eo. lib. ait. l. necnō. §. fi. eo. titu. † In actione rescissoria q̄ aduersus militē cōpetit, equissimū esse, eius quoqꝫ tpis quo absens & fensus nō est, fructus eū prestare, ergo & militi debebūt restitui, & vtriqꝫ actio erit, vez ne cui officiū publicū, vel dāno vel compendio sit, quam sententiam Pōponius quoqꝫ & Africanus probant. d. §. fi. nō solū aūt i restōe que ex cā absentie dat hec obseruāda erūt sed in omni prorsum restitutione, que a pretore conceditꝰ & generali illa clausula. l. j. §. fi. l. sed etsi. §. fi. eo. ti. Si qua mihi iusta causa videbitꝰ in integrum restituam.

SVMMARIVM

1 Alienata in fraudē credi. reuocari debēt, & fructus restitui.
2 Fructus rei alienate in fraudē credi. qua actione restituantur.
3 Fructus terre coherentes tempore alienationis in fraudem facte restitui debent.
4 Fundus vna res censetur cum fructibus suis, & non due.
5 Alienata a liberto in fraudem patroni qua actione reuocentur.

De fructibus rerum que in fraudem creditorum alienate reuocantur. Capi. vj.

I N Fauiana etiaz actione,
1 & Pauliana, † p quam que in fraudē creditoꝝ alienata sunt, reuocantur, fructus restituuntꝰ, nā pretor id agit, vt perinde sint omnia, atqꝫ si nihil alienatū esset, ꝙ nō est iniquum nam & verbum, restituas, ꝙ in hac re pretor dicit, plenam hꝫ significationē, vt fructus quoqꝫ restituantꝰ, & ita Paulus lib. v. ad plantium scripsit. l. videamus. §. in fauiana. de vsu. Eodem modo Vlpia. ait. l. ait pretor. §. per hanc. de his que in frau. cre. † Per hāc
2 actionē res restitui dꝫ cū sua cā, & fructus non tm̄ qui percepti sunt veꝝ hi quoqꝫ qui percipi a fraudatore potuerūt, veniunt. Partuz quoqꝫ in hāc actionē venire verius esse puto. Preterea generaliter sciendū est, in hac actione restitutionē fieri oportere in pristinū statū, siue res fuerint, siue obligationes, vt perinde omnia reuocentur, ac si liberatio facta nō esset propter ꝙ ēt medij temporis cōmodū, ꝙ quis consequeretꝰ liberatione non facta, prestādū erit, dū vsure non prestentꝰ, si in stipulatū deducte nō fuerint, aut si talis cōtractus fuerit, in quo vsure deberi potuerūt, ēt non deducte. In ean
3 dem sententiam Venuleius respondit. l. fi. §. fi. eo. tit. † non solum rem ipsam alienatam restitui oportere, sed ēt fructus qui alienationis tempore terre coherent, qꝛ in bonis fraudatoris fuerunt. Item eos qui post inchoatum iudiciū recepti sunt medio aūt tempore p cep. os in restitutionem non venire. Itē partum ancille per fraudez alienate, medio tpe editū, in restōnem non venire, qꝛ in bonis fraudatoris non fuerit, Proculus ait. d. §. fi. si mulier post alienatiōnē conceperit, & anteqꝫ ageretꝰ, pepererit, nullam esse dubitationē, qn partus restitui non debeat, si vero cuz alienaretꝰ pregnās fuerit, posse dici partum quoqꝫ restitui oportere, fructus autem fundo cohesisse non satis se intelligere, Labeo ait. d. §. fi. vtrum duntaxat qui maturi, an ēt qui immaturi fuerint, pretor significet, ceterum etiam si de his senserit, qui maturi fuerint, nihilo magis possessionē resti
4 tui oportere, † nam cum fundus alienaretur, quod ad euz eiusqꝫ fructus attineret, vnam quandam fuisse, id est fundum cuius omnis generis alienationem fructus sequantur, nec eum qui tempore hyberno habuit fundum centum, si sub tēpore messis vindemie ve fructus eius possit vendere decem, idcirco duas res, idest fundum cētum & fructus decem habere eum intelligendum, sed vnam rem habere, id fundum centum, sicut is quoqꝫ vnam rem haberet, qui sepa
5 ratim solum edium vendere possit. † In Fauianam etiam & Caluisianā actionē, per quā, que in fraudem patroni a liberto alienata sunt, reuocantur. Vlpia. ait. l. j. §. si quid in frau. patro. ēt fructus venire qui sunt post litē ɔtesta. percepti, & Martianus lib. iij. regulaꝝ scribit. In fauiana & Caluisiana actione recte dici etiā preteritos fructus venire, quatenus pretor omnē fraudem libertorum vult rescindere. Multo magis in fraudē fisci res alienate non ipse nude, sed cum fructibus restitui debent, nam & res fisco debitas cū fructibus restitui oportere. s. ostendimus.

SVMMARIVM

1 Fructus in restitutionem veniunt, cum res contra legum precepta alienate reuocantur.
2 Emens rem ecclesiasticam pretio cadit, & fructus restituit.
3 Emens seruos rusticos aut censitos, eosdem restituet, cum his que per eos acquisiuit.

De fructibus, qui in restitutionem ex causa solennium omissorum veniunt. Capi. vij.

1 P Roinde cū res † aduersus precepta legū alienate reuocantꝰ, fructus ēt in restitutionem veniunt. Si quis eniz pretermissis solēnibus, & nō seruato iuris ordine ecclesiastica predia donationis, vel emptionis, seu commutationis, titulo, vel cuiuscunqꝫ ɔctus, alterius nomine acquirere, vel habere tentarit, omnem huiusmodi fructuz proprie temeritatis amittat, & pretia quidem, & munera que eius rei gratia data fuerint economis siue alijs quibuscunqꝫ personis, Imperatores Leo & Anthemius cōstituerunt. l. iubemus. §. sane. de sacrosa. eccle. ecclesie lucris & commodis acquiri, predia autem, & in his omnia constituta ab ipsis clericis, & temporalibus economis, cum fructibus, seu pensionibus & accessionibus medij temporis vendicāda esse, vt tanquam penitus a nullo empta vel vendita teneantꝰ. Similli modo diuus Iustinianus constituit. aucten. qui res. C. de sac.
2 san. eccle. §. qꝛ vero, auc. de non alienan. re. eccl. colla. ij. † eū qui rē ecclesiasticam, aut ptochichā emere presumpserit pretio cadere, & rem quam acceperit, cum omni incremento medij temporis res restituere debere. Item si quis rem debitoris fisci solēnibus similiter non seruatis emere, fructus quoqꝫ restituere tenetꝰ, vt rescripto diui Alexandri ɔtinetꝰ. l. j. C. de fi. instru. & iu. hast. fisc. ꝙ est hm̄oi. Quod in libellum ɔtulisti procuratori meo, ad cuius offm̄ desiderium tuum pertinet, allega. cui si probaueris nō authore pcuratore vel eo cui vendendi fuit facultas, neqꝫ habitis hastis, neqꝫ omni ordine peracto, vēditas res esse, & id qđ ex cā iudicati debes exolueris, rescissa vēditione mala fide facta, easdem res recipies, cū fructibus quos ad emptorē mala fide peruenisse vel peruenire debuis
3 se ɔstiterit. † Eadem rōne si quis rusticos censitosqꝫ seruos absqꝫ gleba ɔparauerit, diui Valentinianus & Valēs ɔstituerūt. l. quēadmodum. C. de agri. & censi. non solum seruos, sed ēt ea que p ipsos acquisiuit, vel acquirere potuit, restiture debere. Sed etsi testamentum nullius momenti esse declaretur, irritumve fiat vel infirmetur, fructus quoqꝫ a scripto herede simul cum hereditate reuocari supra demonstratum est.

SVMMARIVM

1 Mulieres pro alijs intercedere nequeunt.
2 Creditor a marito fundum mulieris in solutum accipiens, non potest eam domino spoliare.

De fructibus qui in restitutione ex causa sexus veniunt. Capitu. viij.

I Llud notissimum est sena tusconsulto Velleiano. l. j. §. toto. titu. ad senatusconsul. Velle. † imbecillitate feminaꝝ subueniri ne p alijs in
1 tercedant, & si re ipsa intercesserint ipsam intercessionē vt irritam, & nullius momenti reuocari, in qua reuocatione etiā fructus veniūt. Vnde Pomponius. lib. j. senatusconsultorum scribit. l. si mulier. §. si mulier. ad velle. Si mulier rē a se pignori datā p intercessio-

nem recipere velit, fructus etiam liberos eam recepturam. Huc pertinet imperatoris Gordiani rescriptũ tale. l. si sciens. C. ad vel.
2 †Si sciens creditor a marito propter debitum fundum mulieris, lz ea consentiente pignori accepit, propter senatusconsulti auxiliũ vendendo eum, dominium mulieri auferre nequiuit, tibiq; si matri heres extitisti, eundem fundum cum fructibus vendicanti, pretium restituere necesse est. Per contrarium creditori in veterem debitorem actionem restitutoriam dari equum visum est, per quam debitum viuras, & omnem accessionem, causamq; consequitur. l. si mulier. C. ad velleia.

SVMMARIVM

1 Error siue ignorantia iustam causam restitutioni prebet.
2 Indebitum solutum cũ eo q̃ accessit p̃ ꝯditionem repetitur.

De fructibus qui veniunt in restitutionem ex causa erroris. Capi. ix.

1 Proinde iustum † errorem, probabilemq; ignorantiam, inter ceteras ex quibus reuocatio conceditur causas enumerari nemini est incognitum, vt ecce si quis indebitum per errorẽ soluerit repetere & reuocare id q̃ soluit potest, nec solũ id ipsum q̃ per errorem inconsulte soluit, sed etiam fructus eius repetit, vt Paulus li. v. ad plautium scribit. l. videamus. §. item si indebitum de vsu. Idem libro. x.
2 ad Sabinum indebiti soluti ꝯdictionem naturalẽ esse recte putat. l. indebiti de ꝯdi. inde. & ideo ẽt q̃ rei solute accessit venire in condictionem, vt puta partus qui ex ancilla nati sunt, vel q̃ alluuione accessit, immo & fructus quos is cui solutum est bona fide perceperit in ꝯdictionẽ venient. Sz in hoc Pauli respõso obiter animaduertendum est percepisse bona fide eum dici non qui opinione domini p̄cepit, sed qui sciens se dñm nõ esse vt diligens administrator rei aliene, ex re ipsa iuste & honeste percepit.

SVMMARIVM

1 Fructus rei ob causam date, causa non secuta repetuntur cum ipsa re.
2 Fundus causa dotis datus, affinitate renunciata repetitur cum fructibus.
3 Fructus rei donate cã mortis, restituunẽ cum re, causa cessante.

De fructibus qui in restitutionem ex causa non secuta veniunt. Capitu. x.

1 Preterea datum ob causaz ea non secuta, reuocari potest, †& non solũ res ipsa que data est, sed ẽt fructus eius in restitutionẽ veniunt, veluti si fundus dotis nomine traditus sit et nuptie secute nõ fuerint, cõdictionem cum fructibus repeti posse iulianus lib. xvj. digestorum respondit. l. qui se debere. de condi. ob cau. ideq; iuris esse ait õ ancilla, & partu eius. Eodem mõ Paulus lib. v. ad Plautium pro
2 bat. l. videamus. j. respon. de vsu. †si dotis cã fundus datus sit renunciata affinitate fructus quoq; restituendo esse, vtiq; si qui percepti sunt eo tempore quo sperabatur affinitas, sed & posteriores si in re mora fiat, ab illo qui reddere dz omnimodos restituẽdi sunt, sed etsi per mulierem stet quominus nuptie contrahantur, magis est vt debeat fructus recipere, ratio autem hec est, q̃ si sponsus nõ conueniebatur ad reddendos fructus, licuerat ei negligere fundũ.
3 Item si fundus cã mortis donatus sit, & causa defecerit, q; conualit donator fructs restituendos esse. s. expofuimus. Idem probandum erit de ijs que sine causa data reuocantur. Idem etiam dicemus de ijs que ob turpem ex persona accipientis causam reuocanẽ, nam & fructus restituendi sunt, dum tamen meminerãmus pecuniam ipsam, non etiam vsuras, peti posse, & ita imperatorum Diocletiani & Maximiniani rescripto continetur. l. quoties. C. de condictio. ob tur. cau.

SVMMARIVM

1 Fructus rei vendite restituunẽ resoluta venditione.
2 Fundi in diem addicti commodum & incommodum ad emptorem spectat.

De fructibus qui in redhibitionem ex causa pacti veniunt. Capi. xj.

1 Illud nullaz habet dubitationem, posse inter emptorem & venditorem conuenire,
1 †vt si intra prestitutum diem alius meliorem conditionem adtulerit venditio resoluatur, quo casu fructus quoq; restitui debent. Nam quod supra dictum est, fructus interea captos priorem emptorẽ sequi, Vlpianus libro vigesimooctauo. ad Sabinũ ait. l. item quod. de addict. in diem. toties verum esse quoties nullus emptor extitit, qui meliorem conditionem adferat, vel falsus existat. Si vero extitit emptor posterior, fructus refundere priorẽ debere constat venditori, idq; a Juliano responsum est, dicta. l. itẽ quod eodem titu. Idem Vlpianus. l. eum qui. eo. titu. eodem lo
2 co ait, †fundo in diem addicto, & commodum, & incommodum oẽ ad emporem pertinere, antequam venditio transferatur, & ideo si quid tunc vt aut clam factum est, quamuis melior cõditio alata fuerit, ipse vtile interdictũ habebit, sed eam actionem, sicut fructus, inquit, quos p̄cepit, vẽditi, iudicio prestaturus est Idem Vlpianus lib. xxxij. ad edictum refert. l. imperator. eo. titu. imperatorem Seuerũ rescripsisse, fructus in diem addicte domus cum melior conditio fuerit allata venditori restitui necesse esse. Sed etsi emptor alium non idoneum subiecerit, Paulus libro. v. ad Sabinũ scribit. l. si venditor primo respon. eo. titu. se non videre quemadmodũ prior sit emptus, cum alia venditio & vera postea subsecuta sit, sed verum esse venditorem deceptum ex vendito, actionem habere cũ priore emptore, quanti sua intersit id non esse factum, per quã actionem & fructus quos prior emptor perceperat, & quod deterior res culpa vel dolo malo eius facta sit, recipiet venditor, & ita Labeoni & Nerue placuit, dicta. l. si venditor. Verum si quis extiterit qui meliorem conditionem adferat, deinde prior emptor aduersus eum licitatus sit, & penes eum emptorem manserit, Vlpianus libro vigesimooctauo ad Sabinum dubitari posse ait. d. l. item quod. §. fi. eod. titu. vtrum fructus ipse habeat, quasi nulla meliore conditione allata, an vero venditoris sint, licet sit persona que meliorem cõditionem attulerit, & putat venditoris esse, nisi aliud actum sit, in q̃ sententiam Pomponius quoq; inclinat. dicto. §. fina. Illud notãdum est quod Paulus ait dicta. l. si venditor. §. fina. eodem titu. ideo meliorem conditionem allatam videri, si tantundem pretium alius det, hoc ipso quod fructus eum non sequuntur, qui secuturi essent priorem emptorem, quia id non agitur inter emptorem & venditorem.

SVMMARIVM

1 Fructus rei vendite restituuntur vẽditione resoluta ex pacto legis commissorie.
2 Venditio qñ per legem commissoriam rescindatur.

De fructibus qui in redhibitione ex pacto legis commissorie veniunt. Capi. xij.

1 Pari ratione resoluta ex pacto legis commissorie venditione fructus †etiam restitui debere exploratum est, nam vt Neratius li. v. Mẽbranarum respondit. l. leg. de leg. commis. Lege fundo vendito dicta, vt si intra certum tp̃s pretium solutum non sit, res inempta eẽt, de fructibus quoq; quos interim emptor percepisset hoc agi intelligendum est, vt emptor interim eos sibi suoq; iure percipiat, sed si fundus reuenisset, Aristo existimat, dicta. l. lege. venditori de his iudicium in emptorem dandum esse, quia nihil penes eum residere oporteret ex re in qua fidem fefellisset. Sceuola quoq; de lege com
2 missoria interrogatus ita respondit. l. lege. eo. titu. †si per emptorẽ factum sit quo minus legi pareretur, & ea lege vti vẽditor velit, fundos inemptos fore, & id quod arre, vel alio nomine datuz esset, apõ venditorem remansurum, nec id quod accessurum dictum est emptori deberi.

SVMMARIVM

1 Fructus rei vendite sub conditione restituentur, si venditio reuocetur.
2 Venditio facta ꝯtẽplatione aliqua reuocari potest, non impleto eo cuius contemplatione facta fuit.

De fructibus

¶ De fructibus qui in rescissionem ex causa pacti
de retrouendendo veniunt. Capitu. xiij.

Solet etiam interdũ conue-

1 nire, † vt venditori sub conditione vel modo rem suam
venditam ab emptore repetere, ⁊ in suum dominium re
uocare liceat, quo casu si conditio impleta fuerit, fructus restituen-
di sunt. Nam imperator Alexander. l. ij. C. de pac. in. empo. ⁊ ven-
di. ita rescripsit. Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt, vt si
ue ipsi siue heredes eorũ, emptori pretiuꝫ quandocunqꝫ, vel intra
certa tempora, obtulissent, restitueretur, neqꝫ parato satisfacere con
ditioni dicte heres emptoris non paret, vt contractus fides seruet̃,
actio prescriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione
eorum que post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad ad-
uersarium peruenerunt. Cui sententie congruit illud quod impera
tores Carus, Carinus, ⁊ Numerianus ita rescripserunt. l. cum te
2 fundum. de pac. inter emp. ⁊ vendi. † Cum te tuum certe rei cõtẽ
platione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse com-
memoras, poterit tibi ea res non eẽ fraudi. quando non ipleta pro-
missi fide dominij tui ius in suam causam reuerti conueniat, ⁊ ideo
aditus competens iudex, fundum cuius mentionem facis, restitui
tibi cum fructibus suis sine vlla ludificatione, sua auctoritate perfi-
ciet, precipue cum ⁊ aduersa pars receptis nummis suis, nulllã pas
sa possit videri iniuriam.

SVMMARIVM

1 Venditor vitia rei nota facere debet emptori.
2 Mancipium cũ redhibetur restituere debet emptor quicquid ex il
lo ad se peruenit.
3 Emptor redhibens mancipium, restituere debet quicquid per ser-
uum acquisitum est.
4 Judici facto que incumbere dicantur.
5 Redhibitoria actio tam venditorẽ quam emptorem restituere dꝫ.

¶ De fructibus qui in redhibitionem ex causa
morbi, vitij ve veniunt. Capi. xiiij.

Ob hoc morbum, vitiuꝫ

ve rei alienate, redhibitio edilium edictuꝫ datur. Aiũt
1 enim ediles. l. j. de edili. edic. † Qui mancipia vendũt,
certiores faciant emptores quid morbi, vitij ve cuiqꝫ sit, quis fugi-
tiuus, erro ve sit noxa ve solutus non sit, eaqꝫ omnia cum ea manci-
pia venierint, palam ac recte pronuncianto, quod si mancipium ad
uersus ea venierit, siue aduersus quam dictuꝫ, promissum ve fuit cũ
veniret, fuerit, quod eius prestari oportere dicetur, emptori omni
busqꝫ ad quos ea res pertinet iudicium dabimus, vt id mancipium
redhibeat̃. Si quid aũt post venditionem, traditionem, deterius
opera emptoris familie procuratorisve eius factum erit, siue quid
ex eo post venditionẽ natum acquisitum fuerit, ⁊ si quid ei in ven-
ditione accesserit. siue quis ex ea re fructus ad emptorem peruene
rit, vt ea omnia venditori restituat. Hoc autem edictum Ulpianus
lib. j. ad edictum edilium curulium ita interpretatur. l. cum autẽ. §.
2 cum redhibetur, de edili. edic. † Cum redhibetur mancipium, si qd
ad emptorem peruenit, vel culpa eius non peruenit, restitui opor-
tet, nec solum si ipse fructus percepit mercedesve a seruo vel con-
ductore serui sed etiam si a venditore fuerit idcirco consecutus, qȯ
tardius ei hominẽ prestitit, sed etsi a quouis alio possessore fructꝰ
accepit, emptor restituere eos debebit, sed ⁊ si quid fructuum no-
mine consecutus est, id prestabit. Item si legatuꝫ, vel hereditas, ser
uo obuenerit, neqꝫ refert potuerit hec consequi venditor, an non po
tuerit, si seruum non vendidisset, ponamus enim talem esse qui ca-
pere ex testamento non potuerit, nihil nocebit hec res. Pedius q
dem etiam illud non putat, dicto. §. cum redhibetur. esse spectãduꝫ
cuius contemplatione testator seruum heredem scripserit, vel ei le
gauerit, quia etsi venditoris mansisset, nihil hec res emptori prode
rat, ⁊ per contrarium, inquit, si contemplatione venditoris institu-
tus proponeretur, tamen diceremus restituere emptorem non debe
re venditori, si nollet eum redhibere. ⁊ generaliter dicendum Ca-
ius lib. j. ad edictum ediliũ curulium scribit. l. ⁊ generaliter. de edi-
3 li. edic. † quicquid extra rem emptoris per eum seruum acquisitum
est, id iustum videri reddi opportere. Sed etsi forte post venditio-
nem vsusfructus proprietati adcreuerit, indubitate hoc quoqꝫ ven
ditori restituendum Ulpianus probat. l. quod si nolit §. j. eo. titu.
Item si peculium quesijt apud emptorem, si quideꝫ ex re emptoris
accessit, dicendum esse idem Ulpianus existimat. d. §. j. apud ip-
sum relinquendum, si aliunde creuit ven ditori restituendum. Ideꝫ
ait. dicta. l. quod si nolit. §. si plures. eo. ti. si plures heredes empto
ris pro suis portionibus singulos recte agere, sed fructus ⁊ accessio
nes ab ipsis pro parte prestandos esse. Sed hec omnia que expri-
muntur edicto ediliuꝫ, Ulpianus ibidem ait. l. ediles. §. item scien-
dum. eo. ti. prestare emptorem debere, si ante iudicium acceptum
facta sint, idcirco enim necesse fuisse ea enumerari, vt si quid eoruꝫ
ante litem contestatam contigisset, prestaretur, ceterum post acce-
ptum iudicium tota ea ad hominem restituendum in iudicio, versa
4 tur, ⁊ tam fructus quaꝫ id quod deterior factus est, ceteraqꝫ † veniũt
iudici enim statim atqꝫ iudex factus est, omnium rex offm̃ incum-
bit quecunqꝫ in iudicio versantur, ea autem que ante iudicium con
tingunt non valde ad eum pertinent nisi fuerint nominatim ei iniun
cta. Econtrario emptor a venditore dꝫ recipere pretium, quod pro
eo homine dedit, qui redhibetur, ⁊ vsuras eius consequi, vel si quid
accessionis nomine dedit, ⁊ ita Ulpianus scribit. l. debet. eod. titu.
Quod si venditor neqꝫ pretium, neqꝫ accessionem, soluat, dupli pre
tij, ⁊ accessionis, condemnari iubetur, idqꝫ Caius libr. ij. ad edi-
ctum edilium respondit. l. redhibitoria. eo. titu. Sed etsi serui red-
hibendi nomine emptor iudicium accepit cauendum esse ex vtraqꝫ
parte Paulus ait. l. item si serui. eo. titu. vt si quid ex eo quod agi
tur, ad eum ꝑuenit, dolo ve malo eius factum sit, quo minus ꝑueni
ret, id reddat. ⁊ generaliter Ulpianus refert. l. cum autem. §. iulia
5 nus. eo. ti. Julianum dicere † iudiciuꝫ redhibitorie actionis vtrũqꝫ
⁊ emptorem ⁊ vendi. quoddammodo restituere debere ⁊ Paulus
facta redhibitione omnia in integ. resti. censet. l. facta. e. tit. perin-
de ac si neqꝫ emptio neqꝫ venditio intercessisset.

Quomodo fructuum condemna
tio exequenda sit. Titu. ij.

SVMMARIVM

1 Fructuum q̃ttitas restituenda, ꝑ iudicem taxari debet.
2 Possessor qñ ad fructus ꝯsumptos teneat̃, ⁊ qñ non.
3 Usufructus in biennium ꝯtinuum debitus si non prestiterit heres
nihilominus in postremum prestare tenetur.

¶ Quomodo fructuum condemnatio exe-
quenda sit. Capi. vnicum.

Cum autem quis secũdum

1 ea que. s. diximus fructus restitu(e)re iussus est. † Primũ
in exeqũeda sua sentẽtia obseruare iudex dꝫ, vt si incer
ta restituendoꝝ fructuũ q̃ttitas sit, eam declaret, vt ecce si quis fun
dum cum fructibus. x. anno. quibus possedit restituere iussus sit,
nec appareat quantum singulis quibusqꝫ annis fructuum ex eodeꝫ
fundo percipi potuerit, ſm arbitrium rusticoꝝ ⁊ vicinorum q fun-
di qualitatem ⁊ vbertatem cognitam habent, ⁊ quanti idẽ fundus
locari solitus fuerit, alijsqꝫ prout cause qualitas exegerit probatio
nibus adhibitis, q̃ttitatẽ fructuum qui restitui debent taxabit, ⁊ si q
dem fructuũ species adhuc extent, ad eas ipsas restituendas con-
2 demnatum compellet. † Si vero non extent. sed dolo ipsius posses-
soris extare desierũt, quanti aduersarius in litem si vlla taxatione iu
rauerit damnandũ, Qȯ si sine dolo eos consumpserit, q; forte tales
erant fructus qui facile corrumpi, nec diutius seruari poterãt, ⁊ ob
id eos primo quoqꝫ tempore venire expediebat, estimationẽ eorum
prestaturum eũ Ulpianus scribit. l. is cui. §. queri. vt in pos. lega.
3 seu fideicommis. † Unde si vsusfructus mihi in bienniũ ꝯtinuum a
morte testatoris legatus sit, ⁊ ꝑ heredem steterit quo minus eũ mi-
hi daret, preterito biennio nihilominus teneri eum Pomponius
ait. l. si vsusfructus mihi. de vsufruc. lega. queadmodũ teneretur, si
res legata in rerum natura esse desijsset, quam quis deberet mo-
ratusqꝫ esset in ea danda, vt peti quideꝫ iam vsusfructus qui lega-
tus fuerit, sed estimatio eius dũtaxat faciẽda sit, idẽqꝫ ⁊ Aphrica-
nus respondit. l. q vsumfructũ. §. si. cũ. l. seq. de vsufruc. est aũt esti-
matio facienda eius temporis quo post moram vsqꝫ ad restitutio-
nem fructus pluris fuerũt in ea regione in qua restitui debent. sed
cũ fructus vno anno pluris alio minoris, estimentur, equũ videt̃ vt
habita rõne estimationis vniuscuiusqꝫ anni restitutio fiat, quod ple
risqꝫ senatusconsultis declaratum est.

De fructibus Sacerdotiorum & beneficiorum. Titu. iij.

SVMMARIVM

1 Fructus sacerdotiorum ad eos spectant qbus iure collata sunt.
2 Clerici si ecclesie seruierint, de patrimonio Christi viuere debēt.
3 Decime fructuū iure debent̄ ecclesiarum rectoribus.
4 Canonicis rite institutis q fructus & distributiones debeantur.

¶ De fructibus Sacerdotiorum & beneficiorum. Capitu. j.

Expositis omnibus que d ratione fructuum ciuili iure constituta sunt, superest vt de ijs que Pontificio iure ad hanc eandem fructuum rationem pertinentia introducta sunt, disseramus. Multa enim de sacerdotiorum, & beneficiorum fructibus Pontificij iuris authores constituerunt, que ciuilis iuris conditoribus incognita fuisse palam est, & primum quidem illud generaliter tenendum est. † Omniū
1 sacerdotiorum fructus, reditus, obuentiones, eorum esse quibus in re collata sunt, quiq; rite & solenniter sacra peragunt, sedulo q; & fideliter omnia sibi iniuncta munia obeunt, quod & Innocētij tertij cōstitutione exprimit̄, cuius verba hec sunt capitu. cum secundum. de preben. in antiq. Cum secundum apostolum qui altari seruit viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur repelli non debeat a merce
2 de, patet a simili, vt † Clerici viuere debeāt de patrimonio Jesu xpi cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio p̄suadet cū enim a cleros, quod est sors, vel hereditas, clerici appellentur, quia in sui ordinatione vel assumuntur in hereditatem domini, vel assequuntur hereditatem, in ipso vt vere possint psallere cum prophe ta dicente, Dominus pars hereditatis mee, dignum est vt ecclesie stipendijs sustentetur, in qua & per quam diuinis officijs adscribuntur. ¶ Idem diuus Gregorius ita scribit. Canoni. ecclesiasticis. xij. questio. secunda. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, vt qui se voluntarijs obsequiorum necessitatibus sponte subijciunt, digne nostris prouisionibus cōsolentur. † Quamobrem & decime que sunt parythion
3 fructus earum rectoribus deberi exploratum est capi. cum contingat. capitu. cum tua. de deci. in antiq. cum similibus. nisi alijs vel ex priuilegio vel ex antiqua consuetudine debeantur. ¶ Sed etsi ex priuilegio decime rectoribus debentur. Sunt item episcopatus fructus quarta decimarum & mortuariorum duo solidi synodatici, seu cathedratici nomine, pensio pro annua visitatione, alijq; similes reditus quos episcopis deberi Honorius tertius decreuit cap. conquerente. de offi. ordina. in antiq. quarta tamen decimarum & mortuariorum in vsu esse desijt. ¶ † Preterea canonicis recte in
4 stitutis quotidianas distributiones, ceterosq; & crassiores, vt aiunt, & minutiores prebendarum fructus deberi nemini est incognitum. In summa singulorum beneficiorum fructus eis debentur, quibus legitime collata sunt, quiq; vt supra diximus, munera ecclesiastica diligenter exequuntur. Quis enim vt diui Pauli verbis vtar. i. ad Corinthi. capitu. ix. militat suis stipendijs vnq̄. Quis plantat vineam & de fructu eius non edit. Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat, Nunquid secundum hominem hec dico, An & lex hec non dicit, Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo, An propter nos vtiq; hoc dicit, Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus p̄cipiēdi. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus.

SVMMARIVM

1 Fructus beneficiorum, etiam cum vacarent percepti, debentur ijs quibus rite collata fuerint.
2 Episcoporum decedentium bona non sunt diripienda, sed successori futuro reseruanda.
3 Fructus beneficiorum vacantium futuris seruari debent successoribus.
4 Prelati bona ecclesiarum vacantium diripientes, qua pena plectē di. & nu. seq.
6 Ecclesie cathedrales, regulares, & collegiate, quo differant a reliquis ecclesijs.

¶ De fructibus beneficiorum vacantium futuris successo. reseruandis. Capitu. ij.

Deo autem fructus benefi
1 ciorum † ad eos quibus rite collata sunt pertinent, vt nō tantum ex collationis, sed etiam ex ipso vacationis tempore, percepti fructus, eisdem debeantur, naz & fructus a defuncto prelato percepti qui in bonis eius esse ceperunt, & mortis tempore extant, eisdem debentur, nam & Calcedoniensis synodus decreuit. c. qm̄ quidam. lxxxj. dist. viduate ecclesie reditus apud economum eiusdem ecclesie reseruari debere. In sexta quoq; sinodo constitutum est. ca. non licet. xij. q. ij. non licere alicui metropolitano, moriēte episcopo qui sub eo est, aut res suas, aut ecclesie sue auferre, sed sint sub custodia clericoꝝ ecclesie defuncti episcopi, vsq; du; alius ordinetur episcopus, si vero clerici in ecclesia non fuerint, tunc metropolitanus illibata omnia episcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.
2 Idem ab Inn. ij. veritū esse scio. can. illud. xij. q. ij. † Ne quisq; hominum decedentiū bona epoꝝum diripat, sed ad opus ecclesie & successoris sui in libera economi & clericoꝝ potestate permaneant. cū igitur fructus a defuncto prelato iam percepti, & nec dū ab eo consumpti, futuris successoribus reseruari debeant, multo magis ij qui post mortem eius vacationis tempore p̄uenerunt, reseruandi erūt, idq; cautū est Bonifacij octaui ḡstitutione hmōi. c. q: sepe. de electio. in. vj. Quia sepe ḡtingit q̄ cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis ecclesijs vacantibus, capitula, conuentus, collegia, & singulares earundem persone, bona a prelatis ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obuenientia, que in vtilitatem dictarum ecclesiaꝝ expendi, vel futuris deberēt successoribus fideliter reseruari, occupant, inter se diuidunt, subripiunt, dilapidant, dissipant, & consumūt in earum graue dispendium & iacturam. Nos ipsoꝝ ausus reprimere, ac ecclesiaꝝ idēnitatibus precauere, volentes, decernimus vt hi qui premissa de cetero presumpserint, eo ipso sint & tādiu maneāt ab officio & beneficijs quibuscunq; suspensi, donec plene restituerit quicquid de bonis, perceperint. s. dictis. Nō ob. quibuslibet priuilegijs, vel indulgentijs aut ḡrijs consuetudinibus, constitutionibus vel statutis iuramento, ḡfirmatione sedis aposto. aut alia quacūq; firmitate, vallatis, que omnia quo ad hoc auctoritate apostolica reuocamus, cassamus, irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis. Quam Bonifacij constitutionem, Clemens quintus, i omni genere fructuum locum habere declarauit, in hunc modum.
3 c. statutum. de elec. in cle. † Statutum sup bonis a prelatis cathedraliū, regularium, & collegiataꝝ ecclesiaꝝ dimissis, aut obuenientibus, tempore vacationis eaꝝ futuris successoris fideliter reseruādis, editum, locum declaramus habere in omni emolumento quod prouenit ex iurisdictionis & sigillo curie ecclesiastice, vel secularis aut alias vndecunq;, quod ad prelatos ecclesijs non vacantibus p̄tineret, cōsuetudine qualibet contraria non obstāte, ita tū q̄ in istis & similibus rationabiles deducantur expense. ¶ Quod autem de fructibus ecclesiaꝝ cathedraliū regulariū, & collegiataꝝ decretum est, idem fere de fructibus ceterarum ecclesiaꝝ vacantium dicēdū erit, de his enim idem Bonifacius octauus, ita constituit. c. pre
4 senti. de offi. or. in. vj. † Presenti prohibemus edicto ne epi vel eorum supiores, aut abbates seu quis alij regulares, vel seculares prelati, aut ecclesiastice quecunq; persone vacātibus, dignitatibus p̄sonatibus, prioratibus, vel ecclesijs quibuscunq; sibi subiectis, seu ad collationem, ordinationem, presentationem, vel custodiam, pertinētibus, eorundem bona morientibus eorum rectoribus, vel ministris in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, que in vtilitate eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari occupare, aut in alios vsus suos ḡuertere quoq;uo p̄sumant. Nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iam prescripta legitime, seu alia cā rationabili, hoc eisdem competere dignos
5 cantur. † Alioqui epi, & eoꝝ superiores, ab ingressu ecclesie, ceteri vero ab officio, & beneficio, tandiu eo ipso nouerint se suspensos, quousq; restitutionem fecerint de predictis. Porro vbi ex priuilegio vel consuetudine seu alia de cā rationabili, sibi aliquis predictorum asserit bona competere supradicta, hoc de illis bonis solum debet intelligi, que solutis debitis, si que fuerint necessaria p̄ seruitutibus & ministris, ac incūbentibus oneribus vsq; ad nouos reditus supportandis congrue reseruatis, ex ipsis reperta fuerint supes
6 se. † Ex cuius constitutionis verbis manifeste apparet cathedrales, regulares, & collegiatas ecclesias, ab alijs ecclesijs differre. Istarum enim vacantium fructus, superioribus prelatis, vel alijs ecclesiasticis personis, ex priuilegio speciali, vel cōsuetudine, alia ve iusta causa competere possunt, illarum vero nulla ratione pos-

sunt

sunt, sed omnimodo sine vlla exceptione futuris successoribus reseruari debent, quod et ipsum, idem Bonifacius declarauit, cum ait. d. c. presenti. Sane constitutionem quam superius specialiter edidimus, contra capitula, collegia, conuentus, seu singulares personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum, ecclesiarum, vacantium occupantes, per constitutionem presentem, quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus, et ecclesijs alijs locum habere censemus, nolumus in aliquo derogari. Uno tamē casu derogatur, cum ad singulas personas ratione dignitatum quas obtinent, vacantis ecclesie iurisdictio, cum eius emolumento, consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali, deuoluitur, et ita Clemens quintus in Uienensi concilio censuit. d. c. statutum. §. si.

SVMMARIVM

1 Fructus primi anni beneficiorum vacantium restitui debent ijs quibus iure singulari concessit summus Pontifex.
2 Fructus beneficiorum a summo Pontifice quibuslibet concedi possunt.
3 Fructus ecclesiarum percipientes, onera etiam earundem subire debent.
4 Beneficium primum, an statim vacare dicatur, secundo accepto.
5 Fructus ecclesie recens alicui collate qualiter distribuendi. et nu. mero sequen.
8 Pontifex Romanus potest sibi reseruare ius fructuum percipiendorum in alijs ecclesijs. et nu. seq.
11 Fructus ecclesiarum vacantium, an debeantur ecclesie Romane.
12 Distributiones quotidiane que dici debeant.
13 Beneficium secundum adeptus, non debet primi fructus percipere.
14 Fructus ecclesiarum percipiendi priuilegium habens, an possit percipere fructus ecclesiarum exemptarum.
15 Episcopus cui concessi sunt suarum ecclesiarum fructus, non habet ius in exemptis.
16 Fructus ecclesiarum vacantium qui ad quinquennium percipere potest, an ius habeat in his que vacant vltimo quinquennij die.
17 Beneficia ecclesiastica sine diminutione sunt conferenda.

De annalibus ex priuilegio concessis. Cap. iij

T adhuc vacantium iam iam collatorum beneficiorum fructus priuilegij, consuetudinis, aliove speciali iure, alijs personis quam ijs qui
1 bus collata sunt, debentur. † Illud enim notissimum est, summum Pontificem solere plerunque reditus beneficiorum primi anni ex quo vacare ceperunt, episcopis, vel alijs cōcedere, vt declarat Bonifacius in quodam rescripto quod tale est. c. si propter. de rescript. in. vj. Si propter tua debita persoluenda fructus beneficiorum primi anni que in tua vacabunt diocesi, tibi non obstātibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegijs, vel statutis, per que nostra posset impedire concessio, vsque ad quinquennium de speciali gratia concedimus, intentionis nostre nequaquam existit, si fructus huiusmodi ecclesie tue fabrice vel alteri vsui, seu cuicunque singulari persone de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto, forsitan debeant, quod eis per concessionem ipsam, nisi hoc expresse caueatur in ea, aliquod preiudicium generetur. † Constat igitur fructus beneficiorum episcopis, fabrice, vel alijs personis a summo Pontifice concedi posse. Cum autem conceduntur fructus beneficiorum que in aliqua vacabunt diocesi, omnia beneficia comprehendi Honorius tertius declarauit decreto huiusmodi. c. tua. de verb. signif. in antiq. Tua nobis fraternitatis intimauit, quod cum tibi pro releuatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum que interim in diocesi tua vacare contigerit, tibi licet biennio retinere, quidam apostolice gratie priuilegium sinistra interpretatione restringere molientes, asserūt prebendas, et maiora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri, nos igitur auctoritate presentium declaramus, quod in hoc casu prebende, ac alia beneficia generali, beneficiorum nomine continentur. † Sed et is onus sustineat ad quem commodum pertinet, episcopus, vel alius qui fructus primi, secundi, vel aliorum deinceps annorum fructus percipiunt, curare debet, vt diuina obsequia peragantur, et ministrum constituere cui necessaria subministrent. Unde et is cui beneficium huiusmodi collatū est, quamuis curam animarum annexam habens, quandiu tamen eorundem fructus non percipit, aliud simile quod prius obtinebat, non vacat, quod et Bonifacij octaui rescripto cautum est, his fere verbis. c. si tibi concesso. de preben. in. vj. Si tibi concesso a nobis, vt fructus beneficiorum que vsque ad certum tempus in tua vacabunt diocesi percipere valeas, pro soluendis debitis, quibus est tua ecclesia onerata, beneficium vacans curam habens animarum annexam, alicui simile beneficium obtinenti, te conferre contingat, equum est vt quandiu fructus ipsius perceperis primum non debeat reputari
4 vacare. † Sed hodie crediderim dicendum potius esse vt primum beneficium, cum hoc casu quo iure singulari episcopus, vel alius, fructus primi anni percipit, is cui collatum est beneficium definitū Joannis. xxij. constitutione modum, que constitutio ita scripta est. Suscepit regiminis nos cura solicitat, vt que in ecclesijs non absque dispendio ministrorum, et cultus detrimento diuini, seruari viderimus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis ecclesijs obseruetur, et a longis retro temporibus fuerit obseruatum. quod fructus primi, vel secundi, aut alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium, in eisdem defuncto, vel fabrice, aut ecclesijs, vel personis habentibus annalia, de consuetudine, priuilegio, vel statuto, applicantur in totum, ita quod illi qui huiusmodi beneficia canonice obtinēt, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud inconueniens sequitur quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitū, residere in ecclesijs, in quibus beneficiati existūt.
5 † Nos de illo super his remedio prouidere volentes, per quod hi et illi in fructuum predictorum perceptione participent, et ecclesie debitis seruitijs non fraudentur, presenti decreto statuimus de fratrum nostrorum concilio, quod illi qui fructus predictos sibi hactenus integre vendicabant, ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, nihil exinde vltra summam pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in solutione decime taxari, pretextu cuiusuis consuetudinis, priuilegij, vel statuti, quouis mō percipiant, sed ipsius summe perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo predicta obtinentibus beneficia remansuro, nisi forsan illi qui fructus eosdem soliti fuerant, vt prefertur, cū integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam, quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem, sic quod infra decem dies postquam sciuerint beneficia ipsa vacare his quibus annalia ipsa debētur ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, vel ipsorum annalium collectores, quā partem habere voluerint, an scilicet decime taxationem, vel illa dimissa residuum, nulla subhastatione premissa eligere teneanī.
6 † Quā electionem si infra dictos decem dies non fecerint, vt dictum est, ex tunc ad eum, cuius est beneficium, huius optio, vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesijs, et partibus illis in quibus beneficia maiora, et alia que ad solutionem decime sunt taxata, volumus obseruari. In illis vero ecclesijs, et partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, seruetur quod fructus, et obuentiones beneficij, tūc vacantis, quod decimam soluere consueuit, per medium diuidantur, quorum medietatem habeat is cui annalium per alterum de predictis modis perceptio est concessa. Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua, et alijs ecclesie oneribus supportandis. Quod si alter de predictis prefata medietate noluerit esse contentus, altero contentari volente, pars nolētis transeat ad volentem, et volens, fructus et obuentiones illius beneficij percipiet vniuersos, eidem beneficio congrue faciens de-
7 seruiri, ac eius supportans onera consueta. † Et si quicquam aliquis predictorum vltra premissa perceperit, illudque his ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu, eo ipso si episcopus, vel superior prelatus fuerit, a pontificalibus, et ingressu ecclesie sit suspensus. Si autem capitulum, vniuersitas, vel collegium, interdicto se nouerint, donec predicta cum integritate restituerint, subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica, vel mundana, id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto a qua sine restitutione premissa, preterquam in mortis articulo minime absoluatur. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs vel indulgentijs, aut contrarijs consuetudinibus, et statutis iuramento confirmatione sedis apostolice, aut alia quacunque firmitate vallatis, que omnia quo ad hoc auctoritate apostolica reuocamus, et nullius deinceps esse
8 volumus firmitatis. † Proinde vt alijs annalium percipiendarum priuilegium summus Pontifex concedit, ita ipsemet sibi hoc ius percipiēdi fructus primi, scdi, vel aliorū deinceps annorū, pro ecclesie roma. necessitatibus reseruat, que reseruatio quō accipiēda sit, idem Joan. xxij. tribus constōnib. declarat, quarū prima sic hz. c. postulasti. de prebē. in extrauag. cōmu. Postulasti per apostolice declarationis euidētiam edoceri, qd tibi sup dubijs intra scriptis circa cōmissam tue industrie recollectionem fructuū predictorū, alias prebēdarū, aut bñficiorū imminētibus sit agēdū. Tue itaque cōsultatio-

ni breuiter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse, sūper fructibus beneficiorum, que ita reperies in solutione decime, iuxta verum taxata valorem, quod illum nequaq̄ excedunt cum obtinentibus huiusmodi beneficia, prout melius, ⁊ vtilius diocesanis locorum, in quibus huiusmodi beneficia fuerit, quorum consilia in hac parte requiras, ⁊ tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipsoꝝ diocesanorum, ⁊ tuam conscientiam super his oneramus. Licet autem quotidiane distributiones, per nos fuerint a perceptiōe fructuū predictorum excluse, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, que dantur iis, qui horis intersunt, sic quod ille que soluuntur, his qui sunt in ciuitate, vel loco presentes, quamuis horis nō in-
9 tersint eisdem, nō sint ab onere dicte recollectionis immunes. † Porro declarationem illam factam per nos in deputatione, seu reseruatione fructuum predictorum, vt vꝫ non extendātur ad vicarias, seu capellanias, vt plurimum a descendentibus institutas admissas, ꝓ ipsis descendentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locuꝫ habere volumus, in altaribus dotatis certis feudis vsuaticis, seu censibus, vt cappellanus inibi celebrare debeat, pro dotantiuꝫ animabus, certis vicibus, singulis septimanis ⁊ in ecclesia cathedrali horis interesse diuinis, dummodo valor annuus ipsorum aliarum summam. xx. librarum turonensium non excedat. Alioqui includantur in deputatione, seu reseruatiōe predictis. Ubi vero prebenda fuerit in decima, pro tanto taxata, quod parum posset canonico hebdomadario, cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum, post perceptionem taxationis huiusmodi remanere volumus, quod de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitij onere portionem aliquam congruā, predicto hebdomadario dimit-
10 tas, pro iam dicta nostra camera residuum percepturus. † Ceterum prebendas illorum, qui taxationem decime soluere recusantes, abesse velle se simulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, ne per illorum absentiam huiusmodi perceptiōe taxationis fraudêris, quasi nihil de prebenda percipere valeas, de qua non percipiūt aliquid, nisi saltem in loco, vel in ciuitate presentes, cum tamē ecclesie fabrica tales prebendas ex integro percipere dinoscatur, declaramus sub deputatione, seu reseruatione comprehendi prefata, vt vꝫ eas iuxta deputationis nostre modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia non obstante. Ridiculum enim esset vt eadeꝫ fabrica potiori, quam nos, priuilegio in talibus vteretur. De illis deniq̄, qui lꝫ per multos menses tenuerint ecclesias, vel prebendas, nihil tamen se percepisse asserunt, ex eisdem cum iuxta consuetudinē patrie predecessores eorum testati fuerunt, de bonis illarum, ꝓpter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibi satisfacere nequeunt, de fructibus antedictis, nihilominus offerentes qđ tandiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactū, placet nobis ⁊ volumus, vt si est ita, oblationi huiusmodi condescendas, per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare predictam. Alterius constitutionis verba hec sunt. c. cum nonnulle. j.
11 eo. tit. † Cum nonnulle ecclesiastice persone in cathedralibus ecclesijs canonicatus, prebendas, dignitates, personatus, ⁊ officia, ac alia beneficia ecclesiastica, obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus redditus, ⁊ prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam vacantium, ⁊ que in diuersis orbis partibus vsq̄ ad triennium vacare contingeret, quos pro ecclesie Romane necessitatibus per nostras sub certa forma literas duximus reseruandos, iuxta tenorem literarum ipsarum, camere nostre soluere teneantur, presertim cum Archiepiscopales, ⁊ Episcopales ecclesie, ac regulares abbatie, ab huiusmodi solutione fructuum (vt dicunt) in dictis literis eximantur. Nos dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate apostolica declaramus, quod cum sub appellatione archiepiscopalis, vel episcopalis ecclesie, aut regularis abbatie, huiusmodi prebende dignitates, personatus, ⁊ officia, nequaq̄ intelligantur, vel etiam includantur, predictos necnon, ⁊ prebendarum, ⁊ officioꝝ, monachorum, monasteriorum, regularium, ac redditus abbatiarum, seu abbatum earundem que in beneficijs ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus redditus, ⁊ prouentus includi in deputatione predicta, ⁊ dicte camere, iuxta dictarum literarum tenorem debere persolui, ac id idem super solutione omnium fructuum redituum, ⁊ prouentuum cōmendatariarum curtiuꝫ, seu grangiaruꝫ monasteriorum domorum, ⁊ locorum conuentualium, que pro beneficijs ecclesiasticis (vt predicitur) conceduntur, nisi duntaxat in fructibus illorū que sunt forsan excepta declaramus, ⁊ precipimus ob-
12 seruari. † Preterea cum in aliquibus ecclesijs, tam cathedralibus, quam alijs, panis, ⁊ potus pro quotidianis distributionibus ipsaruꝫ ecclesiarum canonicis, ⁊ personis, de prebendarum ipsarum corporibus, pro die quolibet deputetur, ⁊ etiam interdum certa quantitas bladi, ⁊ quādoq̄ certa pecunie summa, ⁊ aliquando alterum pro altero, pro singulis mensibus, vel hebdomadis etiam canonicis studiorum causa, aut alias pro eorum negocijs de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesijs eisdem absentibus exhibeantur, et etiam persoluantur, declaramus auctoritate predicta, illam bladi q̄titatem, ⁊ pecunie summam, que pro quolibet mense, vel hebdomada, dictis canonicis (vt predicitur) ministrantur non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum que prefatis canonicis quotidie ꝓ diurnis, ⁊ nocturnis horis distribuunt̄ sine fraude.
13 Adijcimus insuper declarationi predicte, † quod si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi consimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi beneficij pacificam possessionem adeptam, ⁊ fructuū perceptionem ipsius, nihil de fructibus eiusdeꝫ primi beneficij, nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus, percipere possit, sed pro dicta camera nostra, iuxta formā dictarū literarū recipiant, ⁊ etiam exigant. Ubi vero fructuū, redditiuum, ⁊ prouentuū beneficiorū ecclesiasticoꝝ non reperiret̄ certa taxatio, declaramus auctoritate predicta qđ fructus, reditus, ⁊ prouētus beneficiorū hmōi, cū vacare cōtigerit, per mediū diuidant̄, quorū medietas recipiatur pro camera predicta, reliquam vero medietatem, ille pro sua sustentatione percipiat, qui beneficiū hmōi dinoscit̄ obtinere. Grangias aūt, ⁊ alia loca Cisterciensis ordinis, ⁊ alioꝝ locoꝝ regulariū, in q̄bus gubernatores, seu custodes, vel administratores ponunt̄ ad tp̄s, ⁊ remouent̄ ad volūtatem superioꝝ suoꝝ, eorūq̄ fructus, reditus, ⁊ prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione predicta, ac literis nostris super illa confectis aliquatenus non includi.

14 ¶ † Proinde an is cui summus Pontifex annaliū hmōi priuilegiū concessit, habeat ius percipiendi fructus ecclesiaꝝ exemptarū, dubiū fuit, ⁊ Geminia. veriorem putat. c. si propter. de rescri. in. vj. Joan. and. sententiam, q̄ ita distinguēdū esse censuit, vt si q̄dem summus Pontifex episcopo cōcesserit ius percipiendi fructus omniū sacerdotioꝝ, sue diocesis, ⁊ tūc etiam exemptaꝝ ecclesiaꝝ fructus, eū percepturum. Nam licet exempte sint, in eius tamen diocesi site sunt. Quid enim si extraneo, q̄ nullam in diocesi iurisdictionem hꝫ, hoc priuilegium concessum esset? nunquid ⁊ exemptarum ecclesiarum fructus percipere? nihil enim cum exemptione, vel subiectione hoc priuilegium commune habet, neq̄ hoc priuilegio ius exemptionis leditur.

¶ Aliud dicendū esset cū summus Pontifex episcopo aliqđ priuilegiū concedit, qđ ad confirmandam suam iurisdictionem pertinet,
15 tūc enim exemptas ecclesias non contineri, certissimum est. † Si vero episcopo fructus suarum ecclesiaꝝ sint concessi, exemptas minime comprehendi ijdem responderūt, neq̄ enim exemptas a sua iurisdictione ecclesias Episcopus suas appellare potest. Jidem recte putant hoc priuilegiū locū non habere in ecclesijs in q̄bus certus prebendarū numerus constitutus non est, eas enim nūquam vacare explorati iuris est. Jidem scribūt non procedere in beneficijs, que sunt de mensa, que mortuo clerico cum mensa consolidantur, vt vsus fructus mortuo fructuario.

¶ Item sciendū est hoc priuilegiū ad beneficia ipsius concessionis tempore vacantia non extendi, cū sit generale, priuilegia ad futura tantū extendi, qua ratione ⁊ beneficia post concessium hmōi priuile-
16 giū creata, continebuntur. † Sed si summus Pontifex alicui concesserit, vt percipiat fructus beneficiorū vacantiū, vsq̄ ad q̄nquenniū, ⁊ vltima q̄nquennij die vacauerint beneficia, an fructus eorū habere debeat, quesitum est? ⁊ Dominicus ex sententia Joan. and. ita distinguendū esse refert, vt si q̄dem vacationi adiectum tempus fuerit vtiq̄ hoc procedat cū sit verū intra q̄nquenniū ea vacasse, si vero tp̄s ad fructus referat̄, tūc aliud dicendū sit, cū finito q̄nquennio ꝑceptio quoq̄ fructuū finiat̄, sed si dubiū sit vtrū vacationi, an vero fructuū perceptioni tp̄s sit adiectū, tūc cū in dubijs, maxime in beneficijs benigniorem interpretationem sequi debeamus ad vacationeꝫ referri Domini. ⁊ Joan. de imo. responderūt. Illud preterea apud eosdem quesitū est an episcopus cū capituli sui consensu, hoc priuilegiū alteri concedere, vel ipse eo vti possit. Et putant posse ad refectionem, ⁊ instaurationem ecclesiarū, quarū redditus non sufficiūt. Sed contra puto id in solius summi Pōtificis potestate esse, adeo
17 vt nec legatus q̄dem hoc concedere possit. † Nam Innocen. iij. constituit. c. vnico. vt eccle. benefi. sine vlla dimi. confe. vt libere, ⁊ absq̄ vlla diminutione, ecclesiastica bn̄ficia conferant̄, ⁊ in concilio Lateranēsi constitutū est ne Archidiaconi, vel decani, exactiones, siue tallias in clericos, vel presbyteros exercere ꝑsumant. c. cū apostolis. §. prohibemus. đ cēsi. in antiq. Itē Innocē. iij. Mediolan. Archiepiscopo rescripsit, Lateranēsi concilio prohibitū esse ne q̄s conferēdo bn̄ficiū ecclesiasticū partē prouētuū suis vsibus retinere ꝑsumat. In summa notādum est priuilegium huiusmodi annaliū locum

cum habere sine morte, siue renunciatione, siue ab alio quocunqz modo beneficia vacauerint, nisi de vacantibus per mortem specialiter dictum esset. Omnia denique beneficia etiam episcopatus, vt supra diximus capi. iij. supra eo. titu. comprehendi verius est.

SVMMARIVM

1 Fructus ecclesiarum non absentibus, sed earum ministerium diligenter adimplentibus.
2 Consuetudo contra rationem naturalem introducta, euelli debet nõ confirmari.
3 Distributiones quotidiane quibus fieri debent in ecclesijs.
4 Canonicus existens in seruitio summi Põtificis, non priuatur fructibus prebende sue.
5 Fructus beneficiorum absentibus studij gratia non denegantur.
6 Canonicus sine causa absens perdit fructus prebende, ei, qui loco ipsius deseruit, conferendos.
7 Pastores seipsos pascentes, & oues deuorantes taxant a pphcta.

¶ Quod absentes fructus suorum beneficiorum non lucrentur. Cap. iiij.

1 Unt & alij casus, quibus sacerdotiorum fructus eorum lucro non cedunt quibus collata sunt, inter quos prima, & precipua est absentie
1 causa. † Commodum enim fructuum ad eos tantum pertinet qui ecclesie ministerium diligenter adimplent, eiqz sine vlla intermissione assident, & sibi cõmissum gregem attentissime pascunt. Absentibus vero qui sacris interesse negligunt, atqz ab ecclesie ministerio se subtrahunt, commodum quoqz fructuum auferri debere naturalis ra-
2 tio suadet. † Unde, cum aduersus naturalem rationem consuetudo introducta, non ad consequentiam trahi, sed quam citissime fieri potest, euelli debeat, consuetudo qua longissimo vsu receptũ est, vt absentes clerici fructus suorum beneficiorum percipiant penitus improbandaqz esse rescripto Bonifacij octaui declaratur. cuius verba hec sunt. c. j. de cleri. non resid. in. vj. Consuetudinem que in quibusdam partibus inoleuit qua canonici, & alij beneficiati, seu clerici cathedralium, & aliarum collegiatarum ecclesiarum distributiones quotidianas, que alias manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur, qualitercunqz in ciuitatibus, seu alijs locis in quibus ipse consistunt ecclesie, sint presentes, licet diuinis officijs non intersint ex integro percipiunt, ac si continue ipsis
3 ecclesijs in eisdem officijs deseruirent, penitus improbantes. † Statuimus vt distributiones ipse quotidiane in quibuscunqz rebus consistant canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis ecclesiarum ipsarũ, qui eisdem officijs in ipsis ecclesijs adfuerint tribuantur, iuxta cuiuslibet ecclesie ordinationem rationabilem, iam factam, seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quicq̃ receperit, exceptis illis quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesie vtilitas, excusaret rerum sic receptarũ dominium non acquirat, nec faciat eas suas, immo ad omnium restitutionem que contra hmõi nostram gstõnem receperit, teneat. De distributionibus ẽt pro defunctorum anniuersarijs largiendis idem
4 decernimus obseruandum. † Si tñ quis in seruitio summi Ponti. cõmoretur, Honorius. iij. rescripsit. c. cu3 dilectus. de cle. non resi. in antiq. ei perinde atqz si pñs esset, integros fructus prebende sue assignari debere. Eadem rõne q̃diu quis in seruitio epi cõmoratur, tandiu ei quicq̃ auferri vel subtrahi. Alexander. iij. vetuit. c. de cetero. de cle. non resi. in antiq. nisi forte sint victualia que non consueuerũt absentibus exhiberi. Honorius quoqz. iij. omnibus epis duos canonicos in suo seruitio hẽre permisit. c. ad audientiam. eo. tit. in antiq. qui fructus suarum prebendarum integre percipiant, cum absentes dici non debeant, sed presentes, qui cum epo pro ipsius ecclesie
5 seruitio cõmorant. † Preterea studiorum, vel alia iusta, & necessaria causa absentibus, qui vel a summo Pontifice, vel a suo prelato & capitulo, cõmeatum acceperunt, suorum beneficiorum fructus deberi multis gstõnibus declaratur. c. licet. de preb. in anti. c. olim. de ver. sig. in antiq. c. cu3 ex eo. de elect. in. vj. cum autem alicui clerico hoc concessum, vt studiorum cã absit, fructusqz sui sacerdotij percipiat, idem Honorius. iij. gstituit. d. c. l3. vt quotidiane distributiões, que tñ residentibus in ecclesijs, & his qui intersunt, boris canonicis exhibentur, ei minime tribuantur, sed tñ maiores fructus qui non singulis diebus, sed annuatim, vel sexto quoqz mense, hm vniuscuiusqz
6 ecclesie consuetudinem cõferri solent. † Si quis aũt sine causa a sua ecclesia absit, nec in ea resideat, sui sacerdotij fructus perdit, eosqz episcopus prestare debet ei, qui absentis loco ecclesie deseruierit, & ita Gregorius. ix. rescripsit. d. c. cum ad hoc. de cleri. non residẽ. in antiq. qõ si absens ipso facto sui sacerdotij fructus ceperit, eos vtiqz restituere tenetur. Nam, vt eleganter Accur. Bar. Bal. & alij plerique scribunt. in. l. . C. de his quib. vt indi. fructus ab ijs qui sine cã absunt percepti tanq̃ ab indignis auferri debent, & sane hi sunt de
7 quibus Ezechiel propheta condolens ait. xxxiiij. ca. † Ve pastoribus qui pascebant semetipsos, gregem autem meu3 non pascebant, lac consumitis, & lana vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, qõ infirmatum est non confortatis, & quod egrotabat non corroborastis, & quod contribulatum est non colligastis, & quod errabat non reuocastis, & quod perijt non inq̃sistis, & qõ forte fuit gfecistis, & dispse sunt oues mee, eo qõ nõ fuit pastor.

SVMMARIVM

1 Excõicati non possunt suorum beneficiorum fructus percipere.
2 Absolutus ab excommunicatione, an recuperet fructus qui medio tempore excommunicationis prouenerunt.
3 Clericus iuste excõicatus nunq̃ recuperat amissos fructus.

¶ Quod excommunicati fructibus suorum beneficiorum priuentur. Cap. v.

1 T absentes, ita excõmunicati suorum beneficiorum fructibus priuantur, nam, vt eleganter Innocen. iij. scribit. c. pastoralis. §. verum. de appel. in antiq. illi merito prouentus ecclesiastici denegantur cui ecclesie cõmunio denegat. Qui enim extra ecclesiam est, quid nomine ecclesie possidere poterit? Sed & si ab excõicationis sñia appellauerit excõicatus, adhuc tñ pendente appellatione sui beneficij fructus non percipiet, excõicatio enim non obstante quacunqz appella
2 tione executionem secum trahit, & ita idẽ Innoc. iij. decreuit. † Sed an absolutus fructus qui medio excõicationis tpe prouenerunt recuperabit? Et si quidem eum iniuste excõmunicatum fuisse constiterit, nulla dubitatio est quin omnes excõicationis tpe pcepti ei restitui debeant. Extat enim Vetus Alexandri. j. decretum huiusmodi, cañ. super cã. ij. q. v. Super causa Gillãdi presbyteri tui de morte epi sui, predecessoris tui infamati in medium contulimus. Itaqz circunstantium fratrum vnanimi assensu tue dilectioni referimus, prefatum Gillandum presbyterum ante te presentandum, vbi si certi accusatores defuerit, tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter quecunqz ob hoc iniuste amiserit, ac sacerdotium accipiat & integra beneficia. Diuersa causa est eius quem iuste excõicatum
3 fuisse constat. † Hic enim ob suum delictum amissos fructus nunq̃ recuperabit, nam & diuus Gordianus rescripsit. l. cum allegatis. C. de re mili. lib. x. Desertorem militie, q̃uis a principe restitutus fuerit, tñ stipendia eius tpis quo in desertione fuit exigere non posse, & hanc distõnem Bernar. Panor. & pleriqz alij pbant. d. c. pastoralis. Ceterum, qõ ijdem opinant clerico excõicato ex fructibus sui beneficij necessarium victum prestandum esse, mihi nõ probatur, sibi enim imputare debet qui absolutione3 impetrare negligit, deniqz & ecclesiam cõtemnit. Quod autem de excommunicato dicimus idẽ de suspenso quoqz dici debet.

SVMMARIVM

1 Fructus ecclesiarum commendatarum ad quos spectent.
2 Sacerdotio comendato fungens non facit fructus suos.

¶ De fructibus cõmendatarum ecclesiarum. Cap. vj.

1 Illud pretereundum non
1 † est fructus ecclesiarum commendatarum ad eos non pertinere quibus cõmendate sunt. Hos non prelatos, sed custodes appellari, vulgo notum est, quare sicut is qui rei depo
2 site custodia3 suscepit, fructus suos non facit, † ita qui sacerdotio ad tempus sibi cõmendato fungitur fructus suos non faciet, sed cum finita fuerit cõmenda, rõnem sue administrationis tanq̃ procurator reddere debebit. Sed hodie cum sit receptum vt cõmende sint perpetue non ab re dixerit qsq̃ eas, p iusto titulo hñi, & gñr cõmendatarios fructus suos facere, & hoc iure vtimur.

FINIS

Clarissimi iuris vtriusq; Doctoris Do. Marci Antonij Bauerij Bononiensis. Tractatus de Mora.

¶ Diuisio Tractatus.



Primam materiam, ⁊ in iudicijs frequēter agitatam expositamq; qualiter qs in mora constituatur pro illius clariori enucleatione conabor tractatū ipsum in tres partes diuidere. In prima dicemus, qualiter quis constituatur in mora, ⁊ concludemus per interpellationem plures ampliationes, ⁊ limitationes ad illam ponemus. In secunda ponemus fallentias in quibus absq; interpellatione mora contrahitur. In tertia ponemus qualiter etiam per interpellationem mora non contrahitur. Condescendendo namq; ad primum assumenda est hec conclusio.

SVMMARIVM

1 Mora per interpellationem arguitur. Et quando in mora quis constituatur quo ad omnes more effectus. 30.
Interpellatus, nisi sit iudex, aut consultor, non dr̄ per eū stetisse.
2 Interpellatio vnica in extraiudicialibus habet vim peremptorij.
3 Verba narrantia factum disponunt quando super illis se fundat. legislator.
Interpellatio vnica ad constituendum quem in mora quibus casibus non sufficiat.
4 Interpellatio multiplicata vno contextu an vna censenda.
5 Interpellatio vnica nunquid sufficiat ad moras in pari ad parem. ⁊ quid de inferiore ad superiorem contra Alex. 6.
7 Vnitas temporis reddit vnitatem dispositionis. Et plura pulchra super hoc.
Conuicium vnicum dicitur vbi plura iniuriosa verba vno contextu dicuntur. Et idem dicendum de furto.
8 Donatio vna est, vbi plures res vno contextu dantur.
9 Consuetudo per duos actus inducitur cum temporis interuallo in medio alias secus.
Confessio vna tantum erit, vbi quis pluries eodem tempore confitetur.
Testamentum patris ⁊ filij eodem tempore factum vnicum censet̄, ⁊ vna tantum debet gabellam.
10 Collega si interpellet collegam an sufficiat vnica interpellatio.
11 Diligentiam fecisse non dicitur in recuperanda re semel petendo, vbi quis tenetur de leui culpa
12 Appellans sine multiplici interpellatione iudicis non dicitur diligens.
13 Appellans succumbit per negligentiam in non protestando.
14 Appellans debet vti omni importunitate etiam ad principem.
Impeditus facere actum non excusatur nisi de impedimento protestetur.
15 Excusatio per locum non tutum non valet si potuit impetrari saluus conductus.
16 Interpellationes tres in iudicialibus requiruntur.
Vassallus vt priuetur feudo, quia non venit ad pugnam, debet ter per dominum interpellari.
17 Protestatio in scriptis fieri debet quando in donatione tractatur de preiudicio personali.
18 Protestari volens q per se non stat an sufficiat q semel protestet̄.
Creditor super pignore vendendo ter debitori nuntiare debet.
19 Debitor qui solum tenetur officio iudicis quomodo interpellari debeat, contra Aret. 20.
21 Creditor vt sit morosus non recipiendo rem obligatam que interpellatio sit requisita.
Processus nulliter factus habet vim interpellationis extraiudicialis, contra communem.
Confessio facta coram notario actorum quomodo valeat.
22 Debitor non constituitur in mora ad electionem vie iudicialis nisi p litis contestationem.
Prescriptio vt interrumpatur quid requiratur.
23 Interpellatio iudicialis quam naturam habeat.
24 Interpellatus ex obligatione ex facto alterius descendente quomodo certificari debeat. Et quid in obligato ex euētu conditionis. numero. 25. 29.
26 Citatio si fiat iudicis auctoritate an requirat q denūciatus fiat certus de causa in denunciatione expressa.
27 Soluens creditori putatiuo iudicis auctoritate liberatur, pari modo si soluat minori. 28.
30 Procurator si denunciat debitori vt soluat sine mandati exhibitione non creditur. Et idem de negociorum gestore, ⁊ quando fallat. numero. 31.
32 Debitor quando non teneatur accedere ad domum creditoris.
Procurator quando non iuuetur mandato generali.
33 Procurator sine cautione quo casu non admittatur.
Negociorū gestor nunquid possit petere inuestituram noīe vassalli.
34 Debitor in mora constituitur si eius procurator generalis cum libera interpelletur.
Denunciatio procuratori fieri non potest quando in plenam domini notitiam venire debet.
35 Denunciatio que fit in rem an possit fieri cuicunq;.
36 Interpellare an sufficiat quocunq; tempore etiam feriato.
37 Interpellatio que fit tempore incongruo pro congruo valet.
Iuramentum contra bonos mores an valeat.
38 Locus solutionis an debeat exprimi debitori, vt per interpellationē constituatur in mora, ⁊ quando.



1 Uod regulariter p interpellationem quis † in mora constituitur casus est in hac. l. nostra si ex legati causa. l. mora. ff. de vsur. l. q te. ff. si cer. pet. l. titia. §. vsuras. ff. de le. ij. facit quod no. Alex. consi. lix. Christi saluatoris. in. iiij. volu. q nunq̄ dicitur stetisse per iudicem, vel ꝯsultorem, nisi postq̄ fuerunt interpellati, ⁊ non fecerunt. facit quod no. Alex. consi. cix. in. v. volu. q si statuto cauetur q ille cui debet assignari res, ⁊ non fuerit tradita possit agere ad duplum, vel quid simile intelligitur quando fuit facta mora, vt q post interpellationem non fuit sibi tradita. Et istam conclusionem ampliando dicas hoc esse verum, siue tractemus de constituendo quem in mora quo ad periculum interitus, vt hic. ⁊ d. l. qđ te. siue quo ad cōmissionē pene. l. si penam. ff. qñ di. le. ce. ⁊ generaliter quo ad alios effectus ex mora resultantes de quibus per glo. in. d. l. mora. l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de collatio. bono. ita formaliter dixit Bar. in. l. ista stipulatio. in. vj. questione princip. ff. de verborum obligatio.

2 Secundo dicas † q vnica sufficiet interpellatio, q in istis extraiudicialibus vnica interpellatio habet vim peremptorij. glo. ord. in. c. si eps. xviij. dis. ⁊ in. l. si tempora. C. de si. instru. lib. x. ⁊ in cle. j. in ver. ⁊ quis vtitur. đ here. ⁊ ita in terminis firmauit Bar. in. l. qui rome. §. seia. ĩ. eo. ⁊ in. d. §. vsuras. ⁊ in. d. l. mora. ⁊ Inn. in. c. cū olim nobis. de elec. Pau. in cle. j. de deci. Bal. in. l. nam ita diuus. ff. de adop. Io. and. in. c. j. ⁊. ij. de iureiur. Nec predictis ob. tex. in. l. emilius. in ver. denunciationibus sepe datis. ff. de min. ⁊ in. l. qui rome. §. coheredes. in vers. sepius testator. ĩ. eo. per que iura Franci. Tigri. tenebat vnam interpellationem non sufficere ad constituendum quem in mora, quia responde vt fuit de mente Bar. in. d. §. seia, q illa iura narrāt facti accidentiam, q in illis casibus ita de facto contingit plures interpellationes factas fuisse, nam sup illis verbis fundare nos non debemus vt plures denunciationes requirant̄, q verba narratiua non disponunt, vt est glo. sing. in. l. vnica. C. qñ non pet. par. Et propterea dicebant Mod. hic, q aut loqueris de necessitate, ⁊ vna tantum sufficit interpellatio, aut de cautela, ⁊ tutum est interuenire plures, ita inq̄t glo. no. in. c. cupientes. §. q si per. xx. in ver. proposita. đ elec. in. vj. sed certe ego satis dubito de rñsione Bar. ad. d. §. coheredes. 3 † nā lz verba narratiua facti iuris dispōnem non inducunt. Tamen fallit qñ legislator super verbis narratis se fundaret cle. j. de proba. Inn. in. c. cum apostolica. de his que fi. a prel. si. consen. ca. ex facto enim ius oritur. l. ex plagijs. §. si in cliuo. ff. ad. l. aql. sz in. d. §. coheredes. iurisconsl. fundat se expresse super narratis ibi rñdi ꝓm ea que ꝑponerentur obstaturā doli mali exceptionem, ergo nisi dicamus q iurisconsl. ibi voluit se referre ad illas tres denunciationes .s. narratas q est diuinare, vnde cogitabis, retenta modo ista conclusione ꝓ vera, q vnica sufficiat interpellatio, dic nō procedere, qñ inferior vult constituere superiorem in mora, nam trine requirentur interpellationes. casus est sing. in. c. j. de sup. neg. prel. Allegauit pro singulari. d. Ant. in. c. cum causa. de offi. deleg. ⁊ in. c. ex literis. ⁊ ibi Imo. de consti. ⁊ idem vr̄ tenere Ro. in not. xliij. incipit ego dixi in. l. si ex legati causa. idem sequitur Roma. in. l. ne pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de

ri.ff.de ope.no.nun.pro hoc adducens text.in auct.statuimus.C.de
epis.⁊ cle.⁊ in.c.j.de mil.va.qui contu.est.⁊ Ro.consil.ccxxij.idez
singu.Bal.in.c.j.si de inuest.inter do.⁊ vas.⁊ alleg.tex.in.d.c.j.cõ
trarium tenuit Alex.in.d.§.si quis ipsi pretori.per sing.doc.Bar.
in.d.§.vsuras.⁊ in.d.l.mora.in quibus locis not.ꝙ si statuto caueť
ꝙ instantia pereat quinq̃ mensibus,nisi per iudicez non steterit,ꝙ
dicetur stare per iudicem etiam si semel per actorem fuerit interpel
latus vt causam expediat,⁊ non expediat,⁊ non facit,⁊ sic manifeste
nihilominus dies natiuitatis absq; me cōstituit in mora. casus est singularis in. l. cū stipulatus sim mihi a ꝑiculo. cū glo. in verbo. arbitratu. ff. eo. titu. Bal. in. l. j. in vlti. col. ff. qñ dies leg. ced. sequitur Ro. ⁊ Are. hic, ⁊ Alex. in. l. quoties in diē. in eo. ⁊ in. d. l. cū stipulatus. facit qđ no. Bal. in. c. ij. de eo qui interfecit fratrē dñi sui. ꝙ si ꝓmitto soluere. x. vsq; ad. x. dies ⁊ postea qñcūq; interpellaueris, ꝙ nihilominus ꝑ lapsum. x. dierū cōstituor in mora. d. l. cum stipulatus. istis modo visis ꝓ ampliatiōe ad istā cōclusionē tēpera ꝓcedere, qñ dies adiecta erat moderata, secus si eēt nimis breuis. nā talis dies reijcit ⁊ nō cōstituit debitorē in mora. ita singulariter dixit Bal. per illum text. l. si mihi ⁊ tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. j. ⁊ ita communiter ꝑtranseunt scribē. ibi. qđ † tñ intellige qñ sumus in cōtractibus bone fidei
3 vel vltimis volūtatibus in quibus tēporis angustia vitiat ⁊ nō vitiat. d. §. si quis seruos. ⁊ in. l. insulā. §. j. ff. loca. secus si essemus in cōtractibus stricti iuris in quibus tēporis angustia vitiat. §. loca. insti. eo. nā tūc frustra tractandū eēt de more cōmissione. ⁊ ita declarat Areti. hic. vide Bal. in consi. ccxcj. in. j. volu. ꝙ si quid annuatim debet ꝑstari certa die ꝙ dies interpellat nō principiū anni. item ꝙ si testator mandat in festo natiuitatis decem dari ecclesie singulis annis, ⁊ si heres facere recusauerit, sit priuatus relicto requirit interpellatio. ¶ Secundo tempera nō procedere quādo debitor, ⁊ creditor essent fori diuersi. nam tunc euentus diei non constituit debitorem in mora, nisi creditor adueniente die requiratur in foro debitoris. casus est singularis in. l. item illa. iuncta glo. in versi. item non venit. ff. de constitu. pecu. ⁊ ita transit Ro. hic. an autem debitor teneatur portare debitum ad domum creditoris. dic vt per Bart. in. d. l. item illa. ⁊ per doct. in. l. cum filius. §. fi. in eo. non est materia nostra.

4 **Tertio** tēpera ꝓcedere † quādo dies erat certa, secus si incerta ⁊ tēpus mortis. d. l. magnā. in ver. certo. ⁊ sequit Bar. in. d. l. ita stipulatus. in. ij. q. ꝓin. ver. iuxta hoc quero in eo. ⁊ Alexan. in. l. quoties in eo. ⁊ ex hoc apparet verius fore dictū Bal. in. d. l. magnā. de quo ꝓxime feci mētionē. ꝙ si ꝓmisi ꝙ cū filius meus legitime erit etatis ⁊c. qđ sequit Alexā. in. l. insulā. in. xj. col. in eo. facit qđ no. Pau. cōsi. ccxxxviij. ꝙ tūc dies interpellat qñ est certa. an ⁊ qñ. ¶ Quarto tēpera nō ꝓcedere, qñ tēpus foret alicui in sui fauorē ꝯcessū, vt si detur licētia clerico nō residēdi ꝑ annū in bñficio. Nā ex solo diei lapsu nō censebitur ꝯstitutus in mora sine negligētia nisi per superiorē admoneat. Nā cū iste terminus sit sibi assignatus in fauorē. nō debet ei redūdare in odiū. ita voluit glo. not. in. c. qm̄ frequēter. in. §. porro. in glos. mag. vt lite nō cōtest. Cōtrariū tñ tenuit ibi Inno. ⁊ Hut. ⁊ cū illis trāsit Are. hic. qꝛ in dubio dilatio cōcessa ad soluēdū censet ꝯcessa fauore debitoris ⁊ nō creditoris. l. q rome. in ꝓin. ⁊ ibi per oēs. ff. eo. titu. l. eum qui. alias incipit, Jabolenus. ff. de annuis leg. ⁊ tamen talis dies interpellat ergo ⁊c.

5 **Quinto** tēpera nō ꝓcedere quo ad causandā malā fidem ⁊ cōstituedū quē in peccato. Nā † dies nō dr̄ interpellare. ita singulariter dixit Hostie. in sum. de ꝓscrip. inferens qđ debitor in diē ꝙ si post diē interpellatus nō extitit nō cēsebit in mala fide, nec in peccato, ⁊ propterea ꝓscribere poterit, qđ est valde no. si est verū. refert Abb. in. c. fi. in vlti. colum. de prescrip. contrariū tñ tenuit Specu. in titu. de instru. edi. C. nunc vero aliqua. ver. de hoc etiā. sequitur etiā Abb. in. d. c. fi. per rōnes de quibus ibi quis autē iustius dixerit nō dterminauit hic, sed cogitādū dimisit. ⁊ in vlt. col. ⁊ ꝑfecto ista vlti. opi. vr̄ verior, rō est. nam ꝑ interpellatiōnē debitor cōstituit in mala fide. l. itē veniūt. §. petitā. ff. de pet. he. sed qñ creditor in obligatione apponit diē ad soluēdum vr̄ eū interpellare pro ea die, ⁊ ipse debet retinere in memoria qualr̄ illa die hꝫ soluere. casus est in. d. l. mag. ergo merito ꝑ lapsum diei dꝫ cēseri ꝯstitutus in mala fide. ⁊ ita tene. ¶ Sexto tēpera nō ꝓcedere in cōditiōe, nā eius aduētus debitorē in mora nō ꝯstituit. ita no. Bar. ⁊ magis cōiter scrib. in. l. quoties in diē. eo. ti. imo fortius post aduētū ꝯditiōis ad ꝯstituēdū debitorē in mora, nō sufficit debitorē interpellare, sed etiā est necesse ꝙ fiat certis testibus, vel alia via, qualiter ꝯditio aduenerit. ita no. Bar. in. d. §. morte. in ꝓtestatione incitatoria ⁊ vidimus etiam in
6 iiij. ampliatione. ¶ Septimo tēpera † nō ꝓcedere in vēditore vini, vel alterius liquoris. nā ꝑ lapsū tꝑis assignatū emptori, vt veniat ad vinū tollēdum nō dr̄ eū cōstituisse in mora, vt possit vinū effundere, sed eo elapso debet etiā denuntiare emptori, vt ad vinū tollendū veniat. casus est no. in. l. j. §. l3. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei ven. pōt esse rō ſm Aret. magnū periculū qđ infert emptori, pro quo facit qđ. ff. dicit in prima fal. ¶ Octauo hoc nō ꝓcedit in herede, q fuit in mora soluendi legatū pie cause in termino a lege statuto, de quo in. §. si quis pro redēptione. in aucten. de ecclesia. titu. nā statim hereditate nō priuabitur sed requiret interpellatio. ita singulariter dixit Ange. in. d. §. si quis pro redēptione. ⁊ sequit Are. hic. ¶ Nono tēpera nō procedere, qñ in obligatiōe foret appositū pactū vt ante aduētū diei creditor, teneret admonere debitorē. nā aduētus diei debitorē in mora nō constituit. ita no. Ange. in. l. ita stipulatus. ꝑ illū tex. ſm vnam lec. ff. eo. de cuius tamē dicti veritate dic vt ibi per doc. maxime Are.

7 **Decimo** tēpera † qñ obligatio erat pura. ⁊ exactio erat collata in diē. secus si exactio ⁊ obligatio esset colata in diē. nā tūc eius aduētus absq; interpellatione debitorē in mora nō cōstituit, qꝛ absonū in iure reputatur ꝙ quis eodē tēpore obligetur ⁊ in mora constituat. l. qđ dicimus. ff. de solu. ita dixit Bar. in. l. ita stipula. in. ij. q. ꝓin. ff. eo. titu. ¶ Undecimo tēpera nō ꝓcedere. qñ debitori meo fecissem pactū de nō petendo vsq; ad pascha. nā aduentus istius diei nō constituet debitorē in mora. l. si vnus. §. j. ff. de pac. sequit Bal. in. c. j. §. j. alias est. c. ij. an ille qui interfecit fratrem dñi sui. ¶ Duodecimo limita non procedere qñ aliquis promisisset soluere certa die ⁊ adiecta clausula quā quātitatē ꝓmisit soluere Boñ. Florētie, et vbi cōtigerit postulari. Nā nō intelligit debitor cōstitutus in mora ꝑ lapsum diei, nisi fuerit interpellatus. rō est, nā cū isto casu electio loci ad soluendū spectet ad creditorem, nō dr̄ debitor in mora cōstitutus, nisi quousq; fuerit sibi notificatū in quo loco haberet soluere. ita pulchre no. Alex. ꝯsi. xlv. in cā ⁊ lite. in. v. vol. ¶ Decimotertio tēpera. qñ debitor promisisset soluere Florētie in die pa-
8 scbatis. † nā ꝑ lapsum diei debitor nō diceret esse cōstitutus in mora nisi creditor die statuto ꝓbet se fuisse Florētie. ita voluit Barto. in. l. itē illa. in. iij. colū. ver. quero pone solutio. ff. ꝺ cōsti. pecu. arg. l. arbiter calendis. ff. de arbi. Et isto casu creditor nō veniēdo ad locū destinatū vr̄ prorogasse in dilatione. ⁊ isto casu ad debitorē postmodum cōstituendū in mora erit necessaria interpellatio, vt ibi. ⁊ faciūt que dicentur in. vij. ⁊. viij. fal. ⁊ in sequēti. xiiij. singulariter limita ex his que no. Pau. cōsi. clxviij. ꝙ si aliquis promisit ꝓsentare aliquē infra octo dies, intelligit si fuerit per iudicē requisitus, vt ibi. ⁊ si nō fuerit facta requisitio infra istud tempus eo elapso est liberatus. vide que dixi in. §. ⁊ scimus insti. de heredi. institu.

9 **Secundo principaliter** tēpera † non procedere in eo qui tenet ex delicto, vt fur, raptor, ⁊ similes. nam absq; interpellatiōe ipso iure censent in mora cōstituti. l. j. §. recētissime. ⁊. l. marito. ff. de vi ⁊ vi ar. pro quo facit. Nam fur ⁊ morosus equiparant. l. inter stipulantē. §. j. ff. eo. immo improbior est ꝙ̄ morosus. d. l. merito. Tempera tñ nisi super re furata esset sequta stipulatio animo nouandi facta. nā per eam vitium furti purgatur, ⁊ est necessaria noua interpellatio ad cōstituendū quē in mora. l. scire debemus. §. fi. ff. eo. dic vt ibi.

10 **Tertio principaliter** tempera † non procedere in contractibus vltro citroq; obligatorijs. Nam ex quo quis parte sua contractum adimpleuit alius est ipso iure in mora cōstitutus. l. curabit. C. de actio. empti. l. iulianus. §. ex vendito. ff. eo. sequitur Alexan. in. l. quod te. ff. si cer. pe. Et ampliando istam conclusionē, ꝙ ad hoc vt ille cui adimpletur contractus cōstituatur in mora sufficiet rem ita sibi fore traditam vt illa re vti ⁊ frui possit, quāuis ex toto adimplēs pro parte sua non satisfecerit, pro hoc adduco qđ voluit Bal. in. l. ij. C. de vsuris. ꝙ si venditor tradidit emptori rem. Tamen non prestitit fideiussorē de euictione vt promisit, vel nō tradidit rē liberā, vt ꝓmisit. ⁊ propter hoc emptor pretiū nō soluit, ⁊ sic ei nō possit mora ascribi. l. si. §. fi. ff. de rescin. vendi. Attamē emptor qui fructus ex re percepit tenebit ad vsuras rōne pretij non soluti, qꝛ licet venditor cessauerit implere quantum ad dationē fideiussoris, vt quo ad faciēdū rem liberam. Tñ ꝓpter hoc nō minuitur vsus rei vēdite ⁊ tradite, ergo nō debet minui interusuriū pretij, qꝛ tales vsure veniūt potius ex quadā equitate ꝙ̄ rōne more, vt signanter vr̄ esse de mēte tex. in. d. l. curabit. ita pulchre inquit Bal. in loco preallē. sequitur Alex. in ꝯsi. cxlviij. ꝓspectis instrumētis. in. v. vol. ¶ Istud singulariter tēpera, qñ ille cui cōtractus adimpletur etiā ante implementū ipso iure erat obligatus vt est videre in emptore ⁊ venditore qui ipso iure obligant ad id qđ deuenit in cōtractu quāuis agenti ad implemētū obstet exceptio, sed si ille cui contractus adimpletur prius nō foret obligatus sed ex ipso implemento seu per ipsū obligaret, tunc ex eo solo absq; interpellatione nō ꝯstitueretur in mora. casus est no. in. l. naturalis. §. sed si scipbū. ff. de prescri. ver. vbi si dedi tibi rem vt tu dares mihi aliā, ⁊ res
11 mihi dāda pereat antequā mihi tradat perijt periculo meo. † Ergo datur intelligi ꝙ ꝑ impedimētū ex parte mea tu nō cēseris ꝯstitutus in mora, qꝛ tūc periculū interitus ad te ⁊ nō ad me debuisset spectare. l. si qs vina. in ꝓin. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei vēdi. no. gl. in. l. j. in principi. ff. eo. ⁊ in. l. j. cum glos. C. eo. ⁊ ratio est. Nā cū in casu illo nō oriat obligatio, nisi sequuto implemēto. l. ex placito. C. de rerū permutatio. ⁊ per Bar. in. l. si pecuniā. ff. de ꝯdi. ob cām vr̄ absurdū, vt eodē tꝑe cōtrahat obligatio ⁊ qs cōstituat in mora. l. quoties in diē. ⁊ ibi per Bar. ff. eo. ⁊ per Bal. in. l. ⁊ si post tres. ff. si quis cau. Secundo tempera

tēpera ꝙ ex isto impedimēto mora cōtrahit̃ quātū ad hoc vt ille qui
implemētū accepit, teneat̃ ad interesse rei quā ipse tradere tenebat̃,
qꝛ nō est equū vt vtraqꝫ re potiat̃.l.iulia.§.offerri.ff.de actio.emp.
Tamē ille cui cōtractus est impletus nō cēsebit̃ cōstitutus in mora
vt in penam incidat, ⁊ sic vt damnum patiatur, vel vt priuet̃ iure iam
quesito, nisi post hoc intercesserit interpellatio. ita ꝓbat casus in.c.
j.si de feu. fuerit controuer. inter do. ⁊ agna. vbi licet prediū conce-
datur vt per vasallū seruitiū prestetur.c.j.§.illud.in quib. cau. feud.
amit. Tamen vasallus ex sola feudi receptione, nō dicit̃ ꝯstitutus in
mora vt veniat priuādus feudo ob seruitiū non pstitum si nō fuit in-
terpellatus. Nec ob. si dicas qd̓ illud est speciale in feudo qd̓ conce
ditur ad incertū seruitiū ⁊ propterea merito est necessaria interpella
tio, qꝛ istud est falsum duplici rōne. prima qꝛ feudū ad certū seruitiū
22 dari pōt, vt est casus in.d.c.j.§.illud. ¶ Secūdo † qꝛ dato qd̓ feudū
detur ad incertū seruitium. Tamen faciliter contingere pōt, vt sciat
dn̄m indigere aliquo seruitio absqꝫ eo ꝙ sit interpellatus ⁊ tn̄ erit
necessaria interpellatio, fuit ergo causa qꝛ tractabat̃ de iure q̃sito ꝑ-
dēdo, ⁊ ꝑpterea Bal. in.d.§.licet formabat talem conclusionē qd̓ ꝓ
retinēdo iure iam quesito obligatus nūquā tenetur offerre nisi inter
pellatus, ⁊ ꝓ ista limitatione facit qd̓ infra ꝓxime dicet̃ in sequenti
ꝙ ille cui adimplet̃ cōtractus, solū dicit̃ cōstitutus in mora respectu
cōmoditatis quā ex re tradita ꝑcepit, qꝛ absonum est ꝙ ex vtraqꝫ re
cōmodū patiat̃. Sed istud lucrū est solum respectiuū ad vsuras vel
fructus q ex re ꝑ ipsū tradēda ꝑcipiūtur nō respectu pene ergo ⁊c.
¶ Tertio tempera nō procedere, qn̄ ille cui adimpletus fuit cōtra-
ctus nullos fructus ex re tradita percepisset. Nam non censebitur
constitutus in mora vt ad vsuras, vel fructus teneatur. ita voluit Ja-
co. but. ⁊ Bal. post eum in.l. in minorū.C. in qui. cau. in integ. resti.
neces. non est. probās optima rōne, vt ibi per eū, ⁊ ꝓ hoc ē tex. in.d.
l. curabit, vbi expresse dicit tex. ꝙ per rei traditionē nulla mora con-
trahitur sed vsure debent̃ ratione fructuum perceptorum. ⁊ ista vi-
detur veritas. ita per illū text. comprobat̃ quicqd dixerit Bal. in.l.
ij.C.de vsur. ⁊ iste tres fallentie colliguntur ex dictis per Are. cōsi.
cl. visis diligenter. in. viij. col. tu no. quoniā noue sunt, ⁊ multum re-
23 stringunt dictam.l. curabit. † Et ex hac vltima limitatione habes
colligere vnū qd̓ licet in mora regulari que interpellatione contra-
hitur tenetur debitor tam de fructibus perceptis q̃ꝫ percipiendis.l.
apud iulianū.§.j.ff.de lega.j. tam in mora irregulari que contrahitur
re ipsa ex quo cōtractus ex parte vnius fuit adimpletus, morosus so
lum tenebitur de fructibus perceptis, nō de his quos percipere po-
tuit, ⁊ de hoc est glos. singularis quā ponderat ibi Paul. de cast. ⁊
scriben. in.d.l. de diuisione.ff. solu. matri. quicquid dixerit Ro. ibi
qui cōmuniter reprobat̃. de quo etiam videas aliquid per Alexā. in
dicto consi. cxlvij. in. v. volu. ¶ Quarto tempera procedere quantū
ad hoc vt constitutus in mora re ipsa teneatur de fructibus perce-
ptis.d.l. curabit. Tamen nō censebitur constitutus in mora quantū
ad hoc vt teneatur de periculo interitus vel vt teneatur ad estima-
tionem quanti res plurimi valuit a tempore more. iuxta textum. in.l.
vinum.ff.si cer. peta. quāuis contrarium senserit ibi Bart. dic vt ibi
per Alexā. ⁊ ex hoc habeo responsum ad.d.l. naturalis.§. sed si sci-
phus.ff. de prescrip. verb. quā Alexā. al. vt dixi in prima fal. Tn̄ ni-
hil ibi qd̓ fuerit dictū puto verū per alia que ibi fuerunt deducta.

24 **Quarto principaliter** tēpera † nō ꝓcedere in dote extraneo pro-
missa nō lapso biennio absqꝫ interpellatione censebit̃ in mora cōstitu-
tus.l.fi.§. preterea.ff. de iure do. ⁊ sequitur Ro. hic. ⁊ Alexā. in.d.l.
qd̓ te. An autem si dos fuit promissa a muliere, an statim ex quo ma
ritus cepit sustinere onera matrimonij, vxor censeatur re ipsa in mo-
ra constituta dic vt per glos. ⁊ omnes in.l. de diuisione.ff. solu. ma. ⁊
magis cōmuniter cōcluditur qd̓ sic, de quo, quia non est proprie ma
teria nostra vide per Alexā. consi. cxlvij. perspectis instrumentis in
v. volu. vbi dicit hanc fore cōmunē sententiā, siue dos fuerit ꝓmissa
ab vxore, siue a patre eius, etiā si marito possit imputari aliqua negli
gentia, secus si ab extraneo, ⁊ hanc dicit fore cōmunē sententiam, ⁊
eam semper fore sequutum in consulendo, vide etiam eundē cōsi. lj.
in. iiij. volu. ꝙ maritus postquā supportauit onera matrimonij potest
petere vsuras dotis promisse, etiam si esset lapsum decenniū. ⁊ idem
etiam sequitur consi. liij. in eod. volu.

Quinto principaliter tempera non procede-
re in debitore fisci, nam
ex eo quod non soluit quod debet re ipsa cōstituitur in mora, glo. est
singu. ꝭm Roma. ⁊ Areti. hic in.l. cum quidā.§. fiscus. in versi. in-
ferunt.ff. de vsur. no. Barto. in.l.ij.C. de his quibus vt indig. ⁊ Ale
xan. in.d.l. quod te.
25 ¶ Sexto principaliter tempera † ꝙ idem debes dicere in debitore
ecclesie, nā re ipsa censet̃ cōstitutus in mora. glo. sing. insti. d̓ actio.§.
item mixta. in verbo, in iudiciū. no. Bal. in auctē. hoc amplius. in. ij.
col.C. de fideicō. Pet. de anch. in rub. accessoriū. de regu. iur. in. vj.
Inno. in.c. breui. de iureiuran. ⁊ Alexan. in.d.l. quod te.
¶ Septimo principaliter dicas idem in debitore minoris.l. in mi-
norū.C. in quibus cau. in integ. resti. non est necessa.l.ij.C. de vsur.l.
titia seyo.§. vsuras.ff. de legatis.ij.
¶ Octano idē dicas in eo qui ꝓmisit aliqd cōsistēs in faciēdo tractū
habens successiuū, vt domū facere, nā huiusmodi promissio censetur
in se habere tacitā diē in q̃ cōmode fieri possit, ⁊ ꝓpterea lapsus hu-
ius diei debitorē in morā cōstituet. vt statim ad penam vel interesse
conueniri possit.l. si ita stipu. ⁊ ibi Pau. ⁊ post eum dixi. ĩ. eo.
16 ¶ Nono idem dicas † in eo qui dixit se nolle adimplere id qd̓ pro-
misit vel debet, nam ex hoc censet̃ in mora constitutus, nec amplius
requirendus erit.c.j.§. ad hec. hic finitur lex corradi, ⁊ pro hoc ad-
duco Alexan. in.d.l. quod te. id quod in simili dicimus ꝙ qui dixit
se nolle in iudiciū comparere non est de necessitate amplius requi-
rendus.c. eum qui. de dolo ⁊ contu. in. vj. no. glo. in.l. tres denuntia-
tiones.C. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊.l. diuus.ff. de in integ. resti.l.
ex contractu.§. fi.ff. de appel. pro quo faciunt que vidimus in limita-
tione ad primam ampliationem.

Decimo principaliter tēpera in eo qui ꝓmi-
sit se facturū, ⁊ curatu
17 rum, † nam nō requirit̃ interpellatio sed intelligit̃ q̃ꝫ primum facere
possit. singulare fuit verbū Bal. in.c.j. in.§. ad hec. hic finit̃ lex cor-
radi. alle.l.j.C. d̓ priua. carce. cū alijs simi. per eū allega. ⁊ cū isto di-
cto simpliciter ꝑtransit Are. hic ⁊ Alex. in.d.l. qd̓ te. ⁊ Ar. in cōsi.
cxliij. ex facto ꝓponit̃. in. iiij. colū. sed certe quāuis istud dictū cōmu
niter approbet̃. Ego illud nō puto verū, ⁊ cōtra illū vr̃ esse tex. in.c.
ex rescripto. de iurein. vbi illi mona. cēsent̃ se ꝓmisisse facturos ⁊ cu
raturos, vt ibi ꝑ glos. in verbo, inhibeatis. ⁊ tn̄ vult tex. necessariā sup
hoc fore interpellationē, vt patet ibi. in ver. nocere curet. Scd̓o ad-
duco qd̓ q ꝓmisit aliqd se facturū vr̃ ꝓmisisse qd̓ ꝓ posse suo curabit
illud expedire, dūmodo difficultas vel impossibilitas eum non impe
diat.l. si vehenda.§. idem iuris.ff. ad.l. rhodiā de iac. facit qd̓ habet̃
in.l. cōtinuus.§. illud. ĩ. eo. ⁊ sic in effectu videt̃ polliceri se facturū
⁊ curaturū, sed tamē clarū est qd̓ quando aliquis promisit se aliquid
facturū nullo adiecto termino itelligit̃ si requiratur, vt hic cū alijs si
mi. ergo videmur isto casu icurrere illā regulā qd̓ expressio eius ⁊c.
18 Tertio ista verba † promitto facturū ⁊ curaturum, operant̃ vt quis
videatur promittere factū suum.l. quoties quis.l. inter stipula.§.j. ĩ.
eo. sed clarum est ꝙ promittens factum suum nullo adiecto termino
intelligitur si fuerit interpellatus. ergo ⁊c. Quarto clarum est ꝙ va-
sallus iurat se facturū ⁊ curaturū pro posse ꝙ dn̄s non offendatur.c.
j. de no. for. fi. ⁊ tamē vasallus dominū iuuare nō tenetur nisi requi-
situs ⁊ magnū dn̄o immineat periculū.c.j. ⁊ ibi glo. in verbo, requi-
siuit.c. licet. si de feu. fue. cōtro. si ergo ille qui obligauit se facturū
⁊ curaturū regulariter intelligitur si fuerit interpellatus, multoma-
gis ille qui promisit simpliciter se facturū ⁊ curaturum intelligitur si
fuit interpellatus. Quinto in pretorijs stipulationibus, ⁊ de iudicio
sisti, ⁊ similibus si aliquis promisit talē sistere in iudicio videtur pol
liceri se facturū ⁊ curaturū, ꝙ stabit.l. quoties quis. ⁊ ibi oēs. ĩ. eod.
⁊ tamen clarū est ꝙ si quis promisit aliquē sistere nullo adiecto die
intelligitur si fuit interpellatus, facit.l. sancimus.C. de fide. ⁊ sic vi-
detur ꝙ istud dictū non sit, nec rationi, nec iuri consonū, ⁊ ita alias in
facto dicebam reprobando illud dictū. ⁊ reperi Are. ita in terminis
firmantē. lxxij. cōsilio in vltimo dubio, quāuis non faciat mentionē
de doctri. Bal. vbi. s̃. si tn̄ vellemus opi. Bald. sustinere possemus
19 cōcordare has opinio. ꝙ † aut tu queris an ille qui ꝓmisit facturum
⁊ curaturū statim dicatur in mora quo ad effectus more, de quibus ꝑ
glo. in.l. mora.ff. de vsu. seu quo ad effectū interitus, ⁊ tūc si iste non
adimplet q̃ꝫ primū poterit censetur cōstitutus in mora. ita ꝓcedit di-
ctum Bal. in loco preallegato. aut vero queris an censeatur cōstitu-
tus in mora quo ad effectū cōmissionis pene, ⁊ istud infero ꝑ supradi
cta, maxime cū in penis strictissima debet fieri interpretatio. regula
in penis, de regu. iur. lib. vj.l. preses, ⁊.l. si de interpretatiōe.ff. de pe
nis. ⁊ in isto casu ego cōsului qd̓ ad hoc vt ille qui ꝓmisit se facturū
⁊ curaturū incidat in penam est necessaria interpellatio. ⁊ ita he opi-
niones possent reduci ad concordiam. Tamē magis placet ꝙ dictū
Bald. non sit verum. De veritate tamen istorum verborum facturū
⁊ curaturum. vide Barba. consilio. inserto in consi. Alexan. xcv. in
tertio volumine. hec verba important, vt ille qui ita promisit omni-
no curet, vt illud fiat, ⁊ ideo si promisit quis se facturum ⁊ curatu-
rum ꝙ per ipsum vel alium soluentur mihi centū, postea delegauit
mihi quendam debitorem quem acceptaui, ꝙ propter hoc non erit
liberatus si ab ipso exigere non possum, quod est notandū ad ea que
habentur in.l. singularia.ff. si cer. pe. vide etiā Alexā. consi. xxxij. in

iiij. volu. q fideiussor qui promisit facturum & curaturum q principalis soluet & iurauit potest conueniri principali non excusso, & an ille qui promisit se facturum & curaturum excusetur si fecit quantum in se fuit. vide per glos. in. c. ex rescripto. ff. de iureiuran. & per Areti. in consilio. cxliij.

20 **Undecimo fallit** in vasallo † qui si sciat dño magnum periculum imminere, tenet non requisitus defendere. c. licet. si de feudo fuerit cōtrouersia. & ita transit Areti. hic. & Alexan. in. d. l. quod te.

¶ Duodecimo fallit quando iuramentū foret in contractu interpositum, nam nō erit necessaria interpellatio. Adduco qd no. Joã. an. Jmo. & dñs Anto. in. c. breui. de iureiuran. vbi dixerūt pone qd vasallus vel alius iurarunt defendere ecclesiā, modo sciunt necessitatem imminere ecclesie. An nō interpellati teneant ecclesiam adiuuare, & dicūt qd sic, q2 stimulus cōscientie & iuramēti videt ipsum interpellare, allegat singulare verbū Specu. ita firmantis in titu. de aduocato. §. j. versi. qd si iurauit. & per istud dictū dicebat singulariter Alexan. in. l. ij. §. volūtate. ff. solu. mat. q quāuis ad hoc vt vēditor teneat venire ad defendendū emptorem in causa euictionis sit necesse q per emptorē fuerit ad hoc requisitus, vt per Bar. in. l. denuntiasse. ff. de adul. & in. l. absentem. ff. de procura. attamen si iuramentū est appositum in cōtractu si venditor sciat litem fore motā absq3 alia interpellatione ex stimulo iuramenti debet venire ad defendendū emptorē, qd

21 dicit esse singulare nec per alios tactum. & pro ista opi. q † iuramentum interpellet tenent mod. hic q in. l. j. §. si quis ita. & ibi dixi supra eo, allegant simpliciter dñm Anto. sed certe istud dictū nō puto verum, & adduco singularē doctri. Bar. quā rogo perpetuo tene menti in. l. eū qui. in. §. si iurauero. in vltimo verbo. ff. de iureiuran. vbi dixit qd quando eodē tēpore contrahitur obligatio, & eodem tempore prestitum est iuramentum, non habet vim interpellationis nec debitorem in mora constituit, sed necessaria est noua interpellatio, quia absonum est in iure ẽm ipsum qd quis eodē tēpore obligetur, & constituatur in mora. l. quod dicimus. ff. de solutionibus. ego vero ꝓ hoc adduco qd dicimus in simili, & etiam videmus qd quāuis aduentus diei constituit in mora. Tamen intelligitur esse verum quādo obligatio erat pura, sed exactio erat in diem colata, secus si exactio & obligatio erat in diem colata. nam tunc diei aduentus nō constituet debitorem in mora, ne deueniamus in hoc absurdū, qd eodem tēpore obligetur, & in mora constituatur. ita dixit Barto. in. l. ita stipulatus. in ij. qd. principali. infra eo. facit qd dicunt Barto. & docto. in. l. quoties. §. eo. qd aduentus conditionis non constituit vnquā in mora, qa etiam prius nō esset nata nec actio, nec obligatio. l. cedere diem, ff. de verbo. signi. absonum enim videtur qd quis eodē tēpore obligetur & constituatur in mora. & propterea inferebat Barto. in dicto. §. si iu-

22 rauero ad intellectum statutorū in partibus Tuscie existentis, † qd instrumenta guarentigiata seu confessionata viam habeant sententie, & ex hoc videatur induci quod debitor censeatur cōstitutus in mora, quia nedum per sententiam, sed per litis contestationem debitor in mora constituitur. l. si insulam. §. eo. l. j. & ij. C. de petitio. heredita. cum simi. Tamen dicit ipse qd si eodem tēpore contrahatur debitum & in instrumento clausula guarentigie apponatur, debitor non censebitur in mora constitutus, quia absonum reputatur qd quis eodē tempore obligetur & in mora constituatur, sed est opus noua interpellatione, vnde ex hac singulari doctri. Bar. ita declarata, videtur inferendum q si eodem tēpore quis obligetur & iuret. Tunc iuramentum non habebit vim interpellationis & nō cōstituet debitorē in mora, sed si vno tempore contracta obligatio & actio per iuramentum bene constitueretur debitor in mora, quia cessaret istud absurdum, qd eodem tēpore obligaretur & constitueretur in mora. Non ob. modo doctrina Jnnocen. do. Anto. & Jmo. q2 dico qd illa sua doctri. magis eorum auctoritate q̃ iure sustinetur, pro hoc adduco Alexan. in. d. l. j. §. voluntate, ff. solu. matri. vbi inquit qd ista doctrina posset procedere in vasallo iurante dñm defendere, & nō requisitus defendere tenetur. d. c. licet. si de feu. fue. contro. c. j. de noua forma fide. sed in alijs iurantibus magis sustinetur eorum auctoritate q̃ ratione, subdit tamen q

23 † in iudicando & consulendo multum esset confidendū in eorū auctoritate. Ad idem adduco Alexā. in. d. l. qd te. vbi intrepide istam doctri. reprobat dicens q. d. c. licet, & d. c. j. loquuntur & in illis specialiter est statutū in vasallo qui sacramento fidelitatis astrictus tenetur dñm iuuare vt si imminet dño magnū periculū est in mora absq3 alia interpellatione & tenetur dñm adiuuare, ergo in contrarium erit ius cōmune in alijs iurantibus. Ad idem adduco Areti. hic qui dicit qd ista doctri. dñi Anto. & sequaciū posset saluari in casu suo. quādo qs iurasset defendere ecclesiā vt senserit in necessitate teneatur non interpellatus ipsam adiuuare, q2 in ecclesia speciale est, vt eius debitor absq3 interpellatione in mora constituat, & est glos. sing. in. d. §. item mixta. & supra vidimus. Alias autem ẽm eum dicendū esset contrarium per tex. in. c. j. §. paratiores. hic finitur lex corradi. & d. c. licet. Ad idem adduco Areti. in. l. si ita stipu. §. eo. vbi faciens mentionem de dicto do. Anto. & sequacium dicit illud esse no. si est verum, & sic satis de isto dicto dubitauit. & sic ex autoritate tantorum illustrium doc. possemus dicere istud dictū do. Anto. non fore verum. si tamen vellemus sustinere dictum suum possemus dicere, qd istud procedit in casu suo, quando erat obligatio pura, sed effectus obligationis erat collatus in aliquam necessitatē superuenturam, q2 superueniente necessitate bene iuramentū interpellat, q2 eodē tēpore quis nō videtur obligatus & constitutus in mora, sed vno tēpore censetur obligatus, & alio in mora cōstitutus, & ita reducunt ad concordiam doct. Barto. dñm Anto. & sequa. & ita alias in facto allegabam & obtinui. no. bene quia istum passum non ita reperies explicatum. ¶ Decimotertio fallit in libertate in qua re ipsa absq3 interpellatione mora contrahitur. l. cum non. §. app. ff. de fideicom. libe.

24 **Decimoquarto tempera** † non procedere in dispositione legis vel statuti seu iudicis requirentis aliqd fieri, nam intelligitur q fiat quāprimum pōt, alias pena cōmittit absq3 alia interpellatione ita no. glos. in. l. j. C. de his qui. vt indig. ẽm Alexan. in. l. ita stipu. in iiij. colū. versi. iij. fallit. §. eo. & illam sequit Bal. ibi in. d. l. j. pro hoc adducens text. in. l. ij. §. cōfestim. iuncto. §. si mater nō petierit. ff. ad tertullia. vbi cum lex velit matrē, debere petere tutorē filio priuet hereditate, ex quo nō petijt, quāuis sup hoc aliter nō fuerit interpellata vt satis ex predictis iuribus patet idem etiam sequit Bar. in. l. in cognitione. ff. ad sileia. & idē fuit de mente Bar. in. l. nō solū. §. mora. circa pe. colū. & ibi sequit Jmo. ff. de ope. no. nun. idem sequit Abb. in. c. extirpande. §. q2 vero. de prebē. cōtrariū tenuit Inno. in. d. §. q2 vero. vbi no. q licet quādo imponit pena pro facto affirmatiuo, vt q2 dicit quicūq3 intrabit talem locum vel furtū fecerit puniatur tali pena statim ex contrauentione penam incurrat. c. de multa. de ꝓben. xvij.

25 q. iiij. c. si quis suadente. l. j. C. de secun. nup. Tamen † quādo imponitur pena pro facto negatiuo seu in nō faciendo cōsistente, vt q2 dicatur quicūq3 nō fecerit residentiam in beneficio, vel collectas nō soluerit, sit excōmunicatus vel duplum soluat, vel quid simile semper intelligetur si monitio precesserit. allegat. c. ex parte. cū tribus sequētibus. de cleri. nō residen. & ratio diuersitatis est ẽm eum, q2 facta patent, no facta vero latent, & cum ista opi. pertransit Joan. an. Hostiē. do. Anto. Pet. de ancha. & Jmo. in. d. c. extirpande, & ista videtur magis cōmunis sententia vt patet ex multis allega. per Alex. in. d. l. ita stipulatus. & ibi dicit idem fuisse de mente Barto. in. l. in faciendo. §. infans. ff. de furtis. quāuis doct. in. d. c. extirpande nō recte referant, & ibi per eū. retenta modo ista opi. Jnno. pro vera qd requiratur interpellatio. Tempera nō procedere in tribus vel quatuor casibus, & ex illis habebis totidē limitationes in quibus nō erit necessaria interpellatio. Tempera primo nō procedere qñ dispositio statuti vel iudicis aliquid fieri precipientis contineret idem qd ius cōmune

26 vt puta † si emanaret cōstitutio sinodalis per quā precipit omnibus clericis absentibus vt in suis resideant beneficijs, alias mandat eos priuari. nam cū ista cōstitutio contineat idem qd ius cōmune vt aliquid operetur vltra illud. l. si quando. ff. de lega. j. c. si papa. de priui leg. in. vj. cum simi. dicimus q per istam cōstitutionem censetur moniti vt veniant ad residendū, & propterea alia monitio non est necessaria. ita pulchre no. Fed. cōsi. ciiij. alias. cix. incipit, qui non facit residentiam &c. & Butriga. in. c. quoniam frequenter. §. si vero. vt lite non contestata. sequitur Alexan. in. d. l. ita stipula.

¶ Secūdo tempera non procedere in foro penitentiali quo ad penam quo ad ipsum pena cōmittetur, quia tunc videtur cessare ratio iac. cum apud deum nihil lateat vt per glos. in. l. ij. ff. de interroga. ita dixit Abb. in. c. excōmunicationi de rapto. & sequit Alex. in. d. l. ita stipula. ¶ Tertio tempera si lex mandat aliquid dari vel fieri alicui. nam intelligitur, vt ipse habeat admoneri vel interpellari facere per iudicem, si habebat habilem personam ad istud faciendum,

27 ita procedit tex. in aucten. hoc amplius. C. de fideicō. & maxime † qñ tractatur de iure quesito perdendo, vt ibi sentit Bald. & idem ego intelligerem procedere, quando lex mandat aliquid fieri & super eo commiserat diligentiam alteri. nam intelligetur vt ille habeat interpellare, ita procedit tex. in. c. excommunicamus. §. moneatur. de here. & quod dicit Jnno. in. d. c. extirpande. dum loquitur de clerico qui debet residere in beneficio. nam intelligitur q fiat monitio per episcopum ad quem talis cura commissa est, sed si lex iuberet aliquid fieri, vel dari ex quo priuato aliquod ius petendi paratur, vt quādo lex mandat matrem debere petere tutorem filio, vel heredibus debere vindicare necem defuncti. Tunc non requiretur interpellatio ita procedit glos. in. d. l. j. C. de his quib. vt indig. & tex. in. l. ij. §. confestim. ff.

festiū.ff.ad tertullia.ita dixit Aret.in.d.l.ita stipula.⁊ in ɔsi.cl.visis diligēter,⁊ ad hāc materiā vide etiā qđ no. Alex.in.d.l.j.C.de his quib.vt indig.vbi reprobat dictū Bal.in hac materia cū quo videt̃
28 transire Aret.in.d.l.ita stipula.⁊ in.d.cōsi.iiij. † Quid autē in vltimis voluntatibus.an ad hoc vt quis nō dicatur paruisse conditioni requiratur interpellatio. An vero sufficiat lapsum fore tantū tēpus infra quod conditioni parere potuit,⁊ non fecit.vide per Are.post Paul.in.l.si ita stipulatus.in.vj.car.versi.sed quero pro declaratione huius versi.s.eo.vbi determinat necessariam fore interpellationem siue dispositio incipiat a precedenti dispositione vel conditione per.l.si penum.ff.quando dies lega.ce.⁊ forte illa opi.est verior,quāuis videat̃ variasse in consi.lxxxiiij.⁊ in consi.cl.⁊ ibi plene etiā tractat. An qñ aliquid est relictum sub modo ad hoc vt legatarius veniat priuandus ob modū nō impletū sit necesse qđ super hoc ꝓcesserit interpellatio,vt ibi determinat qđ sic.⁊ in.d.l.stipula.in.ij. car.versi.ex quo consequenter.sed potius in ꝑallegato cōsilio ad
29 hanc materiam † qñ contrahatur mora irregularis.vide glos.ordi. in.l.mora.in glos.magna.ff.de vsur.subde etiam vnum pro limitatione predictorum qđ est singulare qđ licet difficultas superueniens in debitore quantitatis ipsum a mora nō excuset.l.incendium.C.si cert. pet.l.in ratione.§.incerte.ff.ad.l.falci. Tamen fallit quando mora irregularis contrahitur absq; interpellatione. Nam tunc difficultas excusabit a mora.ita videtur sentire glos.in.l.diuortio.ff.de nego. gest.⁊ sequitur Imol.⁊ Areti.in.l.continuus.§.illud.s.eod.titu.

¶ Decimoquinto tempera non procedere,qñ debitor speciē debitam occidisset,vel non curasset.nam ex hoc re ipsa absq; interpellatione mora contrahitur.l.seruum.⁊ vtrobiq; per doc.s.eo.qđ tempera procedere quando debitor erat pure obligatus,secus si in diem vel sub conditione.nam si ante diem vel conditionem fuerit occisus non poterit debitor conueniri actione ex eo contractu,tāquā dicatur esse in mora,sed actione de dolo.l.si fideiussor.§.fi.ff.đ dolo.ita no. Bar.in.d.l.mora.qđ tamen limita,vt ibi per Barto.⁊ alios in.d.l.
30 mora. † Quid autē si probari potest ꝙ seruus occisus omnino ante moram mortuus fuisset. An occidens excusetur.dic vt per Alexan. in.d.l.si seruum.vbi tenuit ꝙ non,vt ibi per eum. Tamen sunt limitanda,nisi occideret ex causa iusta.nam tūc excusatur.l.quid ergo.§. si heres.ff.de leg.j.⁊ no.per omnes hic.

¶ Decimosexto tempera nō procedere in herede grauato dari vni ex pluribus cui voluerit.nam intelligitur vt det quāprimum potest, alias est in mora que tamen purgari potest absq; litis cōtestatione.l. si quis titio.§.fi.⁊ ibi Bar.ff.de lega.ij.⁊ per hoc sit expedita secunda pars principalis huius tractatus.

Tertia pars Tractatus de
Mora D. Marci antonij Bauerij Bononiensis.

SVMMARIVM

1 Interpellatus an statim constituatur in mora.
2 Interpellatio missam audientis,vxorem ducentis,⁊ funus comitantis incongrua dicitur.
3 Noctis tempus nunquid incongruum tam ad interpellandum quā soluendum.
4 Interpellatio facta in loco quo debitor conueniri non potest incongrua dicitur.
5 Interpellatio simpliciter facta videtur collata in locum congruum contra communem.
6 Verba impersonalia seu simpliciter prolata in dubio quomodo intelligenda.
7 Interpellatio quando dicatur facta in loco incongruo. Infames admittuntur in testes pro his que fiunt in lupanari.
8 Mora committi non potest ante debiti liquidationem.
9 Mora vt contrahatur interpellato ad indeterminatum faciendum que probatio requisita. Diei appositio in citatione iudiciali nunquid requisita.
10 Pupillus sine tutoris autoritate in mora an ⁊ quando constituatur.
11 Denuntiatio que fit venditori per emptorem in causa euictionis potest fieri pupillo.
12 Adultus sine curatore interpellari an possit.
13 Debitor eligens viam iudicij per litis contestationem constituitur in mora.
14 Debitor lite pendente factus de fuga suspectus capi potest.
15 Conuentus negans statim fit in mora non expectata litis contestatione.
16 Creditor interpellans in plusquā sibi debeatur constituit debitorem in mora respectu partis debite.
17 Debitor vt excusetur a mora per interpellationem quid facere debeat. Et quid si creditor erat absens. 20.
18 Emphyteota in hereditate iacente excusatur a mora.
19 Debitor non habens cui soluat quid facere debeat.
20 Oblatio sola quando sufficiat ad vsuras euitandas.
21 More qui sint effectus.

c ¶ Ondescendo nunc ad tertiam partem istius tractatus ⁊ retenta eadem secunda pro vera,ꝙ in interpellatione mora cōtrahit̃. Tempera primo † ꝙ statim interpellatus nō censebitur constitutus in mora, sed necesse est ꝙ labatur tm̄ tēporis.s.qđ cōmode,id super quo interpellatur explicari possit,qđ tēpus veniet arbitrio iudicis moderandū,iuxta tex.in.l.qđ dicimus.⁊.l.ratū.ff.de solu.casus est no.in.l.diuortio.ff.de nego.gest. glos.in.l.emilius.ff.de mi. c.j.§.ad hec,⁊ ibi Bal.hic finitur lex corradi. Areti.in cōsi.lxxij.in vlti.dub. Secūdo tēpera ꝓcedere qñ fuit facta cōgruo tēpore,vt est glos.in.l.mora.ff.de vsu. Dicitur aūt facta in cōgruo tēpore quando esset facta ante euentū diei,vel cōditionis.l.cum filius.§.fi.s.eo.l.si soluturus.ff.de solu.⁊ sequitur Pau.hic qđ tamē tēpera,nisi interpellatio cōferretur in tēpus cōgruū.l.in tēpus.ff.de heredib.insti.l. si eum.§.fi.cū.l.seqūēti.ff.de dona.inter virum,ita dixi supra in.ix.
2 ampliatione. † Itē dicit̃ fieri in incōgruo tēpore si fiet quādo quis vxorē ducit,funus comitatur,missam audit, vel celebrat.l.ij.ff.de in ius vocan.no. Bar.in.l.nō solū.§.morte.in materia protestationis incitatorie,de operis noui nūtia.sed an tēpus noctis videatur etiam incongruū ad interpellandū.⁊ quidē Bal.in.c.fi.in.j.colū.đ appella.cōcludit qđ in casu illius tex.appellatio pōt fieri đ nocte si potest haberi copia illius cui facienda est.cōfirmatur ſm Jaso.in.d.§.morte.in materia ꝓtestationis incitatorie per duo similia.primo quia licet actus iudicialis,vt sententia nō possit de nocte expediri.§.sedebunt.in auc.de iudicibus. Tamē actus extraiudicialis,vt cōtractus potest,ita de nocte sicut de die expediri.l.ad testiū.§.testa.ff.de testamen. Secūdo cōfirmatur ex eo qđ dicimus in simili qđ appellatio potest interponi de nocte ſm qđ declarat Bald.in auctē.hodie. in vlti.colū.C.de appella.⁊ in.l.j.C.de ferijs.⁊ in.l.j.§.dies.cum sequen.in verbo,cū prima hora.ff.quando appel.sit, per glos.in.c.ab eo.de appel.in.vj. Et certe videtur dicendū ꝙ sic, † nam interpella
3 tio dicitur fieri in tēpore incongruo,quando fit eo tēpore super quo interpellatio non posset tunc temporis congrue explicari,ita tenuit Bar.in.d.protestatione incitatoria dum loquitur. An tēpus feriatum dicit̃ incongruū ad interpellandū,de quo dixi in nona ampliatione,sed tempus noctis est incongruū ad solutionem fiendam,glos. no.l.more roma.⁊ ibi Barto.⁊ Bal.ff.de ferijs satis enim illud tēpus dicitur esse incongruū eo tēpore medio quo de facili posset contingere deceptio,circa valorem monete,⁊ istud videtur verius quicquid dixerit Bal.in.c.ego. N.de iureiuran.vbi dixit,ꝙ ille qui ꝓmisit soluere die dominico liberatur soluendo vsq; ad mediam noctē illam.d.l.more Roma.sequitur Sali.⁊ ibi dñs meus in.l.non minorem.C.de transac.si ergo istud non censetur tempus congruū ad soluendum erit incongruum ad interpellandum. Jas.in.d.§.morte.non bene se firmat,quia dubitat an solutio possit fieri de nocte,qđ temperarem nisi interpellatio conferretur in tempus congruum per supradicta,super hoc tamen cogitabis,quia istam questionē in terminis tactam non reperio. Tertio tēpera quando esset facta congruo
4 loco.d.l.mora. † ⁊ dicit̃ locus incongruus,quādo debitor nō posset conueniri in loco,in quo interpellat̃,ita inquit glos.in.d.l.mora. Qđ tamen tēpera ꝓcedere qñ interpellatur,vt ibi soluat,secus si interpellatur,vt soluat in loco cōgruo.arg.l.fi.ff.de offi.prefec.vrb.facit regu.l.oratio.ff.de sponsa.⁊.l.in tēpus.ff.de heredi.insti.arguēdo de tempore ad locū,iuxta tex.⁊ ibi no.in.l.vinum.ff.si cer.peta.sed pulchra insurgit dubitatio, pone ꝙ interpellatio fuit facta simpliciter, vt soluat,nec expresse fuit collata in locum congruum. An valeat. Bar.in.d.materia protestationis incitatorie,dicit ꝙ nō,q̄ videt̃ facta vt soluat in loco protestationis.alle.text.in.l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arbi.⁊ ita dicit debere intelligi qđ no. Cy.in.l.in minorum.C.in quib.cau.in inte.resti.nō est neces.⁊ ita ptransit Imo.in.d. protestatione incitatoria dubitatiue,tamē dicens ꝙ cōtra istam opi. stringit generalis regula,vt actus potius interpretari debeat vt valeat,q̄ pereat.l.quoties.ff.đ regu.iur.⁊.l.quoties.s.eo.vnde ex quo interpellatio fuit simpliciter facta, debet fieri interpretatio, vt pro congruo tempore censeat̃ esse facta. Ego vero pro hoc adduco,⁊ secundo. Nam quāuis actus fuerit pure,⁊ simpliciter factus. Tamen non ita praue intelligendū est,vt tempus cōgruum qđ pro actus explicatione requirit̃ videat̃ esse exclusum.§.omnis.⁊ ibi glos.insti.

ea.l.ratū.ꝛ.l.qđ dicimus.ff.de sol.facit qđ vidimus in prima fallentia huius conclusionis, ergo eodē modo debemus dicere ꝙ ita plane intelligendum non est, vt congruum tempus in quo actus debet explicari videatur exclusus. Cum validū sit argumentū de tempore ad locum.l.vinum.ff.si cer.pe. ¶ † Tertio si verba generaliter prolata recipiunt restrictionem de habilitate, ꝛ idoneitate.l.ꝛ gradatiꝫ.§.sed si lege.ff.de mune.ꝛ hono.l.j.C.de sacrosanc.eccle.glos.in.§.j.institu.de lega.ꝛ plene in.l.j.§.nuntiatio.ff.de noui operis nuntia.multo fortius verba simpliciter prolata solui, debent recipere restrictionem de habilitate, vt intelligamus in loco congruo, ꝛ habili. Et pro hoc magis in specie.facit tex.in.l.cum qui.iuncta glos.ff.de iudi.ꝛ glos.in.l.j.ff.de eo quod certo loco, in quibus locis dicitur certo loco decem promisit si ibi non soluat quocunqꝫ loco conueniri potest, ꝛ ibi glos.supplet idoneo, ergo multomagis dicendum est qđ in casu nostro hec verba simplicia solue, debent suppleri.s.in loco idoneo. ¶ Quarto verba impropriantur, vt conueniant nature actus super quo proferuntur.l.insulaꝫ supra de prescrip.ver.l.si vno.ff.locati.l.si olei.C.eo.facit quod dicimus in simili, quod verba intelliguntur scđm qualitatem persone ad quam referuntur.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu ꝛ habita.ergo merito non erit absurdum dicere, ꝙ cum ista interpellatio solue fuerit prolata super solutione certo loco facienda.vt interpretetur ſm naturam contractus, ꝛ sic videatur
6 facta requisitio pro solutione debito loco fienda. ¶ † Quinto adduco simile, nam licet in dubio verba impersonalia, seu simpliciter prolata intelligant̄ prolata ad personaꝫ suam ꝛ nō extranei.l.ita stipu.§.chrysogonus infra eodē.l.stipu.ista.§.sicut.ꝛ.§.si quis ita.ſ.eo.tamē fallit, qn̄ si intelligeret̄ facta relatio ad p̄sonam suam vitiaret̄, naꝫ tūc censetur facta ad aliū.l.antepenul.ff.de stipu.seruo.p Roma.ꝛ Alexan.in.l.stipulatio ista.§.si stipuler.ſ.eo.ita dicamus ꝙ licet hec verba solue.intelligant̄.s.hic. Tamē fallit qn̄ ita interpretando interpretatio vitiaret̄, qꝛ tūc debet fieri relatio ad tempus cōgruū, ꝛ si vellemus istam opi.sustinere possemus respōdere ad dictuꝫ.c.si arbiter.nam merito si a partibus nō fuit expressuꝫ quo in loco habeat cognoscere arbiter, intelligit̄ vt cognoscat in loco, in quo cōpromissum est, qa dato ꝙ istam interpretationem faciamus ex hoc actus nō resultat inualiditatis, sed nō sic est in ꝓposito nr̄o, item ibi natura cōpromissi non requirebat, qđ arbiter haberet magis recognoscere in vno ꝙ̄ in alio. At in casu nr̄o natura solutionis requirebat vt videretur facta interpellatio pro loco cōgruo, vnde ad illū locuꝫ censetur relata per
7 supradicta, vnde cogitabis ꝓpter cōmunē sententiaꝫ. † Dicit̄ etiam interpellatio fieri in loco incōgruo qn̄ fit in loco inhonesto.l.si cum dies.§.si arbiter.cū seq.ff.de arbi. Quod tn̄ tempera qn̄ fuit facta.vt ibi soluat, secus si loco honesto per ea que supra vidimus ꝛ fuit de mente Bart.in dicta materia protestationis incitatorie. Secūdo tēperarē nisi debitor ꝛ creditor essent p̄sone quibus nō esset verecūdia in loco inhonesto morari.argumētū.d.§.si arbiter.facit tex.in.l.viro atqꝫ vxore.ff.soln.matri.ꝛ.l.in arenam.C.de inoffi.testa.l.qm̄.C.de hered.facit in simili no.Salice.in repetitiōe.l.ea quidē.versi.venio ad quintaꝫ.C.de accusa.qđ licet infames ꝛ criminosi nō admittantur ad testificandū, tamen pro his que fiūt in barataria, seu lupanari admittetur probatio per baros, ꝛ criminosos.item subde quod quando interpellari debet iudex ad hoc vt constituatur in negligentia debet interpellari quando pro tribunali sedet. Roma.in consi.xlviij.inspectis supra consultis. Quarto tēpera procedere quando debituꝫ erat simplex. Sed si esset alternatiuū similiter interpellatio debet esse alternatiua.glos.ꝛ ibi Bart.in.l.qui rome.§.coheredes.ſ.eo. Quin-
8 to tempera procedere qn̄ debitū erat liquidū, † alias autē mora cōmitti nō potest nisi postquā debitū fuerit liquidatū.ita inquit Bal.in.l.acceptam.C.de vsu.in.vj.oppositione per id qđ no.glos.ibi.in verbo, vsuras.ꝛ per.l.ij.C.de vsu.ꝛ fruct.lega.ꝛ probatur in.l.fideicom.in princi.ff.de vsu.ibi, sed puta.l.falcidie rationē interuenisse, ꝛ illum text.ponderat ibi Bal.in lec.anti.dicens qđ nūquā nisi debitum sit liquidū potest mora contrahi.pro quo dicit facere tex.in.l.cū fideicōmissam.ff.de confes.sequitur Alexan.consi.xlix.inspectis ꝛ ponderatis in.ij.volu.ꝛ vide etiam eundem consi.ccxij.in eo.volu. ¶ Sexto tempera quādo aliquis interpellaret̄ ad aliquid indeterminatū faciendū puta ꝙ veniat ad mensurandū nam nō sufficiet interpellari ad illud, sed etiam debet apponere diem quo venire debeat.l.aut qui aliter.§.j.ff.qđ vi aut clam.l.iiij.ver.quando.C.de distrac.pig.l.fi.ver.artuꝫ tēpus.C.de iure domi.impe.ꝛ ibi no.Bal.ꝛ Cy.in.l.dies festos.C.de ferijs.ꝛ Bart.in.l.liber homo.§.j.ſ.eo.ꝛ licet in citatione iudiciali fuerint varie opiniones an requiratur dies, tamen in denūciatione extraiudiciali nemo contradicit, vt dicit Imo.in.l.eū qui calen.supra eo.ꝛ ita voluit Alexan.ista adducens consi.xc.viso processu in quinto volu.ꝛ hec addenda sunt ad ea que
9 vidimus in quarta ampliatione. ¶ Septimo tempera † non procedere quādo quis interpellaret̄ ad aliquid indeterminatū faciendū, puta ad mensurandū, nam ad hoc vt mora contrahat̄ nō sufficiet ꝓbare de interpellatione, sed etiam interpellans debet probare ꝙ die statuta iuit ad locū mēsurationis.l.arbiter si tabulis.ff.de arbi.ꝛ fuit doc.Barto.in.l.item illa.ff.de cōsti.pecu.circa.iij.colū.ꝛ.l.cum filius.§.fi.ꝛ.l.cōtinuus.§.cū ita.ſ.eo.ꝛ ita voluit Alex.in cōsi.preall. ¶ Octauo tempera nō procedere quādo quis esset debitor ex facto alieno, nam tūc nō sufficit simplex interpellatio, sed requiritur ꝙ de obligatione certificet̄. Bar.in.l.qđ te.ff.si cer.pe.de quo dic vt dixi quinta ampliatione. ¶ Nono tempera nō ꝓcedere qn̄ dies esset statuta in volūtate ꝓmissoris, vt qa quis ꝓmisit sistere aliquē quādo sibi placuerit, nam per interpellationē non constituit̄ in mora, sed solum expectamus vt tantū tempus lapsum sit, ꝙ certum sit ipsum stipulationi parere nō posse.casus est sing.ſm Ang.ibi in.l.si ita stipu.ver.ꝙ si ab initio, ꝛ ibi Alex.super glos.in ver.quacunqꝫ.ſ.eo. ¶ Deci-
10 mo tēpera ꝓcedere † qn̄ interpellaret̄ maior, secus vero si interpellaretur pupillus, nam in mora nō constituit̄ nisi tutoris autoritas interuenerit vel solus tutor fuerit interpellatus.casus est in hac.l.nostra.ꝛ cōiter sequunt̄ scribentes, sequit̄ Pan.consi.cccxcvij.ꝛ ibi similiter in hereditate iacenti, vt nō possit in mora cōstitui.tempera tamē ꝓcedere quādo interpellaret̄ ex cōtractu secū celebrato, secus si ex obligatione ex causa hereditaria descendēte, naꝫ tunc solus interpellari poterit, ita no.Rapha.hic allegat casum not.in.l.magis puto.§.si pupillus stipulanti.versic.sine pretoris autoritate.ff.de rebus eo.suadet̄ etiam ratione ſm Ang.hic. Nam pupillus de facto succedens debet vti iure defuncti.l.emilius.ff.de mino.l.apud Iulianum in prin.ꝛ.§.Marcellus.ff.ex quib.cau.ma.ꝛ ꝓpterea sicut defunctus solus interpellari poterit, ita ꝛ pupillus, vt videtur velle tex.in.d.l.emilius.ex p̄sonis enim heredū nō debet cōditio obligationis vitiari.l.j.§.ex his.ſ.eo. Nihilominus tn̄ nō teneas hanc limitationē, qꝛ eaꝫ reprobant Imo.Alex.ꝛ Roma.hic per argu.tex.in versi.sed si ex stipulatu, qui venit cōtinuatiue ad legeꝫ si ex lega.ꝛ
11 tū vult ꝙ pupillus sine tutore solus interpellari nō possit. † Scđo, qꝛ quo ad moram cōtrahendam per interpellationē minori fiendam idem iudicamus de obligatione ex causa hereditaria descendenti ac si cū ipso minore cōtracta esset. Bar.in.l.cū filius.§.in hac.ſ.eo.duꝫ allegat glos.in.l.si cū militaribus.C.de in integ.resti.mi.ꝛ istam rationem appropriabat sibi Alexā.tacito Roma.nec ob.d.§.si pupillus.qꝛ respōdeo, vt hic per eos. Scđo tempera nō ꝓcedere in denūtiatione que fit per emptorem venditori in causa euictionis.nam illa poterit fieri pupillo si tutorem non habeat.l.si dictū.§.fi.ff.de euict.i.a magis cōiter pertrāseunt scribētes, ꝛ rationem diuersitatis assignātes, vt hic per oēs, sequit̄ Are.in cōsi.xxvj.ꝛ Pau.de cast.ꝯsi.cclxxviij.effectus, ꝛ ibi etiā an debeat fieri absenti, ꝛ heredi iacēti. ¶ Quid autē in adulto, an solus interpellari possit, ꝛ in hoc dic, vt
12 per glos.ꝛ scribentes hic, ꝛ magis cōis conclusio est qđ † aut adultus habet curatorē, ꝛ solus interpellari nō pōt sicut dicimus in pupillo.l.si curatorē habens.C.de in integ.resti.mi.aut vero non habet curatorem, ꝛ tūc aut interpellatio fit super his que seruando seruari non possunt, ꝛ interpellari poterit, qꝛ in his liberaꝫ censetur habere administrationem.d.l.si curatorē habens, aut vero sumus in his rebus que seruando seruari possunt, ꝛ interpellari poterit cum in istis adultus administrationeꝫ habere non censet̄.l.lex que tutores.C.de admi.tu.cū si. An aūt pupillus citari possit, dic vt habetur in.l.j.§.sufficit.ff.de admi.tu.ꝛ per Roma.ꝛ Alexā.hic. An aūt mora tutoris noceat pupillo non solum quo ad periculū interitus, sed quo ad augendam obligationē, puta quo ad cōmissionem pene conuentionalis, dic vt per Alexā.hic post Petr.de anch.nō est materia nr̄a. ¶ Undecimo tempera procedere quando quis eligit viaꝫ interpellationis, secus vero si eligit viam iudicij, nam per libelli oblationem citationem, ꝛ similes actus non censebitur constitutus in mora, sed
2 super verbo, liberetur dicendo se pluries practicasse,† quod petẽs reuocationem tenute potest repelli exceptione, dolo facis ꝑterea tenutam reuocari eo quia si reuocata sit tamen eum iterum habebo.& hoc sequit̃ Jmo.in.c.sua nobis & in.c.fi.de ꝓba. Sed idẽ Jmo.in. d.§.in venditione dicit quod ille.§.fi.l.fi.quod met.cau.procedit in suis terminis, vcz vt ꝑpter executionem de facto factam non possit agi actione quod me.cau.per verum debitorem de facto exactuz, q: cum dicta actio de interesse, & veri debitoris non intersit de iure non soluisse, non potest dicta actione agere non tamẽ excluditur quo minus dictus dbitor agere possit alijs remedijs, videlicet.l.extat.ff.qd met.cau.&.d.l.meminerint. Ponta.etiam in.d.l.si finita.in princi.
3 dicit † quod si quidem tenuta est inualida, quia nõ rite concessa, puta parte non citata, vel non probato debito, & tunc potest peti reuocari, nec obstabit exceptio, dolo facis &c.lz ibi aliter dixerit Ange. Subdit quod licet prima facie videatur posse peti talem tenutaz cõfirmari ex nouiter deducendis liquidando debitum.argu.tex.in.d. l.quod met.cau.& Britinus.ff.quod cum eo.& c.abbate sane.§.sub illius.de re iudi.lib.vj.tñ contrarium opinatur, argu.tex.c.conquerentem.de resti.spo.& per id quod dixit Bart.in sua disputatione que incipit, Lapus vbi omnino vide, quia notanda inuenies ad propositum, ad.d.l.fi.§.fi.quod me.cau.respõdet q loquitur in auctoritate iudicis nõ rite interposita ad petitionem creditoris in ꝯpellẽdo, idest carcerando debitorem, qui si soluit, non dat̃ recuperatiõis an reuocationis soluti remediũ, cũ verus sit debitor secus dicit esse in auctoritate iudicis non rite interposita in expellendo, q: iudex immisit creditorem in tenutam bonorum debitoris etiam vero non seruato iuris ordine.i.non probato, debito vel nõ citato, tunc.n.datur reuocatio ipsi debitori, non obstante dicta regula, dolo facis &c. Et sic facit differentiam inter vim compulsiuam, & expulsiuã, in casu nostro sumus in compulsiua. Jtem durante compulsione & nondũ facta solutione, quo casu videtur quod facilius succurratur ipsi detẽto sed ideo dubitatur, quia interim debitum vnde tota vis stat in intellectu.d.§.fi.&.d.l.meminerint.vbi Bar.& Ang.precisę tenẽt q si intentetur conditio illius.l.ad recuperandum non obstet condicẽti exceptio dominij per tex.ibi dum dicit illico, & tamen ibi loquitur in expulsiuo, remanet igitur maius dubium in casu nostro, cũ simus
4 in compulsiua.† Uno casu videtur magis posse sustentari captura seu tenuta, ita qd non restituatur quando debitum esset liquidatum per confessionez fm Bal.in.l.fundus qui lucij titij.ff.de rescin.vẽ. arg.no.in.c.pisanus.de resti.spol.& contra que dicit Bar.in.l.si cõfessus.

fessus.ff.de custo.reo.& Ange.in.l.denuntiasse.ff.de adul.& Inno.
in.capi.qualiter & quando.el.ij.de excusa.& in cle.consti. de elec.et
hoc tenuit Ponta.in suis singula.not.cclvj. Pro quo etiam facit
quod notanter dixit Barto.in.l. si prius.in.v.col.ff.de no.oper.
nun.vbi voluit quod quando tenuta causat modicum & leue preiudi
cium,nunq̄ admittitur quis ad illius reuocationem. Ceterum pro
differentia supra facta inter spoliatum vi expulsiua aut ablatiua,cui
restitutionem petenti non obstat exceptio in.d.l.si quis a se fundū.
.C.vnde vi.et spoliatum in cōpulsiua,cui obstat exceptio.vide Bar.
nota.in hac materia a nemine allegatum.l.si ob turpem.ff.de con-
di.ob turp.cau.& doc.in.l.iij.C.quod met.cau.& vtrobiq̄ dixi.vide
etiam materiam huius articuli,Bald.in.l.j.in fina.C.de iur.& fac.
ign.& oino vide que dixi supra in.vj.q.principa.maxime in ver.sed
pone quod creditor,& vt supra dixi.diligenter pondera verba Bar
to.in dicta disputatione Lapus. & cogita, quia a nemine reperio
istum articulum plene expeditum,& altiorem requireret indaginem.

SVMMARIVM

1 Lis an dicatur cepta & litis pendentia inducta per petitionem captu-
re aut per ipsam capturam.
2 Iudicium coram vno iudice ceptum, quando coram alio agitari
possit.
3 Pendentia litis non inducitur per sequestrationem bonorum aut
capturam persone de fuga suspecte.
4 Fideiussorem prestans de se representando ad iudicis mandatum,
censetur tacite confiteri se iuste fuisse detentum.
5 Soluens indebitum necessitate precisa compulsus, conditionem in
debiti intentare poterit.

Decimoquinto principaliter quero

1 † an per huiusmodi petitionem capture & capturam.videatur cepta lis corā
illo iudice.& inducat̄ litis pendentia.prima facie videt̄ quod sic,vt.
l.vbi ceptum.ff.de iudi.& quia sicut per citationem verbalem dicitur
iudicium ceptum,vt insti.de pena te.liti.§.fina.et per glos.& docto.
in rub.de in ius voc.ff.& .C.ita longe fortius per citationem realem
idest capturam que preualet, vt per doct.in.d.l. vbi captum et.l.si
quis postea.de iudi.& moder.in.l.si pluribus.ff.de lega.i.
2 ¶ † In contrarium facit,nam quandocunq̄ coram vno iudice fuit
vt ita loquamur,iudicium inceptum ex necessitate,puta ratione suspi
tionis fuge, vel quia actio peribat tempore,vel ex simili causa nece-
saria, tūc illud iudiciū potest agitari corā alio iudice.ita est de men
te Bal.& Ange.in.d.l.vbi ceptum,argu.l.sed & si restituitur.§.edi
tum.versi.sed & si dies.ff.de iudi.vbi etiam hoc sensit,& ideo quidam
moderni in.l.quamuis.ff.de dam.infec.dicunt quod si poteram con
uenire te Perusij.Assisij,& incepi te cōuenire coram iudice Assisij
ex necessitate,q2 timebatur de fuga tua,potero postea te conuenire
3 coram iudice Perusino † & fortius inferunt quod propter sequestrū
bonorum,aut capturam alicuius tanq̄ suspecti de fuga que dicitur
sequestratio persone non inducatur litis pendentia.quod esset mira
bile si procederet,nam licet in.l.sed & si restituatur.permittatur qd
iudicium alibi finiatur, non tamen ibi expresse dicitur quod non sit
inducta litis pendentia.& ideo esset diligenter aduertendum pro
veritate huius dicti, propter id quod dicit̄ in.l.si nulli.C.iudi.Et p
Bal.in.l.ordi.C.de rei ven.& propterea que vltra doc.dixi in .l.om
nes populi.ff.de insti.& iur.circa princi.ad intellectum.l. diffamari
.C.de inge.& ma.Sed pone iudex qui fecit ipsum capi non rite & si-
ne cause cognitione requisita relaxauit eum,dato sibi iudici fideius-
sore de se representando ad voluntatem iudicis,Iudex in syndicatu
molestatur ab illo qui dicit se fuisse male captum,vtrum possit quo-
modolibet euadere,solet allegari Barto.in.d. disputatione, Lap-
4 pus, † quod per dictam dationem fideiussoris videatur tacite con-
fessus se fuisse bene captum,& tacite approbasse capturam.& ideo of
ficiales consueuerunt semper quando liberant aliquem captum ad
cautelam recipere fideiussorem ab eo de se representando, sed hoc
dictum semper mihi visum fuit valde durum,arg.not.per Barto.
in.l.si conuenerit.ff.de iuris.om.iudi.& in auct. offeratur.C.de lit.
contest.& eius quod dicit Ange.in.l. fina.§.fina.ff.quod met.cau.
Item quia dictam fideiussionem prestant quo ad modū compulsi,
quia non relaxarentur,nisi illam darent,igitur non videantur appro
bare,argu.l.rem legatam.ff.de adimen.leg.et eorum que supra dicta
sunt in precedenti questione, hac eadem questione principali.
5 ¶ † Item quia is qui soluit necessitate precisa compulsus ex dispo-
sitione legis velleiane aliter,et vt pareat superiori,qui sic voluit,non
perdit condictionem indebiti,sed poterit postea repetere, vt in simi
li per Barto.in.l.j.§.quod autem.ff.quod vi aut clam.et per doct.
in.l.j.C.de condi.indeb.& per dominum meum in.l.secunda.C.quod
metus cau.& in.l.si ob turpem.ff.de condi.ob tur.cau.

SVMMARIVM

1 Captura nulliter & absq̄ cause cognitione concessa et facta, an pos-
sit reuocari die feriata.
2 Iudex qui parte non citata tenutam dedit, nullo temporis respectu
habito potest quod fecit reuocare.
3 Possessor iniustus facto iudicis immissus, absq̄ citatione et cause
cognitione potest a possessione expelli.
Fugitiuus esse censetur quis eo ipso quod est in banno positus.
4 Contrahens cum aduena quem scit illico recessurum, non potest
postea allegare eum de fuga suspectum.

Decimosexto & vltimo principaliter

quero quedam in precedentibus non tacta inseremus. ¶ Et
primo vtrum sicut die feriata potest capi fugitiuus,aut de fuga sus-
1 pectus,vt dixi.s.questione.viij.eodem modo † si captura nulliter & si
ne cause cognitione cōcessa & facta fuerit die feriata possit reuocari.
Bal.in.l.dies festos.C.de fer.dicit quod sicut potest fieri,ita reuo-
cari.alleg.glos.singularem in.l.minor.in princip.ff.de euic.preterea
idem Bald.in.l.si pacto quo penam.C.de pactis.dicit quod si tenu
ta, aut captura de facto fit simpliciter, de facto reuocatur.allegat
glos.in dicta.l.minor.et quia sicut fuit facilis in mitendo,& ita debet
esse facilis in extramittendo.l.prima.§.primo.l.si muli. vent.nomi-
2 ne.Et subdit notabiliter † quod si iudex dedit tenutam parte non cita
ta,vel fecit aliquē capi debet simpliciter hoc reuocare sine alicuius
temporis citatione, quod est profecto mirabile.allegat Innoc.in.
capi.querelam.de elec.idem latius tenuit Bald.in.l.ij.C.de serui-
tu.& aqua.in.xij.col.versic.quarto quero.vbi omnino vide.& in.l.fi.
in.iij.col.C.de edic.diui.Hoc idem secutus est Pontanus in suis
notabi.nota.cccxcix.& hoc procedit ratione notorie iniustitie tenute
vel capture nuliter concesse.hinc dicere videtur idem Pōta.in.l.
ij.ff.de re iudica.quod licet possessor etiam iniustus non possit expel
li,aut sua possessione priuari absq̄ citatione,vt.l.auctoritate.& l.me
minerint.C.vnde vi.et.c.inter quatuor.de maiori.et obedien.& in.c.
3 in literis.de restit.spo.et ca.licet episcopus. de preben.in.vi. † ta-
men fallit in eo qui est iniustus possessor facto iudicis.qui immisit in
possessionem vel tenutam sine cause cognitione,tunc enim iste talis
potest sine citatione priuari sua possessione vel detentatione.& ita di
cit intelligendum glos.in.d.l.minor.& Innoc.vbi supra vide de hac
questione per moder.in.l.j.§.nuntiatio.de oper.no.nun.& hoc per-
petuo tene menti.
¶ Secundo est sciendum quod statim quod vnus est in banno po-
situs,censetur esse in fuga.vt habetur in titu.de pa.tenen.§. si quis
hominem.in vsibus feudorum.bene facit.l.si cum cornelius.& l.cum
quis.ff.de solu.& quod habetur per Bal.et Moder.in.l.rogasti.§.
fina.si certum petatur.
¶ Tertio & vltimo sciendum est quod Bald.in quibusdam lectu-
4 ris dixit in.l.fistulas.ff.de contrahen.emp. † si quis contrahat cum
aduena illico recessuro, non potest eum allegare suspectum & fugiti
uum,si sciebat eum aduenam.pro quo facit.l.heres absens.§.si quis
tutelam.ff.de iudi.& quod dixi supra questione.vj.principali.& teti-
gi in additione.sed caue ne decipiaris,quia hoc debet intelligi sane,
quando rem emptam secum non portaret.quando vero rem secum
portaret,tunc secus quia licet contrahens putaret deberet ipsum re
cessurum, non tamen debet putare illum recessurum cum re non so
luto pretio.& ideo hoc casu potest petere ipsum capi in suspectum &
fugitiuum,ne detur occasio recedendi cum re,vt.l.si legationis.ff.de
iudi.& hoc est quod notanter dixit Bald.in rub.C.de reuo.his que
in frau.credi.ibi omnino vide.& sequitur Moder.in.l.qui bona.§.
de ille.ff.de ope.no.nuntia.vbi hoc tenet Ponta.& vide omnino
Bald.in.l.si donationis.C.de contrahen.emp.

FINIS

Tractatus singularissimus renuntiationum iuris ciuilis eximij legum professoris D. Jaco. Butrigarij Bononiensis doctoris maximi nominis, ac Bartoli ipsius discipuli.

SVMMARIVM

1 Renuntiari quibus legum beneficijs in contractibus et in instrumentis soleat. Et seriatim enumerantur hic. liij. iuris renuntiationes.

Beneficio epistole diui Adriani.



Onsueuit renũtiari epistole diui Adriani, & est beneficiũ q̄ q̃n aliqui sunt obligati insolidũ per huiusmodi beneficium si oẽs presentes sint soluẽdo tẽpore litis cõtest. possunt postulare vt actio diuidat̃ inter eos, vt vnusquisq; p virili portiõe conueniatur & non insolidũ, & si huiusmodi beneficio fuerit renuntiatũ creditor poterit quem velit conuenire, vt. C. de constit. pecu. l. fin. & insti. de fideicom. §. si plures. cum suis simi. & habet locum inter plures fideiussores, constitutores, & mandatores & tutores &c. & hoc s'm iura antiqua. Et hodie habet locum inter principales debitores insolidũ obligatos p auct. de duo. reis.

Beneficio auc. presente. C. de fideiusso.

i Tem consueuit Renuntiari beneficio noue constitutionis de fideiussoribus, per quod beneficium succurritur fideiussoribus & mandatoribus & spõsoribus, nã possunt postulare q̄ reus primo cõueniatur si ipse reus principalis presens fuerit & soluendo, vel si presens non fuerit reus, datur tempus arbitrio iudicis fideiussoribus, vt intra illud tempus rem principalem representent, & post conueniũtur fideiussores si reus non venerit, & ideo renuntiatur illi iuri vt creditor possit conuenire quem voluerit, vt. C. de fideius. auc. presente.

Beneficio auc. hoc ita de duobus reis.

i Tem consueuit Renuntiari beneficio noue consti. duobus reis, per quod beneficium subuenitur de duobus reis debendi, nam possunt postulare per istud beneficium non insolidum sed pro parte posse conueniri, q̄ poterat fieri de iure antiquo, lʒ non essent insolidum expresse obligati. Sed hodie nisi expresse agant q̄ quilibet insolidum sit obligatus, vel alter ex reis sit non soluendo in totum vel in parte, vel sit absens non dicuntur quilibet insolidum obligari, & ideo renuntiantur illi iuri vt creditor illis interuenientibus possit quem voluit insolidum conuenire. vt. C. de duobus reis. auct. q̄ ita & habent locum ista beneficia quotiescunq; duo vel plures principaliter se obligant. vnus. n. pro altero intercedere videtur quando se obligant vltra partem ipsum tangentẽ.

Beneficio cedendarum actionum.

i Tem consueuit Renuntiari beneficio cedendarum actionum per quod beneficium potest postulare fideiussor & alij q sunt obligati in vna obligatione sibi cedi iura, & actions quas creditor hʒ ꝯ alios fideiussores, vel ꝯ alios, p quibus sunt obligati, alioquin nisi cedantur eis a creditore potest recusare solutionẽ, & ideo illi iuri renuntiatur, vt. ff. de fideiussoribus. l. fideiussoribus. & de solutioni. l. modestinus. & l. stichum, aut pamphilum. eod. titu. Et prodest creditori q̄ si fuit renuntiatum poterit creditor eligere quem voluerit de fideiussoribus vel alijs conreis & alteri gratificari & ille a quo exegit debitum poterit petere vt cedantur sibi actiones aduersus alios quibus creditor vult gratificari, cum iam fuerit renuntiatum.

Beneficio feriarum.

i Tem consueuit Renuntiari beneficio messium, vel vindemiarum, vel aliarum ob necessitatem hominum introductarum, nam tempore messium vel vindemiarum non debet aliquis vocari in iudicio nisi illis ferijs fuerit renuntiatum, alijs autem ferijs in honorem dei introductis renuntiare nemo potest, vt habetur de his omnibus. C. de ferijs. l. omnes dies. cum ibi not. & ff. de ferijs. l. i. & extra de ferijs. c. fi. cum si.

Beneficio exceptionis non numerate pecunie.

i Tem cõsueuit Renuntiari exceptioni non numerate pecunie non tradite nec reddite rei que consistit pondere, numero vel mensura, & ista exceptio q̃nq; hʒ locũ intra biennium, q̃nq; intra. xxx. dies, aliq̃n intra annuʒ. & aliq̃n intra tres mẽses, nam si debitor cõfitet̃ se pecuniam accepisse quã in veritate non accepit potest opponere exceptionẽ non numerate pecunie intra duos annos a die confessionis & vt eam non possit opponere renuntiat illi exceptioni in instrumento. Q̃nq; dʒ opponi intra. xxx. dies, nam si creditor cõfessus fuerit spe future numerationis se recepisse creditum a debitore suo hʒ exceptionẽ non numerate pecunie intra. xxx. dies. & premissa locũ habent in mutuo non in alijs rebus, vt. C. de nõ nume. pecu. l. in ꝯtribus. prope princi. cũ si. Q̃nq; hʒ locũ intra annũ vt si maritus confessus fuerit spe future numerationis se recepisse dotẽ. quã reuera non accepit competit ei exceptio non numerate dotis intra annũ post solutũ matrimoniũ. Et hoc si matrimonium durauit minus duobus annis. Si vero plus biennio durauerit sed minus decennio tunc intra tres mẽses est opponenda. & ideo ne possit opponi isti renuntiatur, vt. C. de dote cauta non nu. l. fi. & auct. q̄ locum. ibi posita.

Beneficio erroris calculi.

c Onsueuit Renuntiari beneficio erroris calculi. nam si partes in aliquo ꝯtu errauerint i cõputatione, iterato debet fieri computatio lʒ plures fuerint facte nisi illi iuri fuerit expresse renuntiatum, vt. C. de errore calculi. l. vna.

Beneficio clausule generalis. l. j. ff. ex quib. cau. maio. in si.

c Onsueuit Renũtiari clausule generali si qua iusta causa mihi videbitur. nã dicit lex si aliqs fuerit lesus ex aliqua causa, & ideo petit se restitui in integrum, pretor vel iudex debet restituere ex quadã equitate, si iuxta causa sibi videbitur. vt in. l. j. ꝯ. allega. & ideo quandoq; illi legi renuntiatur.

Beneficio recursus ad arbitrium boni viri. C. de contraben. emp. l. fi. cum ibi nota.

c Onsueuit etiam q̃nq; renuntiari recursui seu appellationi ad arbitrium boni viri, nã si aliquis iurauerit vel promisserit aliquid dare vel certas operas facere prout si ego essem arbitratus, si ego iuste arbitror, tenendũ est arbitriũ meuʒ alias non, imo promissor hʒ recursum ad arbitriũ boni viri. vt. ff. de ope. libe. l. si libertus. Et de hoc vide plene in repeti. §. arbitrorum. in. l. si proprietatem. ff. pro so. Uel pone exẽplũ, si aliquis promisit mihi vendere fundum arbitrio Titij, si Titius bene & recte arbitretur bñ est alias recursus habetur ad arbitriũ boni viri, vt. C. de ꝯben. empti. l. fi. cũ ibi no. & ff. de re iudi. l. in personã. §. generaliter. & l. societatem. ff. p soc. & hʒ actionẽ mecum, nisi isti iuri fuerit renuntiatũ. Aliqui tñ dicũt q̄ ista renũtiatio non valet q̄ credo verum, nisi forte hoc fieret mediãte iuramento & est bonus vir iudex ordinarius, sub quo sunt partes ꝯhentes, vt. ff. de verbo. obligatio. l. continuus. §. cum ita.

Beneficio ne quis condemnetur nisi inquantum facere potest.

c Onsueuit Etiam renuntiari vt si quis non cõdẽnetur nisi inquantum facere potest, ita habita ratione ne egeat in futurum, q̄ si maritus vel eius pater conueniatur ab vxore pro dote quaʒ recuperat

perat non debet condemnari insolidum, imo solum inquantum face re potest, ita deducto ne egeat &c. hoc est dictũ quod aliquid penes eum debet remanere ex quo possit se alimentare in futurum ob reuerentiam preteriti matrimonij. Sunt & alie persone habentes istud priuilegiũ vt socij omnium bonorum, & ideo si vnus conuenit alium actione pro socio ille qui conuenitur non debet condemnari nisi inquantum facere potest &c. Et idem in patrono a liberto conuento. & idem in socero a genero conuento. & idẽ in parte a filio vel a filia conuento. Et quod dictum est de vxore quando conuenit maritum vel patrem pro dote quam promisserat idem est si ipsa vel pater eius conueniantur a viro pro dote quam promiserat. de isto habetur. ff. solu. matr. l. maritum. arg. ff. de re iudi. l. sunt qui. & l. seq. cum ibi not. Item competit hoc beneficium donatori conuento a donatario, vt. ff. de re iudi. l. inter eos. in fi. Item competit ei qui bonis cessit eo postea conuento per creditorem cum peruenisset ad pinguiorem fortunam, vt. l. is qui bonis. ff. de ces. bo. & quibusdam alijs personis fm quosdam, sed huic beneficio cessionis bonorum renuntiari non potest, sed cum eorum reuerentia. crederem tamen cum iuramento valere renuntiationem, qꝛ tale iuramentum saluari potest sine interitu salutis eterne.

¶ Beneficio. l. ob es. C. de act. & oblig.

c Onsueuit Renuntiari iurisdicenti qꝺ vbi aliquis debitor est pluribus creditoribus obligatus & ipse debitor cum non sit bene soluendo conuenitur a creditoribus, habet electionem an recipiat inducias quinquennales ad soluendum ad cedat bona sua creditoribus. Et sic renuntiatur inducijs quinqꝫ annorum & cessioni bonorum, & si inducias non petierit nec bonis cesserit, sed passus fuerit se in debito illo cõdemnari dꝫ in carcerem detrudi, vt. C. qui bo. cede. pos. l. pe. & fi. licet quidam dicant quod huic beneficio renuntiari non potest. & ita not.

¶ Beneficio induciarum duorum vel quatuor mensium.

c Onsueuit Renuntiari quandoqꝫ iurisdicẽti quod vbi debitor est condemnatus ad soluendum debitum creditori dantur debitori inducie duorum mensium. de iure digestorum, & de iure. C. quatuor menses computantur a die condemnationis, vt. C. de vsur. rei iudi. l. ij. ff. de re iudica. l. debitoribus. & extra eod. titu. c. ad consultationem.

¶ Beneficio. l. ij. ff. de re iudi.

c Onsueuit Renuntiari iurisdicenti qꝺ licet lex det certum tempus iudicatis, alias cõdemnatis ad soluendum, tñ iudex illud tempus prout sibi videbitur poterit arctare vel prorogare, nec semper tempus a. l. statutum habet sequi, vt. ff. de re iudi. l. ij. cum suis concordan. & ideo debitor huic iuri renuntiat cum sit in eius fauorem introductum, vt si iudex daret aliquod tempus ad soluendum, debitor illo tempore vti non posset.

¶ Beneficio. l. a diuo pio. ff. de re iudi.

c Onsueuit Renuntiari quandoqꝫ iurisdicẽti qꝺ si sit licita sententia lata contra aliquem vt soluat creditori id in quo est cõdemnatus debet seruari ordo in alienatione rerum debitorum, nam primo mobilia & per se mouentia, postea immobilia, postea perueniatur ad iura, vt. l. a diuo pio. ã. allega. cum ibi notatis. & ideo quando debitor recipit pecuniam a creditore renuntiat huic iuri, vt adueniente die vel tempore solutionis possit executio fieri in bonis in qꝫ bus voluerit creditor, quod fieri non posset, alias nisi iuri illi renuntiatum fuisset.

¶ Beneficio auc. hodie de appel. & l. i. & ij. C. de tempo. appel.

c Onsueuit Renuntiari iurisdicenti qꝺ vbi aliquis est condemnatus ad soluendũ vel dandum, vel faciendum aliquid creditori suo datur sibi spatium decem dierum intra quos potest appellare & sic per consequens omni alio remedio appellationis debet renuntiare, vt. C. de appella. auc. hodie. & C. de tempo. appel. l. j. & ij. cum concordantijs.

¶ Beneficio. l. sicut. & l. cum notissimi. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum.

c Onsueuit renuntiari Iurisdicẽti quod actiones personales vel hypothecarie cõpetentes contra aliquem debitorem pro aliquo debito, pro quo se obligauerat tolluntur triginta vel quadraginta annorꝫ spatio. nisi intra illud tempus intentate fuerint vel super illis fuerit lis cõtestata. vt dictis legibus allega.

¶ Beneficio induciarum viginti dierum oblati libelli.

c Onsueuit Etiã renuntiari iurisdicẽti qꝫ vbi ad iudicium aliquis vocatur ex aliqua causa libellus dꝫbet sibi offerri, & nihilominus debẽt sibi inducie dari. s. xx. dierum. vt possit deliberare vtrũ cedat vel contendat, vt. C. de lit. contest. auc. offeratur. & auc. libellũ.

¶ Beneficio. §. alteri. insti. de inuti. stipu.

c Onsueuit Renuntiari qꝺ vbi aliquis stipulatur pro aliquo absente nisi intersit stipulatoris non queritur obligatio absenti ex illa stipulatione. vt in. §. alteri. alleg. cum suis concor. vbi est notabilis glos. pro hoc.

¶ Beneficio. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi.

c Onsueuit Enim renuntiari iurisdicẽti quod si conuentum est inter partes qꝺ si aliquis alius iudex qꝫ cuius iurisdictionis sunt iudicat seu inter partes cognoscit, qꝫ anteaqꝫ lis contestetur licitũ est ei penitere & ab ipsa conuentione discedere, vt. d. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi.

¶ Beneficio quod in obligationibus seruatur.

c Onsueuit Renũtiari potissime in obligationibus vnius cause coram diuersis iudicibus non debere ventilari. & si fiat imponatur pena agenti, vt. C. de iudi. l. nulli.

¶ Beneficio. c. statutum. extra de rescrip. lib. vj.

c Onsueuit Renũtiari obligationi scꝫ qꝫ quando actor & reus sunt diuersarũ diocẽ. reus vltra vnã dietã a finibus sue dioce. nõ potest ad iudicium aduocari, vt. c. statutum. alle. Item qñ actor et reus sunt eiusdem ciuitatis siue dioce. non debet a fine sue dioces. vltra vnam dietam conueniri. vt in eodem ca. alleg.

¶ Beneficio. l. & si post tres. ff. si quis cau.

c Onsuetum est In huiusmodi obligationibus renuntiare iurisdicenti qꝫ vbi aliquis promisit aliqui, & cum pena certa de sistendo in iudicio & non sistat illa die, potest post tres vel quinqꝫ dies purgare moram comparendo in iudicio & sui ipsius copiam faciendo, & non incidit in penam, vt. l. & si post tres alle. De hoc vide not. per doc. in. l. sancimus. C. de fideius.

¶ Beneficio. l. j. ff. si quis in ius voc. non ier.

c Onsueuit Renuntiari iurisdicenti qꝫ vbi aliquis ad iudiciũ vocatus est ex eo forte, qꝛ si non possidet immobilia datis fideiussoribus de sistendo in iudicio si fideiussores non sunt de foro illius iudicis dꝫbet renuntiare priuilegio suo, alias nõ valet fideiussio. vt dicta. l. j.

¶ Beneficio fori.

Consueuit renuntiari priuilegio fori. nam reus debet conueniri coram suo iudice, et non coram iudice actoris iuxta regulam, actor forum rei sequitur, et non econtra. vt. l. iuris ordinem. C. de iurisdi. om. iudi. et. l. fin. C. vbi in rem act.

¶ Beneficio pro scholari.

Item renuntiant scholares priuilegio suo vt coram non suo iudice possint ex causa conueniri, quod regulariter fieri non potest, vt. C. de epis. et cle. auct. statutimus. contrarium videtur quod imo possit renuntiari, arg. C. de pac. l. si quis in cōscribendo. cum ibi not. per doc. hoc verū si sint laici vel clerici coniugati, secus si clerici soluti per. c. si diligenti. extra de fo. compe. et per auc. habitat. cum ibi not. C. ne fil. pro pa.

¶ Beneficio ne quis ratione minoris etatis restituatur.

Consueuit renuntiari beneficio in integrum ratiōe, minoris etatis, quia si minor pp facilitatem sui in aliquo contractu fuerit lesus restituitur in integrū per pretorē vel iudicem, vt. C. de in integ. resti. mi. et. ff. de mino. per totū. licet secundum gl. huic beneficio renuntiari non possit, vt. l. si iudex. ff. de mino. Credo tamen quod si sit pubes valebit in iuramento per auc. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. et habet locū. d. auc. non solum in contractibus, et si. vltro citroque obligatorijs, imo in donationibus et stipulationibus, et hoc secundum glo. d. auc. in donationibus. non est verum secundum docto. in. d. auct.

¶ Beneficio. l. rem maioris. C. de rescind. vendi.

Item renuntiatur quoque iurisdicenti quod quando emptor dando plus in aliqua re quā valeat est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, debet rescindi contractus vel sibi restitui quod plus dedit quam deberet, et idē contra in venditore decepto vltra dimidiam. C. de rescin. ven. l. rem alleg. cum ibi not. et ne oriatur controuersia propter taels deceptiōes renuntiaturisti iuri de quo dic vt ibi.

¶ Beneficio. l. emptor. C. de euic.

Consueuit renuntiari iurisdicenti quod quando emptor aliquam rem emit a venditore, et illa res incipit euinci per tertiū si emptor non denuntiauit venditori quod illa res ab eo euincitur et quod veniat ad defendendum eum licet res illa ab eo euincatur emptor non poterit agere de euictione contra venditorem, vt. l. emptor. alle. et. ff. de euic. si fundo. §. si cum posset. cum concor. Et ideo in fauorem emptoris fuit introductum vt venditor huic iuri sine. l. renuntiet, ne emptor ei denuntiare teneatur.

¶ Beneficio. l. qui rem. C. de euict.

Item renuntiat venditor iurisdicenti, quod licet res empta appareat esse aliena vel alteri obligata emptor non potest agere de euictio. contra vēdi. donec res ab eo emptore fuerit euicta per sententiam etiam si ipsam appareat euici posse in futurum, vt. d. l. qui rem. et. l. non tamen. ff. de euict.

¶ Beneficio actionis redhibitorie.

Item renuntiatur istius actionis beneficio. nam si ego ignoranter emi rem morbosam ab aliquo venditore possum agere contra venditorem actione redhibitoria intra sex menses vtiles vt mihi reddat pretium et ipse rem recuperet, et ideo si emptor huic beneficio renuntiauerit, non poterit postea agere contra venditorem, vt. l. sciendum. §. fina. infra allega.

¶ Beneficio actionis quanto minoris.

Consueuit etiam renuntiari per actorem huic actioni, nā si ab aliquo emi ignorans re esse morbosam possum agere contra venditorē intra annum vtilē ista actione vt mihi reddat pretium seu partē quā non dedissem si rem illam vitiosam sciuissem. et hec duo probant scilicet beneficiū proxi. dictū et istud. ff. de redhi. act. l. sciendum. §. fin. et. l. seq. cum multis concor. Et istis duobus casibus valet renuntiatio facta per emptorē et prodest venditori si venditor vitiū ignorat, alias si sciuisset nec emptorem certificauit rōne sui doli non valet renuntiatio, vt. ff. de redhi. act. l. queritur. §. si venditor. et. §. seq. Et posito quod venditor sciēter vēdens rē morbosam dicat emptori se ei nolle teneri rōne alicuius vitij forte quod sciebat in re vendita dū tamen emptor id ignoret, et emptor in hoc consentiat, non tamen obligando se per pactum de non veniendo contra venditorē rōne morbi (quia tunc postmodum non posset quis venire, arg. l. si quis in conscribendo. C. de pac.) quod adhuc non obstante tali consensu poterit emptor contra eū venditorē actiōibus pxi. dictis experiri, si reperiatur illa res morbosa. ista est doctrina que traditur per doct. modernos. a. l. j. §. j. vsque in fin. l. ff. de act. em p. et vē. quod est valde notatu dignū, quia quotidie venit de facto.

¶ Beneficio. l. penul. C. de dona.

Item renuntiatur iurisdicenti quod si quis fecit donationem in personam alicuius excedentem summam quingentorum aureorum siue solidorum siue insinuatione seu decreto iudicis non valet in eo quod exceditur, imo in eo potest per donatorem reuocari nisi illi iuri renuntiauerit, vt. d. l. pe. in fi.

¶ Beneficio. l. fi. C. de reuo. dona.

Consueuit renuntiari iurisdicenti quod si facta est donatio in filiū emancipatum vel alium qui nō sit in potestate, vel alium extraneū donator potest reuocare donationem si donatarius ei iniuriam fecerit vel manus impias in eum inferat vel damnum irroget in bonis donatoris, vel vite eius insidietur, vel conditionem appositam in donatione donatarius non impleat. vt. d. l. fina. hoc verum non est secundum quosdam quod talis renuntiatio valeat. vt nota. per Guiliel. de cun. in. l. qui exceptionem. §. pactus. ff. de condic. indebiti.

¶ Beneficio. l. sine emancipatus. C. de dona.

Item renuntiatur iurisdicenti quod si pater donauerit filio in sua potestate cōstituto non valet vt. d. l. sine emancipatus. alleg. et ideo renuntiatur illi iuri ne postea pater possit donationem reuocare, et tunc esset bonum consiliū pro filio, quia pater remitteret vsumfructum rerum donatarum filio, vt sic quo ad proprietatem vel vsumfructum res donata abdicetur a bonis patris.

¶ Beneficio. l. vbi. ff. de donatione causa mortis.

Consueuit autem renuntiari iurisdicenti quod vbi donator fecit donationem causa mortis quod nullo casu possit reuocari non valet vt donatio causa mortis, vt. l. vbi alleg.

¶ Beneficio senatusconsulti velleiani.

Item renuntiatur per mulieres beneficio senatusconsulti velleiani, nam si mater vel auia velit subire onus tutele filiorum vel nepotum renuntiat secūdis nuptijs contrahendis et beneficio senatusconsulti velleiani, vt. C. quando mul. tute. offi. fun. potest. l. fi. et a uc. mater. eod. titu. Item renuntiant mulieres huic beneficio in multis alijs casibus, nā si mulier alienam suscipit obligationem vel participauit. s. mandando vel fideiubendo constituendo vel causam in se transferendo, promittendo animo nouandi quod alius debet vel iudicium in se suscipiendo pro alio etiam animo nouandi, habet ipsam exceptionem ex huiusmodi beneficio. et ad hoc vt ex premissis valeat obligari est necessarium quod renuntiet huic beneficio vt. C. ad vellleia. l. j. et. ij. et. iij. et. ff. eo. l. ij. §. omnes. et. l. fin. §. vlt. cum ibi not. intellige hoc si fuerit de iure suo certificata alias non, vt ibi not. de quo dic, vt. l. pe. C. ad velleie.

¶ Beneficio

¶ Beneficio auc. sine a me. C. ad velleia.

Item renuntiat mulier iurisdicenti quod si mulier maritus vel extraneus pro eo faciat donationem propter nuptias vxori maritus bona illius donationis nec obligare nec alienare poterit. Sed si in hoc secu consensus mulieris interuenerit debet huic iuri renuntiari, quia alias semper remanet salua actio in rebus donatis propter nuptias vt ibi, nisi mulier secundo post biennium profiteatur firmando primum consensum, nisi alie res supersint viro ex quibus mulieri consuli posset, nam istis interuenientibus valebit alienatio vel obligatio, alias non, vt. d. auc.

¶ Beneficio. l. si mulier. eod. titu.

Consueuerunt etiam mulieres renuntiare iurisdicenti quod si mulier pfecte etatis postquam pro alio intercessit seu cauit vel pignora dedit iterato post primam cautionem ex eadem causa pro illo cautionem exposuit vel pignus dedit intra biennium adhuc sibi non preiudicatur quin posset excipere de senatusconsulto si post biennium exponatur. tunc obligatur. vt. d. l. si mulier.

¶ Beneficio auc. si qua. eod. titu.

Item mulieres renuntiant iurisdicenti quod vbi maritus recipit mutuum ab aliquo si instrumentum crediti seu obligationis mulier consentiat marito vel se subscribat propriam substantiam vel se obligando pro illo debito, non valet nec tenet talis obligatio, licet semel vel pluries pro huiusmodi re faciat siue debitum fuerit priuatum, siue publicum nisi probetur manifeste illam pecuniam in vtilitatem mulieris fuisse conuersam. vt. d. auc. si qua mulier. secundum doc. iuris ciuilis, et glo. non valet renuntiatio etiam si iuramentum interueniat. tamen de iure canonico expeditum est quod imo valet etiam in alienatione rei dotalis quod est fortius per. c. cum contingat. extra de iureiur. in antiquis. ibi in glo Bernardi. et per. c. ij. de iureiur. lib. vj. et per. c. ij. de pact. li. vj. et hoc tractat Dyn. extra de regu. iur. c. non est obligatorium. lib. vj. et ibi vide.

¶ Beneficio. l. antique. C. eod. titu.

Consueuit renuntiare mulier iurisdicenti quod si mulier pro aliquo se obligauerit, non valet talis obligatio nisi aliquid acceperit vt pro illo obligaret se. vt. l. alleg. Sed tamen secundum Guil. de cu. etiam posito quod renuntiauerit pro aliquo suscipiendo in obligationem non valet renuntiatio, et ratio eius est, quia eadem ratione qua inducitur ad obligandum illa etiam motione inducitur ad renuntiandum velleiano, et hoc posito quod fuerit certificata de iure suo. nam fragilitas mulieris tanta est et astutia hominis tantum abundans quod blandis verbis per masculos decipiuntur, arg. l. j. §. paucis. C. de rap. virgi. super verbo, insidijs et c. de quo dic. per dictum Guil. in. l. generaliter. C. ad senatuscon. velleia. cum ibi late no. per cum, quia plures. ll. pro hoc alleg. pro qu o facit. §. que onerande. in. l. j. ff. qua. rerum act. non datur.

¶ Beneficio. l. iulie. de fundo dotali.

Item renuntiat mulier beneficio. l. iulie. de fundo dotali. vbi cauetur quod si mulier dedit in dotem viro suo predium rusticum vel vrbanum maritus ipsum obligare vel alienare non potest regulariter, aut vxore consentiente, et hoc ipsum propter prohibitionem illius. l. iulie. de qua fit mentio. C. et ff. et insti. qui. alie. li. in pri. et §. j. et ideo ad hoc vt valeat alienatio vel obligatio facta per maritum, vxor illi iuri renuntiare potest vt not. de iureiur. c. cum contingat

¶ Beneficio iuris actionis hypothecarum.

Consueuerunt renuntiare quandoque mulieres iuri hypothecarum quod ius competit vxori in bonis viri, nam omnia bona viri sunt hypothecata ei pro dote tacite. et illi iuri potest mulier renuntiare, vt. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. i. et plenius. ff. ad velleia. §. pe. Item renuntiant quandoque iuri hypothecarum creditorum cum bona debitorum sunt eis tacite vel expresse obligata, vt. ff. de pigno. per totum. et C. que res pig. obli. pos. l. fi.

¶ Beneficio senatuscon. mace. C. et ff.

Renuntiatur quandoque senatuscon. macedo. nam si quis filiofam. mutuet pecuniam, ille filius non tenetur eam soluere nec existens in patris potestate, nec post, nec eius heres, nec fideiussor. vt. C. et ff. ad maced. per totum. sed huic beneficio secundum gl. renuntiari non potest, vt. C. eo. tit. l. fi. cum ibi not. nisi fieret cum iuramento, quia tunc forte valeret.

¶ Beneficio. §. exactio. de. l. vnica. C. de rei vxo. act.

Renunciari consueuit illi iuri quo cauetur quod vbi fit dotis repetitio soluto matrimonio quod res dotales si consistant in rebus mobilibus vel se mouentibus debent post annum, a morte viri computandum restitui ipsi mulieri. et quo ad istud caput predictum priuilegium est introductum in fauorem viri vel suorum heredum. vnde isti priuilegio ipse maritus potest renuntiare. s. quia non potest annum, sed post viri mortem immediate dicte res dotales mobiles, siue sese mouentes ipsi mulieri restituantur per heredes dicti mariti. Item est in eodem. §. aliud priuilegium introductum in fauorem mulieris quod est. s. quod vbi dos consistit in rebus immobilibus vel se non mouentibus quod sicut olim debebant restitui post mortem viri anna, bima, trima die, de iure nouo. C. debent immediate et illico post viri mortem mulieri restitui, et si alias fiat, heredes viri teneantur ad fructus perceptos et ad legitimas vsuras, vt in. §. I. statim. allega. cauetur, et ideo vt mulier non possit statim post mortem viri dictam dotem consistentem in rebus immobilibus repetere illi iuri renuntiari per eam potest in fauorem heredum, et consulo quod in omnibus predictis interueniat iuramentum, alias enim quantum est inductum in priuilegium parum valeret renuntiatio simplex cum sit contra iuris dispositionem. vt est text. in. l. de die. ff. de pac. dot. et not. in. §. vtputa. in. l. iurisgentium. ff. de pact.

¶ Beneficio. l. vbi acceptum. ff. de iudi.

Renuntiatur iurisdicenti quod vbi ceptum est iudicium ibi finem accipere debet, vt. d. l. ibi alleg. Ideo ex quo fuit extracta illa renuntiatio que ponitur in instrumento cum quis se obligat viribus plurium et diuersarum causarum, et quando dicitur ibi, et quod per vnam causam fuerit receptum circa executionem per aliam nihilominus in bonis obligatis executio perfici valeat plures ad electionem creditoris non obstante tale priuilegio legis vbi acceptum.

¶ Beneficio. l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

Renuntiatur quandoque iurisdicenti quod vbi aliquis reperit in aliquo loco vbi domicilium non habet, nec ibi contraxit, ibi non tenetur respondere esto quod ibi ad aliquam causam venerit, tamen habet ius reuocandi domum, vt. d. §. et §. omnis. ea. l. et c. fina. extra. de fo. compe. Item renuntiatur iurisdicenti quod vbi fit pactum inter creditorem et venditorem, et debiti solutio non posset probari, nisi per testes vel instrumenta solum tale pactum non valet, vt notauit glos. in auct. vt sine prohibi. matres debit. credi. §. penultimo. credo tamen quod cum iuramento valeret, et renuntiari posset.

¶ Beneficio condictionis indebiti.

Consueuit renuntiari condictioni sine causa que dicit quod obligatus sine causa vel iniusta causa non tenetur, et ideo illi iuri renuntiatur, vt. ff. de condi. sine cau. per totum.

¶ Beneficio actionis in factum et sine causa.

Consuetum est renuntiari condictioni sine causa que dicit quod obligatus sine causa vel iniusta causa actio in factum que oritur ex varijs figuris causarum vt potest esse vbicunque equum est

ex.l.actionem dari nec in actione quod metus causa, vt.l.j.ff.quod met.causa.⁊ in casu.l.sancimus.C.de sacrosanct.eccle. ⁊ in multis alijs casibus quos enumerari esset impossibile, vnde posset cõtingere q alicui de contrahentibus competeret actio in factũ, ⁊ sic forte infringeret contractum, ⁊ ideo si illi iuri fuerit renuntiatum postmodum non poterit contrahens venire contra. Et est bonum consilium q semper in huiusmodi renuntiationibus interueniat iuramentum, quia forte si alias sine iuramento non valeret, valebit tamen cum iuramento, ⁊ est magna cautio contrahentium.

Beneficio exceptionis doli.

r **Enuntiatur** bñficio exceptionis doli que competit cum aliquis asserit se dolo vel calliditate alicuius inductũ ad aliquid faciendum dandam vel promittendum. de quo loquitur de exceptione doli.C.⁊.ff.per totum.

Beneficio iuris ⁊ facti ignorantie.

c **Consuetum** est renũtiare iuris ⁊ facti ignorãtie errori ⁊ titubationi ⁊ omni exceptioni que de iure pro eis posset competere. naz lex quandoq subuenit ignoranti factum ius vel ignorãti seu titubanti, vt.ff.de iur.⁊ fac.igno.l.iuris ignorantia.⁊.l.error.⁊ l.ij.cum ibi no.⁊.l.j.C.eo.tit.l.cum falsa.cum.l.seq.⁊.l.nõ idcirco. vnde quia ex huiusmodi ignorantia vel eius pretextu posset competere actionem exceptio.⁊ sic non valeret quod esset actum inter partes, ideo illi iuri renuntiatur.

Beneficio actionis ⁊ exceptionis quod metus causa.

r **Enuntiatur** isti si aliquis per metũ fecit vel promisit aliquid, vel p metum aliquid ab eo extortum vel exactum, ius sibi subuenit dando actionem vel exceptionem, vt.ff.⁊.C.q met.cau.quasi per totum.⁊.ff.de excep.doli.l.apud.§.penul.⁊ fi.⁊ ideo ne pretextu huiusmodi metus id q agitur inter partes valeat rescindi, renuntiatur isti actioni quod metus causa.

Renuntiatio valde vtilis.

i **Item potest** renuntiari iuris dicenti quod vbi aliquis iuri suo renuntiat debet illud scire. vt in auc.quomo.opor.de episco.⁊ cleri.§.igitur.cum ibi notatis.

Sequitur renuntiatio generalis.

c **Consuetum** est renuntiare in instrumentis, quãdoq cum iuris auxilio tam canonici quam ciuilis.⁊ vult q omnes casus iuris ciuilis seu canonici per quos contra premissa posset se iuuare seu tueri habeantur perinde ac si specialiter ⁊ expresse essent enumerati quibus oibus ex certa scientia renuntiatur, ⁊ licz de ista generali renuntiatione videat facere mentionẽ lex.C.qñ mu.tute.offi.fungi possit.tñ dicunt doct.q modicum valet nisi dicatur q renuntiatur iuris dicenti generalẽ renũtiationẽ nõ valere nisi precesserit specialis, vt.ff.si quis cau.l.sed si quis.§.quesitum. Item potest renuntiari quibusdam remedijs seu alis exceptionibus que magis in facto cõsistũt quam in iure exprimantur, vt puta renuntiatur priuilegio literarũ ne teneatur satisfacere creditoribus suis de certo tempore ratione guerre, seu ẽt priuilegio concesso alicui noue bastide. Item q non possit petere dilationem aliquã rõne solutionis eius pro quo se obligat. Item quod ois iudicialis aditus seu actus ex ista causa sibi denegetur. Itẽ q nec faciet nec dicet in futurum aliquid propter quod presens contractus minorem obtineat roboris firmitatẽ. Et si contrarium faceret vel reperiretur fecisse promittit nomine pene.c.per firmam ⁊ validam stipulationem. quã penã insolidum cõmitti voluit in casu quo deficeret, ⁊ de premissis iurauit ⁊c. Alias renuntiatiões inuenire magis esset laboriosum q̃z vtile nec subtile, nisi scḋm distinctionem contractuũ qui fierent. nã contractus dant regulam seu materiam renuntiandi.

Butrigarius.

FINIS

Tractatus celebris de Cessione

Iuris ⁊ actionum fienda, celeberrimi Iuris vtriusq doc. domini Joannis de Grassis, cum nouissimis annotationibus, Summarijs, ⁊ distinctionibus.

Prefatio.

q **Quoniam in corpore iuris** sparsus ⁊ diffusus articulus de Cessione inuenitur ⁊ a nemine collectus hucusq, duxi ipsum opus aggrediendum colligendo in ordine scḋm mee perspicacitatis scientiaz mihi ore ⁊ labijs a Deo instillatã, donec perfecero, vcz permittã per.§§.qualiter fiat Cessio iuris ⁊ actionum, deinde quis cedere possit. Itẽ que actiones cedi possint, cui, ⁊ in qẽ transferri possint iura ⁊ actiones. Itẽ que actiones cõpetant procura. in rem suam, ⁊ vnde nascantur. Ultimo loco qñ appellat, quis cedere possit, ⁊ quo iure, quibus omnibus sic per ordinez enarratis, vtile erit p optantibus salare sua in iure ciuili non omittere. circa hunc articulum cessionum veritatem ante offuscataz ex varijs sparsionibus nũc purissime elimatam cognoscere.

SVMMARIVM

1 Cessio actionis quo titulo fieri possit.
2 Cessio facta potentiori ratione officij nunquid valeat.
Cessionum formule.
3 Actio pro parte vendi, ⁊ pro parte donari non potest, ⁊ cur.
4 Lege deficiente nos quoq deficimus.
5 Decipere se inuicem contrahentibus est permissum.
Tituli nomen vtrum sit de necessitate in Cessione inserenduz vt donationis presumptionem cessare faciat ⁊ simulationem.
6 Donare nemo regulariter presumitur.

§. Primus.



1 **Sciendũ est igitur** q cessio † actionis põt fieri quocunq titulo vero non simulato.C. manda.l.per diuersas.⁊.C. plus valere quod agi.p totũ, ex quo.s.titulo rei dominiuz transferi potest ad alium ⁊ ipsam cessionem actionum transferi dicit.l.scimus nulli.⁊c.ff.de iure do.l.si mulier.§.ex asse .ff.eo.in tantum, ergo transfertur actio ex cessione, vt a iure illius proprie appelletur cui seu in quẽ fit.ff.de procu.l.que omnia.§.plane.quare procurator in rem suam dicitur.vt.ff.man.l.si procuratorem.§.dolo autem.in fi.⁊.ff.de in rem verso.l.iiij.§.idem labeo.⁊ loco domini.ff.de pactis.l.sed si tantuz.⁊.C.de acti.empti.l.emptor. (Adde q procurator in rem suam constituitur per verba pono te in locum meum. Bar.⁊ Ange.⁊ Alexan.in.l.ij.§.fin.ff.de ope.no.nun.⁊ in.l.plane.cum glo.fa.her.⁊ vbiq Bar.) Et hec omnia vera sunt sine sit titulus ille per quem fit cessio, de his que fiunt inter viuos, vt.C.de here.vel acti.ven.per totuz, nisi fiat potentiori ratione officij,
2 quia tunc non valet cessio † imo admittit creditum.C.ne liceat potentio.l.j.⁊.ij.vel alia ratione quam officij, quia habebit locum titulus de alie.iud.mu.cau.fa.vel etiam si non potentiori aliqua ratione fiat non valet.si tamen res sit in iudicium deducta in quibusdam casibus vt.C.de liti.l.ij.⁊ fi.siue causa mortis.vt.ff.de do.causa mortis.l.tertia.vel in alia vltima voluntate.ff.de leg. (Cessionum formas vide per Specu.in titu.de cessio.act.per totum. Sali.in repe.l.j.C.de act.⁊ obli.) Potest itaq cedi actio titulo dona.⁊ transferri, vt.C.manda.l.fin. Item titulo emptionis ⁊ venditionis, vt.d.l.per diuersas.⁊.C.de here.vel act.ven.per totum, Item titulo dotis, vt titu.de acti.⁊ obli.⁊.ff.solu.matri.l.meuia marito. Item titu.societatis.vt.ff.pro socio.l.j.ij.⁊.iij.⁊.ff.de pecu.l.sticho. Item titu.solutionis scz donationis in solutum. Item tit.legati ⁊ fideicommissi, vt.C.de lega.l.ex legato nominis.⁊ arg.C.cõia de leg.l.ij.hoc tamen fallit vbi res esset in iudiciũ deducta, quia tunc actio nõ transfert, sed heres litẽ exequit ⁊ prestat legatario totũ id q consequit.C.de litig.l.quicunq.⁊ auc.in me si heres. Item trãsfertur actio ẽt titu.insti.⁊ substi.vt.d.l.quicunq.C.de litig. Caue tamen q licet dixerim ⁊

quod

3 quod actio† potest donari & vendi, tñ non potest pro parte vendi, & pro parte donari, quia iure presumunt simulatum talem ꝯtum, vt .C. manda. l. si. idem si minori pretio empta sit, q2 in dubio presumit simulatum, idem & si deficiat res cessionis. C. mãda. l. per diuersas. no. C. ne liceat potentio. l. j. per glo. vbi autem non dubitaretur, sed certũ esset non esse simulatũ, tunc indistincte valet, nec locus est presumptioni predicte, vt. ff. & .C. de here. vel actio. vendi. per totũ. idẽ & si certũ est eum esse simulatũ, vt. C. plus valere quod agitur ꝑ totũ & not. in. d. l. j. C. ne liceat potentio. potest ẽt dici secundũ quosdã quod titulus cessionis non exigatur, pro hoc facit. l. item q2. §. si cui. ff. manda. & l. per diuersas, & not. C. ne liceat potentio. l. j. dicunt. n.

4 non reperiri cautũ de titulo cessionis, & vbi lex† deficit nos quoq3 deficere debemus. ff. solu. matri. l. si vero. §. de vno. & d. l. per diuersas. hoc dicit si recte inspiciatur. Nam dicitur ibi quod redimenti nomen restituaз pretium quãtũ3 datum est pro cessione, licet venditum nomen seruatũ est, sic. n. videbatur quod non, q2 non d3 rescindi

5 venditio facta minori pretio, q2 licitũ3 est ꝯtentibus inuicẽ† se decipere. ff. loca. l. item si pretio. §. quẽadmodũ. vt. ff. de mino. l. in cause. la. ij. dum tñ vltra dimidiam non decipiatur. C. de rescin. vendi. l. ij. (Adde tñ quod ꝯtens doli partis deceptus non cogitur implere contractum. l. qui nondum & ibi Bal. C. de here. vel acti. ven.) Ego hanc probo quod non sit ex necessitate nomen tituli inserendum in cessione., dum tamen causa quare ceditur sit incerta, que necessaria est secundum Ubertum de bobio ista ratione, q2 sicut nuda traditio corporaliter facta sine causa nõ transferet dominium rei immobilis. ff. de acqui. re. do. l. nunq̃ nuda. ita traditio actionis non transfert vtilem actionem nec directam. difficilius enim acquirunt incorporalia, vt. ff. pro socio. l. j. §. fi. & l. ij. & ibi vide in glo. magna. in prin. & ff. de pecu. l. si quis. nec est vera sentẽtia eorum qui presumũt donationem intelligi in cessione a qua titulus in causa cessionis non continetur. ar. ff. de condi. indebi. l. j. & ff. de regu. iur. l. cuius per errorẽ, q2

6 de regulari iure nemo† presumitur donare. §. cum de indebito. ff. de probati. addo ergo & aliam rationem. Nam constat quod ex contractu innominato fit cessio actionis, vt. C. de actio. & obliga. l. j. ff. de ꝓscrip. verbis. l. naturalis. circa prin. quomodo ergo poterit nomen inseri cum contractus sit innominatus, & careat nomine, vnde vera est hec sententia quod sufficiat causam cessionis inserere, vt arg. C. de procura. l. qui stipendia. & ff. de probatio. l. cum de indebito.

Annotatio. An titulus cessionis exigatur in cessiõe Bar. in. l. per diuersas. dicit quod cessio presumitur simulata. si titulus contractus non appareat in cessione, per illã. l. j. licet instrumento cessionis. & hoc sentit Spec. in ti. de ꝑ cu. §. sequit videre. in prin. &c. (Adde Bal. in. l. ꝑ diuersas. in. ij. q. & in Spec. de pac. in prin. ver. filius autem. idem Bal. in. l. ij. in. ij. col. versi. iij. presumitur simulatio. C. ne lice. poten.)

SUMMARIUM

1 Cedere actiones qui possint.
2 Infans cur non possit actiones cedere, & quid de tutore suo 12.
3 Pupillus sine tutore nunquid cedat actiones.
4 Adultus nunquid sine curatore cedit actiones.
Minor vtrum restituatur si sit lesus per cessionem.
5 Furiosus nunq̃ cedit actiones nisi dotis causa.
6 Mutus & surdus non cedunt, Et quid de curatoribus eorum.
7 Filiusfamilias an cedere possit, & in quibus.
Filiusfamilias potest in omnibus casibus obligari preterq̃ in mutuo a voto.
8 Pater solus an possit actionem filij cedere tanq̃ administrator.
Seruus actionem vtrum cedat.
9 Collegium & vniuersitas actiones quas habent cedunt.
10 Bannitus an & quando possit iura & actiones cedere.
Intellectus. l. si duo. ff. de solutio.
11 Statutum contra iuris rationem inductum in consequentiam non trahitur.
28 ta. †Sed quando dicitur fieri cessio ex necessitate. Respondeo secundum domi. Jac. de are. quod illa dicitur necessaria cessio, que fit de procuratore in dominiꝫ, veluti de actione quesita per procuratorem, vt. ff. de acquiren. possessio. l. possessio quoqꝫ. Itē ⁊ ea etiam que fit in vltima voluntate, vt. ff. de aliena. iudi. mutā. cau. fac. l. hoc edicto. §. si heredi. Item ⁊ ea que fit ex titulo non lucratiuo necessitate rei familiaris vrgente, vt. C. de rescin. vendi tio. l. nō idcirco, nam nemo in necessitatibus liberalis existit, vt. ff. de adimen. lega. l. rem legatam. nec illam dico necessariam quam precessit pactio, licet quidam illud dicant, quia initium il lud fuit voluntarium, sed finis est necessaria, vt. C. de actionibus ⁊ obligationibus. l. sicut. †Sed nunquid cum auctoritate tutoris
29 poterit cedere ipse pupillus. Respondeo, sic, vt. d. l. de nouatio ne, ⁊. ff. de auctoritate tutorum. l. potest pupillus. Sed nunquid ipse tutor sine pupillo possit cedere. Respondeo non, vt. ff. ad tre bellianum. l. restitutio. §. pupillus, ⁊. C. de iure deliberā. l. potuit. ⁊. l. si infanti. ⁊. C. ad trebellianū. l. sancimus. Itē quid de adul to, nunquid cedit. Respondeo non si habeat curatorem, cum nec se obliget sine eius auctoritate, vt. C. de in integ. restit. mi. l. si cu ratorem. Sed quid si non habeat curatoreꝫ. Respondeo, tūc po test cedere, quia obligari, vt eadem. l. si curatorem. Sed nunquid ipse curator poterit sine adulto cedere. Responde non, cum nec eum obliget, vt. C. si tuto. vel curato. l. si creditor. †Sed nunquid
30 infans pupillus ⁊ adultus possit restitui in integrum aduersus cessiones a seipsis cum tutoribus vel curatoribus factas, vel sine vel a tutoribus vel curatoribus solis, si sint lesi in ipso contractu. Respondeo sic, nisi decretum iudicis interueniat, vt. C. de pred. minor. l. si quidem. cum similibus, vel nisi iuramentum interue nit in adulto, vt. C. si aduersus vend. auten. sacramenta. Prete
31 rea† quid de furioso, nūquid potest cedere adulto. Respondeo non, vt. C. ad trebellianum. l. sancimus. Item quia ipse nec obli gari, vt. ff. de actionibus ⁊ obligationibus. l. prima. §. furiosum. ⁊ est ratio, quia nec tacite nec expresse potest consentire, vt. ff. loc. ⁊ conduc. l. qui ad certum. nisi quando pater exigit dotem filie furiose, quia tunc tacite consentire dicitur, vt. ff. soluto matrimo nio. l. secunda. §. voluntate. Sed quid de curatore furiosi, nunqd poterit cedere. Respondeo sic, vt. ff. ad trebellianum. l. heres. ⁊. C. ad trebellia. l. sancimus. Item quid de surdo ⁊ muto. Respō deo, non possunt cedere, nec obligari, vt. ff. de verborum obliga. l. prima in prin. ⁊ insti. de inuti. stipulatio. §. mutum. ⁊. §. seq. sed nunquid curator muti potest cedere. Respondeo sic, vt. ff. ad tre bellia. l. seruo inuito. §. fina. Sed nunquid hoc est verum in quo libet surdo. Respondeo, non, sed tantum de eo qui nullo modo exaudit, vt. ff. de actionibus, ⁊ obligationibus. l. prima. §. fina. an filiusfami. possit cedere de actionibus acquisitis ex castrensi vel quasi castrensi, vel aduentitio lucro quero. Respondeo sic, † cū
32 possit obligari ex omnibus causis preterquā in mutuo, ⁊ in voto, vt. ff. de iudic. l. tam ex, ⁊ de actionibus ⁊ obligationibus. l. filiusf fami. ⁊. ff. de noxa. l. quotiens, ⁊. ff. de pecul. l. si quis filio. ⁊. l. ⁊ iō ⁊. ff. de eden. l. pretor. §. sed si filius, ⁊. ff. de pollicita. l. si quis rem §. voto. Sed tamen hodie nō potest actiones cedere, in quibus patri exercitium competit, nisi consensu ipsius patris, vt. C. de bo. mater. l. prima ⁊ de bo. que liberis. l. fin. §. vbi autem in vnū.
33 †Sed nunquid pater solus cedere actiones filij in sua potesta te manentis tanquam legitimus administrator ipsius. Respon deo non nisi filius sit infans, vel absens. C. de bo. que libe. l. fi. §. vbi autem in vnum, ⁊. l. solu. matrimonio. l. secunda. §. volunt. Item si filiusfamil. ex re patris propria aliquos contractus fe cit, nunquid pater poterit cedere iura in hoc contractu sine filio. Respondeo sic, cum his que iuris sunt, tota obligatio sit patri acquisita per filium, vt. ff. de verborum obligationi. l. quodcūqꝫ. primo respon. ⁊. §. fin. ⁊ rem pup. salu. fore. l. si filius. Secus au tem in his que facti sunt, quia tunc non egreditur personam filij nisi stipulatus fuisset ipsi patri, vt. ff. de verborum obligatio. l. qō dicitur. Item quero, an commissarius possit cedere actiones si quas habet. Respondeo sic, vt. ff. ad trebellianum. l. prima. §. si

autem collegium. Item quid de ecclesia, nunquid minister eius potest cedere actiones. Respondeo non, vt. ff. de liberis. lega. l. pretor ait. §. qui sic, vel dic, quod sic, sicut pupillus qui non ha bet curatorem, vel dic quod pro re mobili possit, ⁊ immobili non possit, argumen. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus, ⁊. l. sacrosancte ⁊ not. Accur. in aucten. de non alienan. aut permutan. reb. ec cle. §. hoc ergo nos. in glo. signata super verbo numeranda.

¶ Item quid de simplici procuratore ad hoc specialiter consti tuto, nunquid potest cedere actiones. Domi. Accur. de Reg. ⁊ domi. Homobo. de mor. dicunt quod non per. l. ff. ad trebellia num. l. restitura. vbi dicitur quod tutor pupilli non potest cedere multo ergo minus procurator potest cedere, argumen. ff. de reg. iuris. l. non debet, dominus Alber. Papi. ⁊ dominus Jacob.
34 Bald. dicunt idem, quia† per procuratorem non fit venditio, vt ff. de procuratoribus. l. procurator, ⁊ cessio est venditio, vt. ff. de fi de. l. si dubitet. in fi. primo responso. ⁊. l. his. Item quia† procu
35 rator alium procuratorem facere non potest ante litis contesta tionem, vt. C. de procurat. l. quod quis, ⁊. l. neqꝫ. ⁊ qui iura cedit solet facere procuratorem in rem suam eum cui cedit, vt. C. de he reditate vel actione vendita. l. emptor. ⁊. ff. manda. l. si procura tor. §. dolo autem. in fi. Alij vt Alber. de gallis, ⁊ Oldra. qbus assentio, dicunt quod procurator ad hoc specialiter constitutus
36 potest cedere, quia per procuratorem† hereditas restitui potest in qua restitutione transeunt actiones, vt. ff. ad trebellianum. l. re
37 stituta, ⁊† procurator habens speciale mandatum potest alium procuratorem etiam simplicem facere, secundum domi. Odofr. licet predicti sapientes contradicunt. Item quero an ille qui ha bet ius cessum, possit alij cedere. Respondeo sic ⁊ transfert vti lem que erat apud eum, ⁊ nulla remaneat apud eum qui secun do cessit, secundum dominum Alber. de gall. vt. ff. de minorib. l. sed vtrum, vbi ponit eam Accur. insolutam. C. de heredita. vel actione vendita. l. emptor. Sed dic vt notat ipse Accur. ff. ad tre
38 bellianum. l. extitisse. An† bannitus possit cedere iura ⁊ actiōes qui per se agere prohibetur ex forma statuti. Respondeo secun dum domi. Alber. de gall. quod cessio non valet, si bannitus fit ex causa ex qua bona publicantur, quia actio ⁊ petitio fisco ⁊ cō tra fiscum competit, vt. ff. de ca. diminutio. l. secunda, ⁊. ff. pro so cio. l. actione. §. puplicus. ⁊ hec est ipsa veritas. si autem bona non sint publicata ex illa causa, tunc ⁊ idem Alber. de gall. di stinguit vtrum fiat titulo lucratiuo, an oneroso. Primo casu ob stat exceptio banniti auctoris, vt. ff. de contrahenda emptio. ⁊ vē ditio. l. dolia. §. primo. ff. pro socio. l. idemqꝫ in fin. ff. de regu. iur. in. l. in his. §. non debeo. Secundo casu non obstet, vt. ff. de exce ptio. doli. l. apud celsuꝫ. §. de auctoris. ⁊. §. si cum legitima. Alij subdistinguunt hoc membrum, quando fit titulo non lucratiuo, vtrum fiat bona fide, ⁊ tunc non obstat, an mala fides, ⁊ tunc ob stat, vt argumen. ff. de exceptio. doli. l. apud celsum. §. de aucto ris. vbi dicit, cum sit bone fidei. Hoc non placet, nā ipsa. l. apō celsum. §. de auctoris. ⁊. §. si quum legitur. intelligitur quando exceptio competit contra auctorem propter ipsam rem occasio ne persone forte dolum committentis in ipsa re. acquititur ⁊ quā do vult vti adminiculo, aut accasione sui auctoris, vt not. Acc. in. d. §. sed cum legitima. ⁊ facit predicta. l. ff. de regulis iuris. l. in his. §. non debeo. cum similibus. Alij distinguunt aliter vtrū fiat cessio ex causa voluntaria, an necessaria, argumento. ff. de p curato. l. seruum quoqꝫ. §. fina. ff. de damno infecto. l. cum postu lassem. §. fina. Nec hoc placet quia illa. l. seruum quoqꝫ. §. fina. loquitur in exceptione procuratoris, que demum aduersus pro curatorem obijciatur vt repellatur si non defendat, que exceptio non competit contra cedentem, nec ex sua persona, quod secus est in exceptione fori banniti autoris. Alia etiam. l. cum postu lassem. §. fina. loquitur in eo qui ius habebat in rem ipsam ante cessionem ex contractu cedentis, quod ius sequebatur rem, ad dominia quorumlibet transientem secus est in nostro casu. Alij distinguere voluerunt, vtrum agatur directa nomine domini, an vtili nomine suo. Primo casu obstet exceptio. Secundo nō, ar
39 gumen. de solutio. l. si duo. Nec hec placet, quia† directa ⁊ vti lis, non sunt due actiones, sed vna duas habens qualitates, se cundum Joan. vt dicam infra que act. compe. ei qui iura ⁊ actio nes per cessionem acceperit, ⁊ hec vnde nascantur, ⁊. l. si duo, lo quitur in eo qui habet duas actiones diuerso iure competentes eidem suo nomine, licet ad eādē rē, vt ipsa lege colligitur. Pos set etiaꝫ dici secundum alios, quod illa. l. si duo loquatur de ex ceptione reali, licet hec exceptio forbanniti auctoris est perso

nalis. Tu dic salua semper meliori sententia, quod indistincte possit cedere, nec obstet exceptio predicta, cum ipsa sit persona-lis, ergo personam non egreditur, vt. ff. de leg. ij. l. cum patronus
40 ꝛ de admi. tut. l. ex pluribus. cum similibus. † ꝛ qꝛ statutum contra rigorem iuris inductum est, nec ad consequentias sit trahendum, vt. ff. de legib. l. quod contra rigorem. Item quia nulla. l. ꝓ
41 hibetur cedere, licet sit bannitus, † ꝛ que non reperiuntur prohibita, videntur iuris permissione concessa, vt. ff. ex quib. cau. ma. l. necnon. §. primo, ꝛ no. s. in principio huius tituli quis cedere possit. ꝛ hec questio fuit disputata, ꝛ sic determinata padue in scho
42 lis per domi. Oldinum de Biraga in suis scholis, † priuilegiatus aliquis scholaris puta habet ius cessuꝫ ex iusta causa a quodam priuato, nunquid vtetur suo proprio priuilegio priuilegiatus. Rñdeo, videtur ꝙ non possit vti priuilegio suo, ꝛ hoc dicūt
43 ꝗdam pluribus rationibus, ꝛ primo qꝛ † fiscus, qui priuilegiatur in multis, succedens in locum priuati, vtitur iure priuati, vt. ff. de vsur. l. cū ꝗdam. §. fiscus. Item qꝛ pupillus eodem modo succedens in locum maioris, vtitur iure maioris, vt. C. de non nu. pec. l. si in certa. ꝛ C. de heredi. actio. l. si pretextu. Item qꝛ ex persona heredum conditio obligationis immutari non debet, vt. ff. de verb. obliga. l. ij. §. ex his, ꝛ de pretor. stipulatio. l. pretorem, ꝛ C. de resti. mili. l. que a patre. Item quia absurdum est successoreꝫ plus iuris habere ꝙ̃ defunctū, vt. ff. de reg. iur. l. aliud. §. absurdum. Item heres ibi est defendendus vbi erat defendendus defunctus, si tamen ibi inueniatur, vt. ff. de iudic. l. heres absens. Item si res substituaṫ, in locū alterius, eiusdem est potestatis, vt ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. l. si donate. §. si sponsus. Itē qꝛ id venit in actione substituta, qđ in ea in cuius locū, alia substituta est, vt. ff. de vsur. l. si stipulatus, ꝛ ff. si quis cau. l. eum qui. §. qui iniu
44 riarum. Item qꝛ alicuius † priuilegium in alterius iniuriam porrigi non debet. ff. de admi. tut. l. impuberi. ꝛ ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. si quis a principe. Itē qꝛ nō debet esse quis melioris ꝯditionis ꝙ̃ autor suus. ff. de regu. iur. l. in his ꝙ non debeo, ꝛ
45 l. in ipsis. Alij ꝯtra dicunt, † ꝙ vti potest priuilegio suo, multis, ꝛ varijs rationibus, ꝛ primo qꝛ propria eius causa dicitur, cui facta est cessio, vt. ff. de procurato. l. qui stipendia. Item cum fauo-
46 rem contineat † fauores sunt ampliandi, ꝛ odia restringenda, vt ff. de lib. ꝛ posthu. l. cū quidam. Itē qꝛ priuilegia sunt benigne, ꝛ plenissime interpretanda, vt. ff. de ꝯsti. princi. l. fi. extra de verb.
47 signi. c. olim. † Item qꝛ ꝛ fiscus succedens priuato vtitur priuilegio suo, vt. ff. de iure fis. l. fiscus. j. respon. ꝛ ff. de vsur. l. cū quidā. §. debitores. Itē qꝛ minori etiam succedenti maiori ipso iure nō currit tempus quod maiori superest, nisi factus maior, vt. ff. đ minori. l. interdum. C. de tempo. in integ. resti. l. ea. Item qꝛ prescriptio que currebat ꝯ̃ defunctū, si finiaṫ contra minorem aliquo casu infringiṫ per in integrum restitu. vt. ff. de mino. l. ait pretor.
48 † Itē qꝛ legatus Rome heres institutus habet ius reuocādi domum, vt. ff. de iudi. l. ij. §. legatis, ꝛ l. de eo. Item qꝛ heres vtitur priuilegio quod defuncto non competebat, velut in re seculari, ꝙ̃ peruenit ad ecclesiam, qꝛ tunc excusatus a lucratiuorum descriptione, vt in aucten. de ecclesi. tit. §. si qua. colla. ix. C. de sacrosan. eccle. l. pe. Itē qꝛ ꝛ successor plus hꝫ ꝙ̃ defunctus, vt. C. si pend. appella. l. fi. ff. de in integ. resti. l. abstinere. Tamen ego puto, sal
49 ua meliori sententia, † ꝙ priuilegiatus habens ius cessum ꝛ priuato possit vti priuilegio fori iam indulto, vt. ff. de iud. l. j. §. legatis. ꝛ l. de eo. ꝛ ēt alijs priuilegijs, dūmodo experiatur ꝓ tempore futuro, ꝛ ex ꝑsona ꝛ facto suo, lꝫ competat ei ex causa ipsius cedentis. ꝛ sic intelligo omnia ista iura ꝓxime allegata. si vero sit fori priuilegium indulgēdū tunc secus, vt. ff. de iudi. l. heres absens. j. respon. vel expiaṫ ēt in alijs priuilegijs ex tempore preterito, vel ex persona ꝛ facto domini cedentis, ꝛ sic intelligo leges
50 prima parte allegatas. Sed ego quero † nunquid cessio facta de laico in clericū valeat. Rñdeo ꝫm Gof. ꝙ cessio non valet, immo adimitur actio ea rōne, qꝛ facta videṫ potentiori rōne officij, vt rōne priuilegij fori, vt notaṫ extra de aliena. iudi. mutan. cau. fac. c. ij. ꝛ argu. C. ne li. po. l. j. ꝛ. ij. Sed tu dic de iure ciuili ꝙ valet cessio, nec obstat ille titu. C. ne li. po. l. j. ꝛ. ij. quia loqṫ in eo qui est potentior rōne officij. Secus si ex alia causa sit potentior sicut accipiṫ de alienatio. iudi. mutan. cau. fac. l. iij. ꝛ C. si ex noxa. cau. aga. l. ij. vel dic ꝙ ille titu. ne li. po. loqṫ in clarissimis ꝛ Illustribus, nā vid. o ꝙ si cessio sit facta militi, valet. C. de proc. l. qui stipendia, lꝫ sit argu. contra. ff. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. l. cū miles. sed dic ꝙ ibi prohibeṫ miles agere, non qꝛ miles, sed qꝛ iudicij mutandi cā cessio facta fuit. Sed dic ꝙ illud esse

non potest, ꝙ ille titulus loquaṫ tantum in clarissimis ꝛ Illustribus, qꝛ hi nec i proprijs causis possunt interesse, vt. C. de procurato. l. fina. nec militis honor officium est secundū Accur. sed est
51 genus hominū priuilegiatoꝝ in expeditionibus. Sed pone † priuilegiatum cessione iura ꝛ actiones priuato, nunquid iste citetur priuilegio cedentis, ēt quo ad foꝝ, ꝛ videṫ ꝙ sic, ad exēplū maioris succedentis minori, qui petit in integ. resti. ex ꝑsona defuncti, vt. C. de tēpo. in integ. resti. l. iij. ꝛ. l. ea q̄. Itē qꝛ heredes omniū eoꝝ q in integ. restitui possunt restituiṫ in integrū ex ꝑsonis
52 defunctoꝝ, vt. ff. de in integ. resti. l. non solū. † Item qꝛ ꝛ auxiliuꝫ senatusconsulti velleiani competit etiam heredi mulieris, vt. C. ad velleia. l. heredes. Tu dic, ꝙ nō possit vti priuilegio aliquo personali ex persona defuncti, cum dicaṫ dominus litis. ff. de iure do. l. mittendo, cum simi. ꝛ qꝛ tale priuilegiū non egrediṫ personam, vt. ff. de reg. iur. l. in omnibus. ꝛ. l. priuilegia, ꝛ. ff. de censi. l. forma. §. ꝗ̃s, ꝛ. l. iij. §. fi. ꝛ. ff. de iure immu. l. j. §. personas, ꝛ. l. semp. §. immunitatis, ꝛ. ff. de aqua quo ꝛ esti. l. j. §. permittitur. secus in reali priuilegio, qꝛ eo bene vti poterit, arau. legum ꝓ prima parte allegatarum, ꝛ maxime illius. C. ad velle. l. heres. Sed quid si actio ipsa sit priuilegiata. Rñdeo, tunc ille, cui facta est cessio, potest vti ipso priuilegio. ff. de regu. iur. l. in omnibus, ꝛ. l.
53 priuilegia. sicut etiam quādo † priuilegium ipsis rebus conceditꝛ quia cum ipsis rebus trāsit ad quemlibet successorem. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. j. §. permittitur, ꝛ. ff. de censi. l. iij. §. fi.

¶ Que actiones cedi possunt.
Rubrica.

54 **Actiones † ceduntur omnes** que bo actionis continenṫ, largo modo accepto vocabulo, vt accipitur. ff. de actionibus, ꝛ obligationib. l. actionum genera. §. actiones. nō etiam largissimo, vt accipiṫ in eodem titulo. l. actionis verbo. ꝛ est ratio quare largissimo modo non accipiṫ, qꝛ tunc etiam directa transfereretur, vt ibidem dicitur, que non potest cedēdo trāsferri, cum sit ossibus ita infixa, vt separari non possit, vt. C. de nonatio. l. iij. ꝛ not. Accur. ff. de pecul. l. quis ergo casus. in glo. j. debitoribus, ꝛ. l. si sticho peculiū in gl. cū actiones. Itē ꝛ alia rōne. s. ne criminalē ꝛ publicā actionē ꝯprehēdat, vbi nec simplex interuenit ꝓcurator, vt. ff. de pub. iudi. l. accusatoreꝫ. §. ad crimē. ꝛ ne priuatam ꝛ popularē ꝯtineat actionem, vbi ēt non interuenit procurator simplex, nisi quantum pertineat ad priuatum cōmodum, quo casu ꝛ cedi posset, vt. ff. de procu. l. lꝫ. j. rñso. ꝛ. §. j. ꝛ ff. de iniur. l. iniuriaꝝ actio in bonis. vbi hoc. ꝛ no. Ac. in gl. ꝛ ff. de fur. l. si vendidero. §. fi. nisi forte ad defendendum, ꝛ. ff. de
55 po. ac. l. qui populari. ꝛ. l. seq. Sed nūquid † actiones que sunt ex delictis, possint cedi. Rñdeo, ꝛ dico ꝙ sic. ff. de peti. heredi. l.
56 ꝙ si in diem. §. iulianus. Sed nunquid † cessio partis debiti demum potest fieri. Rñdeo, ꝛ dico ꝙ sic. ff. de peti. heredita. l. qđ si in diem. de administra. tuto. l. si plures. ꝛ de tut. ꝛ ra. di. l. pupillus. ꝛ. ff. de pecu. l. quesitum. §. sed si pro parte. ff. de censi. l. cū possessor. ꝛ not. Ac. ff. de fide. l. si fideiussores. ꝛ. l. modestinus. licet alij contradicāt, vt no. Ac. d. l. de fideiussor. modestinus.
57 † Item nunquid actio realis possit cedi. Respondeo sic, qꝛ quantum ad articulū cessionum nil distat realis a ꝑsonali, vt. C. de be.
58 re. vel act. vendi. l. fi. † Sed nunqd realis, ꝛ q̄ pendet ex ꝑsonali, veluti hypothecaria potest cediṫ sine ꝑsonali. Rñdeo nō qꝛ hypothecaria accedit ꝑsonali actioni, vt. ff. de pig. l. res hypothece ꝛ accessoriū nō trāsit sine principali, vt argumen. ff. de reg. iur. l. cum principalis, ꝛ. C. de vsur. l. eos qui. j. respon. ꝛ. C. deposi. l. si depositum. ff. quib. modis. pig. vel hypothe. solua. l. paulus. §. fina. ꝛ de distrac. pigno. l. fina. ff. ad trebellianum. l. patri. ꝛ ꝙ cedi non possunt not. Accur. C. de here. vel actio. vendi. l. fina. licet sint argumen. contra, scilicet quod cedi possit tam realis ꝙ̃ personalis, vt. d. l. de here. vel actio. vend. l. fin. ꝛ quod hec sint in re, ꝓbaṫ inst. de act. §. seruiana. Itē videṫ posse cedi, qꝛ officiū iudicis potest cedi, vt. ff. de minoribus. §. j. sunt etiam argumen. pro hoc. C. manda. l. per diuersas, vbi dicit exceptis, ꝛ. ff. de exceptio rei iudica. l. fina. §. latinus largius. ꝛ. C. de iure dotium. l. in rebus, vbi dicit nolumus itaqꝫ ꝛc. ꝛ argumen. C. per quas personas nob. acquir. l. prima. C. de prescriptio. triginta anno. l. cū notissi. in fi. ꝛ act. pign. l. ij. hoc secundum Ac. de Reg. Addo ego optimam rationeꝫ ꝓ eo ꝙ cedi nō possit, quia semper cedēs realem retenta personali posset reuocare ipsam quam cessit, ꝛ cessionem

cessionē infringere, veluti extinguēdo personale, q sublato principali extinguit accessorium, vt.C.de vsur.l.eos.j.respon. & sic posset, & ēt post litis contestationem, & post denunciationem, vel partis solutionem reuocare cessionem, q esset contra.l.C.de nouatio.l.ij. Sed nunquid debet stipulari cui ceditur ab eo contra quem fit cessio? Respondeo non, q tunc esset delegatio, imo eo inuito, & ignorante potest fieri cessio inter absentes. Rñdeo etiā sic, ad exemplum simplicis procuratoris, vt.ff.de procu.l.j.& no.

59 Accur.eo.titu.in causę.§.sed & si procurator.in gl. † Item quid si ceditur actio acquisita accedente per dolum vel fraudem, nunquid doli exceptio obstabit procuratori in rem suam? Respondeo sic.ff.de doli exceptio.l.apud.§.sed cum legitima, & ibi not.

60 † Item nunquid actio iniuriarum potest cedi? Respondeo nō, secundum Joan. q non est in bonis ante litis contestationem, & post efficitur litigiosa, vel dic q sic, vt not. Accur.C.de here.vel actio.vendi.l.fina.& ad hoc facit quod not.ff.de heredi.vel act. vendi.l.si nomen. Sed facta cessione, cuius est postea periculū actionis cesse, si vt.ff.man.l.inter causas debet enim cadens prestare debitorem esse ei contra quem cedit iura, non etiā locupletem, vt.ff.de pigno.l.periculū, & ff.de solutio.l.pupilli.§.soror.ff. de heredita.vel actio.ven.l.si nomen.arguo tamen contra.ff.de pignora.actio.l.eleganter.§.si vendiderit.

¶ Cui & in quem transferri possunt iura & actiones. Rubrica.

61 Possunt iura cedi † & actiones quibuscūq personis, vt argumento.C.de actionibus & obligationibus.l.sicut in princi. & quia oīa sunt iuris permissione concessa nisi reperiantur prohibita, vt.ff. ex quibus causis manu.l.nec non.§.quod eis.cum similibus. excipiunt persone que acquirere non possunt, vt.C.de iure deliber. l.si infanti. q infanti actiones cedi non possunt, nec possunt sibi acquirere, vt.ff.de verborum obligatio.l.j.primo rñso & de actionibus & obligatio.l.j.§.furiosum. Idem in surdo, qui nullo modo exaudit, & in muto, qui nullo modo loquitur, vt.ff.de actio. & obligatio.l.j.§.mutum, & institu.de inuti.stipulatio.§.mutum. Sed quid de ipsorum tutoribus & curatoribus, nunquid poterit eis solis fieri cessio? Respondeo sic, nomine ipsorū, vt.d. l.si infanti.& C.ad trebellia.l.scimus.j.respon. Sed nūquid potest fieri cessio supradictis personis cum auctoritate ipsorum tutorum, vel curatorum? Respondeo videtur q sic, vt.ff.ad trebel. l.seruo inuito.§.si pupillo. Sed dic contra quod non, vt.C.de curato.furio.l.fina.§.sinautem perpetuus, & ille.§.ad trebellia.l. seruo inuito.§.si pupillo.loquitur, & intelligitur de maiore infante. Itē quid de pupillo & adulto? Respondeo potest ei fieri cessio, & prestari etiam sine tutore & curatore, quia in acquirendo non est necessarium tutoris vel curatoris auctoritas, vt.ff.de acquirendo rerum domi.l.pupillus.& C.de aucto.prestan.l.obligari, nisi ex causa cessionis deberent obligari se vel sua bona forte pro euictione vel pretij restitutione, vel qua alia ratione, qua tunc nō possent eis cedi actiones, sine tutorum vel curatorum auctoritate vt.ff.de auct.tuto.l.obligari, & l.pupillus.§.primo & C.de in integrum restitutio.mi.l.si curator habens & tunc nihilominus restituuntur in integrum si sint lesi, vt ea.l.si curator. Sed nunquid solus tutor pupilli vel curator adulti recipiet iura, & actiones? Respondeo nō, vt.C.de iure deliberan.l.potuit. Sed quid si nō habeat curatorem adultus, vel tutorem adultus, vel tutorem pupillus, nunquid possit eis cedi? Respondeo posse sibi cedi, sed restitutio in integrum eis lesis competit, vbi decretum intercesserit, vt dictis.ll.si curator, & de predi.mino.l.si quidē, vel nisi ab adulto interuenerit iuramentum, vt in aucten.sacramenta signa

62 ta super.l.secunda.C.si aduersus vendi. † Item nunquid seruo possint cedi iura & actiones? Respondeo sic, sed id totum acquirit domino, vt ipse dominus, seu procuratores domini agant ex ipsa cessione cum seruus in iudicio esse nō possit, vt.ff.si quis cautio.l.quotiens.& C.de iudicijs.l.seruus. Itē nunquid potest fieri cessio procuratori? Dic quod sic, cum & procuratorem fieri posset, vt not.supra quis cedere possunt.& ff.ad trebellia.l.restituta. Item nunquid filiofamil.possint cedi iura & actiones? Respondeo, sic, & patri acquiritur secundū veterē iura, vt.ff.de verborum obligatio.l.quid dicitur, & ff.de regulis iuris.l.filiusfamilias, nisi in castrensi peculio, vbi acquiritur sibi, etiam iure antiquo, vt instituta per quas personas nobis acqui. in principio, & ff.de castren.pecu.l.miles.& l.ex nouo. Sed hodie sibi acquirit iure moderno, vt.C.de bonisq liberis.l.cum non solum. Sed tamen administratio rerum, & exercitium actionum patri competit, vel etiam ipsi filio patris consensu interueniente, vt.C.de bonis maternis.l.prima in fine, & dicta.l.cum non solum. Sed nunquid potest fieri procurator in rem suam etiā ex parte rei? Respondeo sic, vt.ff.de conditio. indebi.l.finali.§.titium, & inuito actore, vt.ff.fami.hercis.l.plane.

¶ Que actiones competunt ei qui iura & actiones per cessionem acceperit & hec vnde nascuntur. Rubrica.

63 Facta cessione legitime † actiones competunt quandoq directe nomine ipsius cedentis, quandoq vtiles nomine eius cui ceditur, vt.C.de heredita. vel actio. vendi.l.finali in glo.poterit ergo. In directis enim proprie dicitur de procuratore in rem suam, in vtilibus vero dominus, vt.C. de hereditate vel actione vendita.l.emptor hereditatis in glo. si directis in fine.l.ipse directe demum facta cessione ex ipsa cessione competunt ipsi procuratori in rem suam nomine domini, vt predicta.l.emptor hereditatis vbi dicit mandatis, nam exponitur ibi scilicet directis vtilis vero competunt suo nomine tribus ex causis, ex natura contractus, & ab initio sine cessione, vt.C.de herediate vel actione vendita.l.postquam, & hoc accidit quibusdam casibus demum, quos infra dicam. Alia i subsidiū etiam post cessionem factam, & deficientem postea, vt.C.de actionibus & obligationibus.l.prima. Alia ex qualibet cessione iuris facta. Apparet ergo ex predictis quod semper vtilis competit ex cessione facta quocunq contractu nominato, siue vltima voluntate. Alias nunquam competit vtilis sine cessione, nisi demum in subsidium, vt dixi, vel nisi certis casibus, quibus etiam sine cessione competit vtilis ex natura precedentis contractus siue cau-

64 se, qui hi sunt. ¶ † Primus in emptore, vt.C.de hereditate vel actione vendita.l.emptor.& C.de actionibus & obligationibus.l. secunda. ¶ Secundus in nomine dato in solutum, & C.quando fisc.vel priuat.l.finali. ¶ Tertius in nomine pignori dato, vt.ff. de pigno.l.cum cōuenit. ¶ Quartus est in dote, vt.C.de actio. & obligationibus.l.secunda. ¶ Quintus in legato nominis, vt. C.de leg.l.ex legato nominis. ¶ Sextus est hodie in donatione, vt.C.de donationibus.l.illam.& hos sex casus not. dominus Accur.in glo.ordi.que incipit non vt eū, que est.C.de actioni. & obliga.l.j. Addo ego & alios vbi competit ex precedenti causa vtilis ab initio & sine cessione, valet in tutoribus, curatoribus, & magistratibus, ceterisq similibus, vt.ff.de tut.& ratio.dist.l.nūc tractemus.& C.de qr.iud.tu.l.j.& ij.C.de magi.quen.l.j.& ff. de nego.l.ex facto.& potest esse ratio, quia ex necessitate obligatur & ideo est secus in fideiussoribus & mandatoribus q ex volūtate se obligant, vt.C.de nego.l.tutori.potest & alia esse ratio diuersitatis predictorum, q nullū regressum habent tutores & ceteri p dicti aduersus aliquos, vt argu.ff.de procura.l.si minor.in prin. qd secus est in fideius.& mādatis, vt.ff.de fideiussoribus.l.vt fideiussor.& in not. Accur.competit vtilis sine cessione gestori, qui mutuauit pecuniam absentis nomine ipsius, nec stipulatus est sibi reddi, nec ratū habet a domino, vt.C.si cer.pet.l.si absentis.& l.q̄nis.& in sum. Azo.si cer.peta.§.datur autē. Item competit vtilis indebiti sine cessione ei qui soluit indebite per errorem facti pecuniam ab alio debitam, & ab eo forte iam exolutam, eodē cuius nomine solutū sit ratum non habente vel actū nō mādante, vt.C.de condi.indebi.l.si pignora, nam facti, cum nota. Accur. Item pupillo aduersus fideiussores qui promiserunt rem pupilli saluam fore, datur vtilis sine cessione vt.C.de magistra.cōuenien.l.j.in fin.& ibi not. Ac. Item competit vtilis sine cessione cui restituta est hereditas ex trebelliano senatuscōsulto, vt.ff.ad tebelli.l.si heres pecuniam.& ff.de fide.l.heres a debitore.item ei filio emancipato competit vtilis sine cessione qui petit & accepit, bonorum possessionem contra tabulas, vt.ff.de bonor. possessio.contra tabul.l.cum emancipatus in prin.& d.l.ff.de fideiussor.l.heres a debitore.& est ratio secundum Ac.de reg.quare vtilis actio sine cessione competit demum predictis casibus,

65 quia † actio vtilis est auxiliū extraordinarium, vt.C.ad exhibē. l.si res, vnde extraordinarium auxilium non datur, nisi specialiter lege caueatur, quia quibus casibus lex deficit, nec vtilis

actio danda est, vt. ff. solut. matrim. l. si vero. §. penulti. Hinc est sciendum quod his casibus supradictis nil proficit cessio dire- cte cum vtilis tantundem valens competat sine cessione vt not. dominus Azo in summa de heredi. vel act. vend. §. summa au- tem ꝛ no. etiam dominus Ac. C. de hered. vel act. vendi. l. em- ptor. Item caue tibi quia his casibus etiam supradictis nec vti- lis competit, nec directa ceditur si dolus eius cum cedi debet in tercessit in precedenti contractu, vel causa, vt. ff. de administr. tut. l. si plures, ꝛ de tut. ꝛ rat. distra. l. si ex duobus. ꝛ ff. de solu- tio. l. stichum. §. penulti. ꝛ ff. de except. doli. l. apud celsum. §. de
66 auctoris. Sed nunquid† hec vtilis que ab initio competit predi- ctis casibus deficit seu moritur statim facta cessione directe ꝰ Respondeo non secundum Joan. imo directa ꝛ vtilis competit nec tamen sunt due sed vna duas habens qualitates, vnam iure contractus, alteram iure cessionis, vt hoc no. Ac. C. de heredi. vel act. vend. l. emptor. in glo. agit ergo. Alij dixerunt, statim vtilem annihilari facta cessione directe, ꝛ duas esse actiones ar gu. ad hoc ff. de solutio. l. si duo rei. Item solet queri vtrum pre dicte vtiles actiones que competunt procuratori in rem suaꝫ nas cantur quod dic. no. domi. Az. in summa de actionib. ꝛ obliga- tionib. §. penulti. Item pone habeo debitorem contra quem ha beo personalem actionem puta certi conditionem de mutuo et hypothe. ex pignorum questione, vendidi simpliciter tibi nomē istius debitoris que actio tibi competit vtilis personalis vel hy pothecaria. Quidam dicunt quod competit vtilis hypotheca- ria, vt. ff. de pigno. l. pignoris prosequutio. ꝛ Insti. de action. §. item seruiana ꝛ facit bene pro hac sententia. C. de here. vel act. vendi. l. postquam ꝛ in hac sententia est dominus Homobonus de Cremo. ꝛ dominus Lanfran. ꝛ dominus Azo in summa. C. ꝺ pigno. licet dominus Ac. in glo. ordinaria dicat contra. C. que res pigno. obliga. poss. l. nomen. ꝛ dicta. l. hereditatem. sed hec l. heredem non obstat secundum eos ꝛ Ac. de reg. quia loqui- tur secundum vetera iura quando mulier non habebat tacitam hypothecam sed hodie secus esset, vel dic quod aliud est in taci ta hypotheca quam in expressa ego puto hoc vtrunqꝫ vtilem si
67 cut cedens habebat directas, quod probo tali ratione,† quia is cui cessa sunt iura simpliciter potest prosequi pignora ꝛ agere ꝯ fideiussorem, vt. C. de actionib. ꝛ obligationib. l. hoc a creditore ꝛ. l. si solutum. ꝛ no. Azo in summa de hered. vel act. ven. in fi. l. sic, argu. contra. ff. de verbo. obligation. l. ita stipulatus. §. gri- sogonus. in fine. ꝛ. l. aliquid ꝛ. C. de heredi. vel actio. vendi. l. venditor ꝛ. l. filij ꝛ. l. emptori. que videntur innuere quod etiam contra fideiussorē ꝛ pignora sit facienda expresse cessio. Item ꝛ
67 alia ratione probo, quia† hypotheca, viuit ꝛ moritur vt accesso ria quandocunqꝫ ipsa principalis morit̄, quocunqꝫ modo moria tur, vt. C. de luit. pigno. l. intelligere preterquam si prescriptione triginta annorum moritur principalis quia tunc durat quadra- ginta annis hypothe. vt. C. de prescrip. triginta vel quadragin ta anno. l. cum no. Ac. d. l. intelligere. vt tunc forte mortua, seu extincta prescriptione principali, posset cedi sola hypothe. que ad huc durat alias sola principalis sine hypothe. cedi posset, vt dixi supra que actio. cedi possunt. §. Sed nunquid realis ꝛc. Sꝫ nunquid principalis posset sola cedi, vt no. supra que actiones cedi possunt. §. sed nunquid cessio partis interueniente vno de his tribus. que dicit. l. C. de nouatio. l. si de legato. puto ipsam accessoriam extinctaꝫ esse, nec amplius resuscitari posset sine no uo facto debitoris, vt argu. C. de re pigno. l. cuꝫ ex causa in fine. Iteꝫ quero si facta cessione pignora vel fideiussores adiciantur ꝛ acquirant̄ ipsi obligationi ꝛ nomini vendito siue cesso. Rn̄. sic, vt. ff. de he. vel act. ven. l. emptori. Sed est ne ei opus noua cessione pro his pignoribus vel fideiussoribus, an sufficit sibi ve tus cessio nominis facto. Respondeo, non sufficit vetus sed no ue cessionis opus est, vt. ff. manda. l. heredeꝫ fideiussoris licet di cta. l. emptori videatur innuere quod etiam sine alia cessione ꝓ sint ei. Item nunquid in exceptionibus competentibus post ces sionem factam venditori nunquid prosint emptori sine cessione. Respondeo sic, vt. ff. de post. l. si tibi. §. pactum conuentum. ff. de contrahen. emp. ꝛ vendi. l. dolia in fin. Posset tamen respōde ri illi. l. si tibi. §. pactum conuentum quod illud pactum fuit fac- tum venditori in re vendita, ꝛ hoc no. ff. de peti. heredit. l. etiaꝫ si. §. penul. in glo. ordina.

¶ Qualiter ꝛ quando compelletur quis cedere iura ꝛ actiones. Rubrica.

69 Actiones† cedere compellūtur venditor hereditatis vel nominis actione ex empto compulsus. Item heres qui ex senatusconsulto trebelliano hereditatem re- stituit actione ex testamento. Item heres contra quem bonorꝫ possessio petita est ꝛ accepta a filio defuncti probatur de primo ff. de hered. vel actio. vendi. l. ij. §. non solum. ꝛ. l. venditor. pri- mo. respon. ꝛ. §. primo ꝛ. l. emptori. ꝛ. C. de solutio. l. nullo. ꝛ no. domi. Azo in summa de hered. vel act. vendi. §. summa. proba- tur de tertio. ff. de fide. l. heres a debito. j. respon. ꝛ. ff. de bonor. posses. contra tabul. l. cum emancipatus in prin. hec vera intelli ge in his que ex suis personis acquisiuerunt ipsi cedentes occa sione ipsorum bonorum, vt predictis legibus colligitur cū in ac- tionibus antea acquisitis vtiles actiones comparātur successio ne, vt not. supra que actio compe. procurat. in rem suam fa- cto, ꝛ hec vnde nascantur item compellitur magister merci na- uali prepositus per actionem ex locato, vel mandati cedere do- mino, qui eum preposuit actionem quam habet contra eum qui secum in dicta merce contraxit, vt. ff. de exercit. l. j. in fi. j. respō. ꝛ. §. econtrario. ꝛ not. ēt Rofr. in suo libello de exercit. act. in fi. item compellitur cedere actiones socius socio per actionem pro socio, vt. ff. pro socio. l. iij. j. respō. Sed quid si sit socius om nium bonorum, et post contractum societatis aliquid acquisi- uit nunquid cogetur cedere actiones in acquisitis pro parte so- cio ei contingente. Respondeo sic actione pro solutio. conuen
70 tus,† cum ꝛ postea acquisitā teneantur conferre ꝛ communica re vt. ff. pro socio. l. si quis societatem contraxit in summa domi. Azo. pro socio. §. competit, autem ideo dico si nō sit socius om nium bonorum in his que acquisiuit postea pertinentibus ad id de quo societas contracta est. item heres compellitur cedere iu ra ꝛ actiones coheredi, cui assignatum est nomen a iudice ꝑ offi cium iudicis vt. ff. famil. hercisun. l. per familie. §. fin. alioquin deficientibus stipulationibus cogitur heres coheredi iura ꝛ ac tiones cedere per actionem de prescrip. verb. C. famil. hercisc. l. licet in fine. Item procurator simplex, idem non in rem suam ꝛ nuncius compellitur cedere ipsis dominus vel cui voluerint domini nomina ꝛ obligationes acquisitas ex officio scripto per actionem mandati vt. ff. de acquiren. posses. l. possessio. ꝛ. C. per quas person. nob. acquir. l. j. §. fin. ꝛ. ff. manda. l. idemqꝫ. §. si cui mandauero. §. fi. ꝛ. l. qui mandatum in fi. ꝛ. ff. depo. l. j. §. si te ro- gauero item negotiorum gestores qui aliena negotia sine man dato dn̄i administrauerit compelluntur cedere per actionem de positi, vel generaliter ex quocunqꝫ contractu, ex quo penes ip- sum gestorem fuit pecunia vel res, ex qua actione acquisiuit, vt C. si cert. peta. l. si absentis. ꝛ. ff. de nego. gest. l. nam ꝛ seruius. §. fi. ꝛ no. Ac. C. si cer. peta super. l. quamuis in glo. vtili ꝛc. Item si credebam Seium teneri Titio ꝛ solui nomine Sei, ei quem Titium credebam cum non esset, non transtuli dominiuꝫ vt. ff. cond. cau. da. l. si procurator. in fi. ꝛ sic accipiens tenet̄ mi hi soluenti conditione furti, vt. C. de fur. l. falsus ꝛ. ff. de fur. l. fal sus creditor. §. creditor. Si autem ratum habeat Seius domi- nus tunc dominium est translatum in accipientem ꝛ sic compe- tit mihi qui solui indebite condictio indebiti quam domino pro quo saluo compellor cedere per actionem nego. gesto. item qui conuentus est rei vendicatio. ad seruum si illū dolo desierit pos sidere ꝛ tunc alius eum occiderit per officium iudicis cogit̄ ce- dere actiones actori si malit potius eas ab eo habere quam pre tium vt. ff. de rei vendica. l. si hominem. §. quod si dolo. iteꝫ post litis contestationem super vendi. animalis si ab alio occisum sit animal compellitur reus cedere actiones contra occisoreꝫ si ve lit euitare solutionem estimationis litis mote de dicto animali, vt. ff. si quadrup. paupe. fe. di. l. penul. §. si post. item minor qui accepit pecuniam mutuo, ꝛ eam mutuauit alij forte egenti per officiū compellitur cedere suo creditori iura que habet contra euꝫ cui ipse mutuauit, vt. ff. de mino. l. patri. §. si pecuniā in ver. quod si agenti. Item heres tenetur ꝑ actionē ex testamento le- gatario cedere ꝑ actionem legis aquil. pro soluto legato vulne rato ante aditam hereditatem, vt. ff. ad legem Aquilia. l. huic scripture. Item minor qui negotia maioris gessit sua spontanea voluntate compellitur cedere ipsi maiori ius restitutionis quod habet aduersus eos cum quibus contraxit ex illa questione, si vult euitare actioneꝫ negotiorum gestorum, quam dominus po test intentare ꝯ eum pro ipsa gestione, vt. ff. de mino. l. quod si mi nor. j. responso. Item fulloni ꝛ sarcinatori, qui vestimenta ad

lauandum

lauandum amisit sua culpa compellitur dominus concedere actionem ꝛ vendicationem eorum per oppositionem exceptionis antequã soluat ipsi domino pretium rerum, vt.ff.locati ꝛ conduc.l.si merces.§.fi.vel per actionem ex conducto, etiam post ꝙ soluitur vt ibidem innuitur. Item supradicti procurator simplex, nuncius, ꝛ negotiorũ gestor habent desiderare sibi actiones cedi a dominis per oppositionem exceptionis cedendarum actionum ad exemplũ tutoris cui fit cessio a pupillo aduersus ꝯtutorẽ remedio exceptionis, pdicte, vt C.de ꝯ. in.tut.l.ij.ꝛ.ff.de tut.ꝛ rat.distr.l.j.§.non tantum. Item aduersus magistratum, qui satisdationem accepit a contutore per oppositionem exceptionis compellitur pupillus cedere actionem ipsi tutori soluenti, vt.ff.de magistra.conuen.l.quod si tutor. que continuatur cum precedenti. Item fideiussor aduersus fideiussorem, vt agere possit, debet cedi a creditore actio ante solutionem vel statim post, vel etiam ex interuallo, dummodo prius conueniat de actione cedenda. ꝛ ad hoc compellitur non per actionem ſ; per exceptionis oppositionem, vt.ff.de fideiussorib.l.vt fideiussor.ꝛ ibi nota. Ac. Illud idem dicas de mandatoribus, quod dixi de fideiussoribus, vt.ff.de fideiusso.l.fideiussor.ꝛ contra mandatorem per oppositionem exceptionis cedendarum, vt proxime dixi, sed etiam aduersus reum principalem, vt.ff.de fideiusso.l.cum his ꝛ.C.de fideiusso.l.ij.ꝛ.l.cum alter ꝛ.ff.mandati.l.si quis alicui.§.fin.ꝛ.ff.de solution.l.stichum.§.penulti. Sed nunquid creditor inuitus compellitur cedere actiones fideiussori volenti satisfacere contra debitorem principalem, ꝛ contra confideiussorem pro portionibus, eidem contingentibus? Respondeo sic, secundum Ac.reg.vt.ff.de fideiusso.l.fideiussorem succurri.ꝛ.C.loca.ꝛ conduc.l.si diuisa. Sed

71 ego quero† quando possit opponi hec exceptio cedendarum actionum? Respondeo quandocunq; ante satisfactionem etiam post sententiam, vt.ff.de tutor.ꝛ rat.distr.l.j.§.non tantũ, ꝛ.C.de contra in.tut.l.ij.ꝛ.ff.de fideiusso.l.si fideiussor.§.idem respond. Item nota

72 quod† creditor qui emit bona debitoris, agens contra fideiussores repellitur per exceptionem cedendarum actionum hoc modo, quia creditor cogitur cedere fideiussori soluenti, iura ꝛ actiones contra reum principalem ꝛ eius bona, remedio exceptionis cedendarum actionum, vt dixi supra eodem.§.sed nunquid creditor.sed hoc facere non potest, quia aduersus seipsum non potest cedere iura, quod sua culpa contingit, quia emit bona, quia cum non possit cedere propter suam culpam aduersus bona dicti debitoris merito repelli debet a fideiussoribus, vt.ff.de solution.l.stichum aut Pamphilum.§.si creditor.ff.loca.ꝛ conduc.l.si merces.§.culpe.ff.de solutio.l.in his ꝛ.ff.de admi.tut.l.si pupillus.

¶ De his que fiunt circa iudicium agentis ex iure cesso. Rubrica.

73 **Queritur †nũquid ille qui agit** ex iure cesso cogatur facere fidem cessionis in litis contestatiõe petente aduersario vel saltem cauere de rato, ꝛ est argu.quod teneatur cauere si fidem non faciat de cessione, ad exemplum tutoris vt ff.de administra.tuto.l.vulgo.ꝛ sindici seu actoris vniuersitatis, vt.ff.quod cuiusq; vniuersita nomi.l.Item eorum.§.actor.in fin.ꝛ facit.ff.de procurato.l.non solum.§.qui alieno.ꝛ.l.j.§.sed interdum Econtra videtur quod debeat cogi fidem facere de cessione, nec cauere de rato volens admittitur, quia Iudicium est actus trium personarum, de quibus primo debet inquiri.ff.de iudic.l.si quis ex

74 aliena.C.de exceptio.l.fina.quia† si Iudicium sit incompetẽs nullum est iudicium. Idem ergo in actore, si actor sit incompetens facit ad hoc.C.manda.l.per diuersas ꝛ.l.ita tamen. Item idem dicimus in coherede.ff.famil.hercíscun.l.j.§.ij.facit.C.de manda.princip.l.ij.ff.ad trebel.l.qui ita.§.etiam.ꝛ hoc placet quia posset esse, quia tentatiue ageret, vt videret vtrum posset vincere, ꝛ quum videret se posse vincere, tunc faceret sibi cedi iura, cum adhuc non essent cessa ꝛ talis cessio tibi prodesset in quacunq; parte Iudicij esset facta, dummodo ante sententiam, vt.ff.de Iudic.l.licet.ꝛ q satis.

75 cogan.l.Iulianus ꝛ.ff.de rei vendica.l.sinautem. Item quero† nunquid iste cui sunt cessa iura, teneatur defendere cedentem cũ sit factus procurator in rem suam secundum.l.ff.de procur.l.seruum.§.

76 fina.ꝛ.l.sequen.ꝛ.l.procurator. Sed qualiter† formatur libellus in hac actione cessa? Respondeo, quod formandus est sic, secundũ Dominum Benedictum de sergnia, Proponit Titius contra Seium, donata ꝛ cessa sibi actione a Gaio, quod dictus Gaius mutuauit dicto Seio vnciam auri, Quare petit dictus Titius donata ꝛ cessa sibi actione predicta a dicto Gaio, dictum seruum sibi condemnari ad soluendum dictam quantitatem pecunie. Vel quod dictus Seius ei reddat dictam pecuniam, saluo iure addendi ꝛc. Sed nunquid qui tenetur tibi vtili actione, te agẽte nomine tuo ꝛ non nomine cedentis, est tibi obligatus ita vt possis dicere in libello, eũ tibi obligatum? Quidã dicunt, ꝙ non, sed lex permittit

77 tibi agere idest ad vtilitatem tuam. Sed nunquid† causa ex qua fit cessio debet exprimi in libello? arguo quod sic.C.de edict.diui Adria.tollen.l.edicto cum similibus. Sed cum actio vtilis competat ei cui cesse sunt actiones ex cessione vel in subsidium, vel ex natura contractus sine cessione nunquid debet eligere ꝛ exprimere agẽdo, qua velit experiri, directa nomine dñi, an vtili suo nomine, Respondeo sic, secundum domi. Albertum de gall.per.l.ff.de solutio.l.si duo.ꝛ.ff.de legatis primo.l.si mihi ꝛ tibi, tamen argu.est contra, vt in summa predicti domini Alberti de Galli. Sed quid si simpliciter egit, nec fuit petitum quod illud exprimeret, quasi dicemus eum intentasse? dic vt dicunt in eadem summa domini Al-

78 berti de galliotto. Item quero† si habeo obligatum specialiter nomen debitoris mei ab ipso debitore meo, nunquid possim debitorem debitoris mei conuenire, antequam conueniam ipsum meum debitorem principalem secundum.l.C.de actionib.ꝛ obligation.l.aduersus ꝛ.l.fin. Dicunt quidam quod primo debeo ꝯuenire debitorem meum principalem ista ratione, quia fiscus qui habet tacite obligata bona sui debitoris.ff.quib.cau.pign.taci.cont.l.ij.et sic nomine quoq;, vt.ff.de verbo.significatio.l.bonorum.nõ potest ꝯuenire debitorem debitoris sui nisi prius excutiat bona sui principalis debitoris, vt.C.quan.fisc.vel priuat.l.non prius. Item et qr nec possessor est pignoris sui debitoris poterit conuenire fiscus antequam conueniat debitorem principalem, vt.ff.de iure fisc.l.mobilis vnde cum fiscus ex sua tacita hypotheca nõ possit, merito nec priuatus debet posse ex sua expressa, per aucten.C.de actio.ꝛ obligation.aucten.sed hodie. Sed dominus Albertus ꝛ domi.Ot.ꝛ

79 dominus Iacob.bel.dicunt contrarium† scilicet quod possit conuenire debitorem debitoris sui etiam debitore principali non excussa per illas duos.l.aduersus.ꝛ.l.fina.C.de actionib.ꝛ obligation. que non sunt mutate isto casu, vt dicunt, ꝛ sic stare non prohibẽtur vt.C.de testam.l.scimus.ꝛ de appellat.l.precipimus.nam aucten.sed hodie, dicit de possessoribus pignorum quod vltimo loco conueniatur.at debitor debitoris non dicitur possidere pignus aliqñ licet debitor sic contineatur iure incorporali, ꝛ incorporalia nõ possidentur, vt Insti.de reb.corporal.ꝛ incorpora.ꝛ.ff.de acquir.rer.domin.l.seruus.§.incorporales. Nec contra hoc facit quod quasi

80 † possidentur incorporalia, vt.ff.de per.heredit.l.etiam.§.j.quia

81 nec quasi possessor, dicit aucten. Item† non obstat in aucten.de fideiusso.§.sed neq; vbi dicit sed neq; ad res debitorũ que ab alijs detinentur, quia sensit legislator de possessore pignoris ꝛ non debitore. Item non obstat idem.§.sed neq; ibi vbi dicit ideo est dicere vel si quos habuit homines sibi met obligatos ex hypothe.actione teneri possunt. quia intelligitur de obligatis ipsi creditori occasione ipsius debitoris, aliter tanquam fideiussores mandat, vel spõsores. quod potest esse, si promisisset eum seruare indemnẽ de mutuo ꝛ credito, quem faciebat obligando se personaliter ꝛ bona sua iure pignoris ꝛ hypothece, ꝛ ideo dixit quia hypothecaria teneri posset. Item non obstat.l.non prius superius allega.in contrarium quia illa loquitur in tacita hypotheca, secus in expressa. Item non obstat.l.ff.de re iudica.l.a diuo pio.vbi dicitur quod vltimo veniatur ad nomina.quia illa loquitur in exequutoribus sententiarum ex predictis in precedenti questio.possum dicere secundum Ac. de

82 Reg.quod† mulier habens expressã ꝯhypothecam potest conueniri prius debitores mariti vel heredum suorum. Secus autem si omisisset expressam quia tunc non potest ex tacita vt supra dixi in

83 fisco per.l.non prius.C.quan.fis.vel priua. Item† quero quis debet iurare de calumnia dominus an procurator in rem suam. Respondeo, ipse procurator, cum sit principalis persona, ꝛ suum negotium gerat, vt nota Ac.C.de procurat.l.qui stipendia.ꝛ de actionib.ꝛ obligationib.l.j.de heredi.vel act.vendi.l.emptor.ꝛ ita tenet Ac.in glos.ordina.ff.de procurato.l.non solum in princip.in glo.j.grata super verbo interrogationibus licet aliter dixerit dominus Paulus, si tamen dicatur idoneor ꝛ melius scire veritatem debet venire, ꝛ iurare de veritate dicenda vt nota. Ac.C.de iura.calum.l.ij.§.sinautem fuerit ꝛ preiudicat si confiteatur, vt.ff.de legatis primo.l.seruum filij.§.primo sed Ac.de Reg.dicit quod nõ hoc casu debet compelli facere venire cedentem, cum propria sit causa illius cui cessa sunt iura, ꝛ dicte due.ll.C.de iuram.calum.l.ij.§.sinautem.ꝛ.ff.de procuratori.l.non solum.in princip.loquun-

84 tur in eo qui alterius nomine agit. Sed† quid si cedens sponte veniat ꝛ confiteatur, vel dicat aliquid cõtra eum cui cessit? tunc

dicit Ac. de reg. quod bene preiudicat, si sit soluendo ipse qui con
fessus est, alias non si forte sit quidam spanoldus, ⁊ ita Judex va-
rie debet considerare secundum eum, et argu. ff. de rei vendi. l. i fun
do. ff. de actio. ⁊ obligatio. l. si. ⁊ in hac sententia fuit dñs Ubert.
de Bobio, licet sit argu. contra. ff. quemadmo. seruit. amitta. l. si p
te. §. j. sed cum actiones directe non transferantur, qꝛ ita sunt ossi-
85 bus infixe, vt dixi supra, que actio cedi poss. ego quero † an domi-
nus qui eas cessit, possit agere, vel eas alij cedere? Respondeo sic,
vt. C. manda. l. si pater nisi aliquod de tribus interuenerit scꝫ conte
statio litis, vel partis receptio, vel denunciatio, vt tamen sibi solua
tur, que denunciatio debet fieri debitori, vt. C. de nouatio. l. iij. ⁊ sic,
altero istorum interueniente vtilis prefertur directe, alias non, vt
sic intelligitur. l. ff. de procurator. l. in cause. §. fina. secundum Ac.
86 de Reg. Sꝫ † nunquid ille, cui cessio facta est poterit ꝓducere eos
testes in causa, qui ꝓduci non poterant a cedẽte, puta domestici,
⁊ familiares, vel parentes, ⁊ similes? Respondeo quod potest pro
ducere in testes ⁊ cedentẽ ⁊ domesticos, ⁊ familiares eius, ⁊ simi-
les, dummodo aliquod commodum dicte cause non spectet ad ip
sum cedentem, nec pro munere, nec pro alia quacunqꝫ causa vel ra
tione vt. C. de iure dotium. l. j. ff. quando appell. sit. l. j. §. in propria.
⁊ facit. C. de euiction. l. ij. ⁊ qꝛ non est probibitum, cum edictum de
testib. sit probibitorium, vt argu. ff. de testib. l. j. ⁊ maxime quia pro-
pria cã de eius qui iura sibi cessa accepit vt. ff. de ꝓcurat. l. que om
nia. §. placet. licet sit argu. contra. ff. de acquir. possess. l. Pompo
nius. §. cum quid ⁊c. ⁊ hec dicta sufficiant. Deo gratias amen.

FINIS

TOMVS DECIMVS SEXTVS TRACTA-
tuum, de varijs iuribus, actionibus,
⁊ acquisitionibus,
Explicit.

VENETIIS

Diligenti cura, ac summo studio elaboratus.



Registrum

a b c d e f g h i k l m n o
p q r s t u x
y z ⁊ ꝯ.

h, Quinternus. ꝯ, Ternus, Ceteri sunt
Quaterni.



COLECTIO
TRATATUU
TOM. XV·XVI

colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm